Wir Wentzelaŭ von gots gnaden Romischer kunig zu allen ziten merer des riches und kunig zu Beheim. Bekennen etc., das wir durch manigvalde dinste und truwen, die dem allerdurchluchtigisten fursten und heren unsrem allerlibsten heren und vater keiser Karln, uns und dem riche der burgermeister, rate und burger gemeinlich der stad zur Nuwenstad, under Wintzingen gelegen, offt williclich und nutzlichen erzeiget haben und noch dun mugen in kunfftigen ziten, mit wolbedachtem mute, rechter wissen und Romischer kunigclicher mechte von sundern gnaden bestetiget, bevestet, vornuwet und confirmiret haben, bestetigen, bevesten, ernuwen und confirmiren yn und iren nachkomen, burgern und der stad zur Nuwenstad alle und igliche ir rechte, friheit, gnaden und gute gewonheit und auch alle ire briffe, hantvesten und privilegien, die sie daruber haben von seliger gedechtnisse etwenne Romischer keisern und kuninge, und mit namen dem egenanten unsserm allerlibsten heren und vatter keisser Karlen, also daz sie, ire nachkomen, burger und die stad zur Nuwenstad by denselben iren rechten, friheiten, genaden und guten gewonheiten, brieffen, hantvesten und privilegien ewiclich bliben sullen in allir der masse, als ob alle sulchen brieffe, hantveste und privilegien von wort zu wort in disem geinwurtigem brieff begriffen weren, dartzu wir sie getruwelichen und genediclichen hanthaben, schutzen und schirmen wollen. Und gebieten darumb allen fursten etc. Mit urkund diz brieves versiegelt mit unssrem kuniglichen anhangendem insiegel.

Der geben ist zu Heidelberg, nach Crists geburte drutzehenhundert iare, darnach in dem acht und siebentzigstem iare, des sontages als man singet in der kirchen Invocavit, unsser riche des Beheimischen in dem funfftzehennden, und des Romischen in dem andern iare.

Lehmann aus einem copialbuche der stadt Neustädt auf pergament.

875. *Wenzlaw überträgt dem Wilhelm von Iülich, herzoge von Berg, die reichsvogtei über die stadt Herford. Ratobink 1382 dec. 10.*

Wir Wentzlaes von gotes gnaiden Romischer künig zu allen zeiten merer des rychs und künig zo Behem. Embieten dem hoichgebornen Wilhelm von Gulich hertzougen zum Berge, unserm lieben neven und fursten, unser gnaid und alles gut. Lieber neve und furste! Von redlichen sachen wegen, de unss und das reich antreten und ouch durch vornuft* trewe, de wir unss zo dir vorsehen, haben wir dir als unserm und des reichs vaigte de vogtey der stat zu Herfurt mit allen yren rechten, eren, nutzen, wirden und zogehoerongen empfolhen und empfelhen dir de mit craft diss briefs, rechter wissen und Romischer künickliger mechte, das du unser und des reichs vogt do sin sollest und de burger und inwoner doselbist als des reichs voigt schutzen und schirmen sullest. Und meynen und wollen, das du aller der rechte, eren, nutzen, wurden und zogehoerongen, de zu derselben vogety gehoren, genyessen und gebruychen sullest und mogest, dy ander unser und des reichs vogte von rechte oeder gewoenheit geneyssen oeder gebruchen sullen oeder mugen in dheneweis. Daromme so gebieten wir allen fursten, geistlichen und werntlichen, graven, vryen, dienstlutten, ritteren, knechten, gemeynschefften der stette, merckte und dorffer, und mit namen den burgern und inwonern der egenanten stat zu Herfurt, unsern und des reichs lieben getruwen, das sie dich an solicher vogty, iren rechten, eren, nutzen, wirden und zogehoerongen nicht hindern noch irren in dheneweis, sunder dich dartzu hanthaven, schutzen und schirmen, als sie unser und des reichs swere ungenad wollen vormeyden. Mit urkunde dis briefs versigelt mit unser kunickliger maiestat insigel.

Geben zum Ratobink, nach Cristes geburt dreytzehenhundert iair und darnach in dem zwey und achtzigsten iaren, an dem nechsten mitwochen fur sant Lucien tage, unser reiche des Bohemschen in dem tzwentzigisten, und des Romischen in dem sibendem iaren.

Ficker aus gleichzeitiger abschr. im statthaltereiarchive zu Innsbruck. — Der ausstellort, vielleicht *Rarobink* zu lesen, ist iedenfalls in Böhmen, wahrscheinlich in der nähe von Prag, wo der könig sich in iener zeit aufhielt, zu suchen.

876. *Wenzlaw schreibt dem grafen Iohann zu Nassau, dass er mit rath der auf dem tag zu Würzburg versammelten reichsstände den landfrieden in Westfalen widerrufen und abgethan habe. Würzburg 1387 märz 10.*

Wir Wenczlaw von gotz gnaden Romscher kuneg czu allin ziiten merer des richs und koneg zu Beheim. Entbyten dem edeln Iohanne graven zu Nassauwe, unserm und des richs liebin getruwen, unser gnade und allez gut. Liebir getruwer! Wan vor ziiten unser vater selger keyser Karl und auch wir in den landen zu Westphalen einen lantfrydde durch gemache frydde und gnade doselbst erloubet und gunnet und mit unsern brieven bestetet habin biz uff widderruffin, und wann mit demselbin lantfridde ytzunt grosse geverde gescheen, getribben und gefuret werdin, landen und manichen lüten zu virdyrpnisse und zu schaden, und nicht alse gehalden wirt, als er begriffin ist und billich gehaldin

wurde, als wir des kuntlich underwiset sin und grosse clage an uns darumb komen ist: darumb mit wolbedachtem mute und gutem eintrechtegen rate unser und des richs kurfursten, fursten, edlen und getruwen, dy mit uns uff dem dage zu Wirtzeburg waren, so habin wir denselbin lantfrydde, alle sine richter, geriechte, urteile und allez, daz daruz get und daran henget, wederrufft und abegetan, widderruffin und thun abe mit crafft dissis brieffes rechtir wissin und Romschir konglichir mechte vollinkomenheid, also daz von dem tage als disser brieff gebin ist furbaz derselbe lantfridde, alle sine riechter, geriechte und was daruz get oder daran henget, genczlich und gar abe sin solle und nymand zu fromen oder zu schaden kome in dheine wiis. Und duchte ymand, daz ym in demselbin lantfridde ichtes zu kurtz gescheen were, der mag sich an uns oder unser und des richs hoffegeriechte wol beruffin, als wir auch daz den kurfursten und andern unsern und des richs fursten, herren und steten geschrieben habin. Mit urkunde dissis brieffis virsigelt mit unserm angedrucketem ingesigel.

Gebin zu Wurtzburg, nach Cristus geburte drytzehin hundert iar und darnach in dem sybinundachtzegestem iare, des sundages als man singet Oculi in der vasten, unser riche des Beheimschin in dem xxiiii., und des Romschin in dem xi. iaren.

Ad mandatum domini regis Io. Caminensis electus cancellarius.

Aus einer hs. sec. 15: Eppensteinische verbundnisse.

877. *Wenzlaw bestätigt dem kloster St. Lambrecht, bisthums Speier, alle von seinen vorgängern erhaltenen freiheiten. Bettlern (Zebrak) 1391 ian. 31.*

Wenceslaus dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex. Notum facimus tenore presencium universis, quod pro parte religiosarum priorisse et conventus sanctimonialium monasterii sancti Lamberti ordinis fratrum Predicatorum, Spirensis diocesis, devotarum nostrarum dilectarum extat maiestati nostre cum instancia supplicatum, quatenus ipsis universa et singula privilegia, libertates et gracias ipsis a divis Romanorum imperatoribus et regibus predecessoribus nostris rite concessas approbare, ratificare et confirmare generosius dignaremur. Nos igitur consideratis benigne etc. dictis monialibus nec non ipsarum monasterio universa et singula privilegia, gracias, libertates et iura a quibuscunque Romanorum imperatoribus sive regibus super ipsarum hereditatibus, possessionibus, bonis et rebus quibuscunque, qualibuscunque valeant nominibus nuncupari, rite concessa regia Romana auctoritate approbavimus, ratificavimus, innovavimus et confirmavimus, approbamus, ratificamus, innovamus et de certa scientia presentibus confirmamus etc. ac decernentes ipsas ab omnibus huiusmodi gravaminibus exemtas, liberas fore penitus et immunes. Mandamus igitur universis et singulis principibus ecclesiasticis et seculàribus, et signanter Moguntinensi archiepiscopo, nec non Wormaciensi, Spirensi et Argentinensi episcopis presentibus et futuris, ceterisque omnibus advocatis provinciarum, scultetis, defensoribus et conservatoribus pacis generalis, officialibus seu officiatis, militibus, clientibus nec non magistris consulum et communitatibus civitatum, et aliis omnibus nostris et sacri Romani imperii fidelibus firmiter et districte, quatenus prefatas priorissam et conventum sanctimonialium monasterii predicti ac ipsarum subditos homines et bona sua omnia mobilia et immobilia, ubicunque sita existant, non molestent, inquietent ac de cetero perturbent, aut quibusvis hospitalitatibus, angariis, perangariis, personalibus seu realibus vel mixtis peticionibus, sturis, imposicionibus, aut aliis quibuscunque gravaminibus molestari, perturbari ac inquietari per alios quomodolibet paciantur etc. presencium sub regie nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum.

Datum Mendici, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo primo, die penultima ianuarii, regnorum nostrorum anno Boemie vicesimo octavo, Romanorum vero quinto decimo.

Per dominum Iohannem comitem de Sponheim, Franciscus canonicus Olomucensis.

Lehmann aus dem orig.

878. *Wenzlaw verleiht dem grafen Emich von Leiningen Kirchheim-Bolanden und andere lehen, welche dem reiche durch den tod des grafen Heinrich von Sponheim heimgefallen sind. Prag 1393 mai 17.*

Wir Wentzlaw von gots gnaden Römischer künig zu allen zeiten mehrer dess reichss und künig zu Beheim. Bekennen etc., dass fur unss kommen ist der edel Emich grave von Leyningen, unser und des reichs lieber getrewer, und legt unss fur, wie dass Kircheim dass stettlein bey Bolanden gelegen mit etlichen andern lehen, die etwenn der edel Heinrich graf in Spanheim von unss und dem reiche zu lehen gehabt hat, an unss und daz reiche solten lediglich gefallen sein, und bate unss mit vleise, daz wir ihm dieselben lehen zu verleihen gnediglichen geruhten. Des haben wir angesehen sulche gneme dienste und trewe, alss er unss und dem reiche offt williglichen getan hat, teglichen tut und furbass tun sol und mage in kümpfftigen zeiten, und haben ihn dorum mit wolbedachtem mute, gutem rate und rechter wissen das egenant stettel Kirchaim mit andern lehen, alss verre sie von des egenanten graf Heinrichs tode an unss und daz reich redlichen gefallen sind, gnediglichen geliehen und gereichet, leihen und reichen ihm die in crafft diess brieves, alss verre wir daz von rechte tun sollen und mögen, von Römischer königlicher macht itzo, dass er und seine lehenserben solche lehen von unss und dem reiche zu rechten lehen haben, halten und besitzen sollen und mögen, von allermenniglich ungehindert, unschedlich doch unss und dem reiche und sust iedermann an seinen rechten. Mit urkundt diess brieves versiegelt mit unsern küniglichen maiestat insigeln.

Geben zu Prage, noch Christs geburte dreitzenhundert iar, darnach in dem drei und newntzigistem iare, des nechsten sunabendes vor der Creutzwochen, unser reiche des Behemischen in dem dreissigisten, und des Romischen in dem sibentzehenden iaren.

Lehmann aus einer copie.

879. *Wenzlaw ertheilt dem Peter von Ailly, bischof und grafen von Camerik, nach geleistetem treueide die belehnung mit den regalien seiner kirche. Yvoir (bei Namur) 1398 apr. 3.*

Venceslaus dei gratia Romanorum rex semper augustus et Boemiae rex. Notum facimus tenore praesentium universis, et si regalis dignitatis clementia universorum fidelium quos imperii sacri latitudo complectitur, felicibus profectibus, gratis commodis et speratis augmentis feliciter dignatur intendere, ad illorum tamen profectus et commoda diligentiori studio clementius inclinari consuevit, quorum probitas, fides et vota promptaeque devotionis integritas continuatis studiis caeteros antecedunt. Sane nobis pro parte venerabilis Petri de Aylliaco, sacrae theologiae professoris, per capitulum, clerum et populum civitatis Cameracensis, tanquam ipsorum episcopi et comitis Cameracesii praesentati et pro tali in civitate comitatu et dioecesi Cameracensi habiti et reputati, humiliter supplicatum extitit, quatenus sibi omnia dictae ecclesiae Cameracensis regalia sive feuda et iura quaecumque conferre, ipsumque de eisdem investire graciosius dignaremur. Nos igitur qui

quorumlibet iuste petentium vota graciose complectiinur, praesertim cum iuste petentibus non sit denegandus assensus, sibi animo deliberato, sane principum, baronum et procerum nostrorum accedente consilio, et de certa nostra scientia et auctoritate Romana regia, recepto prius ab eo fidelitatis, subiectionis et obedientiae iuramento debito et consueto, omnia regalia nec non temporalia sive feuda dictae Cameracensis ecclesiae in partibus Hannoniae, Cameracesii et ubilibet alibi constituta cum universis eiusdem attinentiis, quae singulare quoddam et insigne membrum sacri Romani extitit imperii, cum mero et mixto imperio ac etiam exercitio iurisdictionis temporalis, nec non universis suis iuribus, honoribus, consuetudinibus, observantiis et pertinentiis contulimus, conferimus ac etiam ipsum de eisdem investivimus, et tenore praesentium investimus, mandantes universis et singulis ducibus, comitibus, baronibus, nobilibus, militibus, clientibus, vassalis, officiatis nostris, caeterisque terrarum, civitatum et locorum dictae Cameracensis ecclesiae subditorum cuiuscumque conditionis, gradus, status vel dignitatis extiterint, quatenus eidem venerabili Petro in omnibus tam in iudiciis quam in aliis singulis exercitium iurisdictionis temporalis concernentibus reverenter, firmiter et debite parere, obedire debeant et intendere, difficultate et impedimento quibuslibet procul motis, ipsumque singulis redditibus, obventionibus, iuribusque regalibus praefatae ecclesiae incombentibus gaudere permittant, supplentes omnem defectum, si quis in praemissis ex defectu verborum, sententiarum obscuritate aut solemnitatum obmissione compertus fuerit, de praefatae Romanae regiae potestatis plenitudine, ecclesiae sanctae Romanae, nostris et imperii sacri et aliorum quorumlibet iuribus semper salvis, praesentium sub regiae nostrae maiestatis sigillo testimonio litterarum.

Datum apud Yvodium, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, die tertia aprilis, regnorum nostrorum anno Boemiae tricesimo quinto, Romani vero vicesimo secundo.

Nach dem drucke: (Mutte) Mémoire pour m. l'archevêque de Cambrai (Paris 1772) s. 206.

880. *Wenzlaw übersendet dem abte Adolf von Werden durch den erzbischof Albert von Magdeburg die regalien seines stiftes. Prag 1399 märz 18.*

Wentzeslaus dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex. Religioso Adolpho abbati monasterii Werdinensis Coloniensis dyoceseos, devoto nostro dilecto, graciam regiam et omne bonum. Devote dilecte! Prout per litteras et nuncios tuos tibi per nos velud Romanum regem tua et monasterii tui Werdinensis temporalia transmitti teque de eisdem infeodari a maiestate nostra regia cum debita devotionis instancia supplicare curasti, tuis in hoc supplicationibus tamquam rationi consonis propter longam viarum ditanciam nec non pericula earumdem ac aliis certis ex causis favorabiliter annuentes, tibi et monasterio tuo predicto huiusmodi temporalitatem per venerabilem Albertum Magdeburgensem archiepiscopum, principem et devotum nostrum dilectum, transmittimus, teque de certa nostra sacra auctoritate Romana regia predicta de hiis tenore presencium investimus, decernentes et volentes expresse, quod tu tamquam abbas monasterii Werdinensis predicti imperii sacri Romani infeodatus per nos de temporalibus tuis ac eciam legitime investitus in exercenda iurisdictione temporali plenam habeas virtute presencium potestatem, ac si propter premissa nostre maiestatis presencia personali accessisses, et tibi eadem, prout moris est, cum debitis cerimoniis nostra serenitas realiter contulisset, praestito tamen prius nobis in manibus prefati Magdeburgensis archiepiscopi principis nostri fidelitatis, subiectionis, homagii ac obedientie solito et debito iuramento. Volumus eciam, ut si quam

provinciam nostram te visitare contigerit, monasterii tui predicta temporalia de manibus nostris corporaliter recipias, et praestes extunc, prout moris est, fidelitatis, homagii et obedientie, ut premittitur, solitum iuramentum, presencium sub regie nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum.

Datum Prage, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo nono, die decima octava marcii, regnorum nostrorum anno Boemie tricesimo sexto, Romani vero vicesimo tercio.

Bethmann aus gleichzeitigem notariatstranssumpte im stadtarchive zu Helmstädt.

REICHSSACHEN.

881. *(Itta äbtissin von S. Hilarius) berichtet über die gründung des klosters Vallombrosa und die vom bischofe Rudolf von Paderborn auf befehl kaiser Conrads II vorgenommene weihe der kirche desselben. Florenz 1039 iuli 3.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Quamvis sacer divinitatis cultus exigat, ut omnibus Christi fidelibus sibi dignam exhibere debeamus reverentiam, praecipue tamen ergo illorum obsequia nos esse oportet solicitos, qui relictis pro Christo et postpositis rebus saecularibus, spretisque vitiorum contagiis expediti et alacres confugerunt ad eius misericordiam, et sub eo legitime militantes contra antiqui hostis astutias non solum die noctuque certare non desinunt, verum etiam pro delictis populorum apud omnipotentis dei misericordiam intercedere non desistunt instantia summa. Dignum quippe est omnimodis et valde laudabile in conspectu summi dei, ut qui pro communi utilitate omnium militant, communi omnium labore et obsequio expeditius suam debeant continere militiam, quatenus absque saeculari solicitudine melius valeant deo servire, cui adhaeserunt. Profecto absque nostrae iustitiae fructu, ut bene credere possimus, facere non valemus, si nos qui auteactis temporibus sancte non viximus, illos iuvamus, qui pie et sancte, sicut decet, in dei servitio vivere volunt, ulmum imitantes plantarum in vinea, quae licet in semetipsa sit infructuosa, tam fructuosam tamen vitem cum botro sustentat. De quorum itaque collegio quosdam viros sancti Miniatis monasterio, quos vobis bene notos esse credimus, in eremo, quae Vallisumbrosa vocatur, sicut vos scitis, suscepimus, in loco qui dicitur Aquabella, proprietate scilicet nostri monasterii quidem in honore sancti Hilarii siti Alphiano, qui meliorandae vitae gratia coenobium, quod multo populositate frequentabatur, relinquentes in loco solitario vitam sanctam actitare maluerunt. Quam intentionem deus ex alto prospiciens, illorum iustam voluntatem manum sui auxilii supponendo, sanctam perduxit in operationem. Sed quia civitas latere non potuit supra montem posita, illorum bonae opinionis celeberrima fama circumquaque perlustrans, nosmet et omnes nostrae patriae homines pariter suo complevit bono odore. Bene quippe congruebat, ut qui deo iuxta Pauli apostoli vocem bonus odor in omni loco extiterant, pro illorum factis magna deo ubique ab omnibus attolleremus praeconia. Morati sunt siquidem in praedicto eremo absque ecclesia, sed tamen cum vita sancta, per dies aliquot. Interea exigentibus causis quam maximis voluntate dei contigit, ut divus Corradus imperator augustus cum sua uxore domina Gisla augusta et filio suo domino Henrico rege gloriosissimo et coniuge sua Florentiam deveniret. Unde factum est, ut fama, quae iam populos repleverat, usque ad ipsas aures perveniret imperatoris. Qui cum omnis illorum conversationis ordinem dignatus esset diligenter in-

quirere, inter cetera nunciatum est, illos ecclesiam non habere. Quod audiens intellexit sibi a deo reservatum fore, in quo fratrum necessitati non minime ad divinum honorem subvenire debuisset. Ad quos dirigens Rodulphum Padeburnensem, dignum deo praesulem, quia Fesularum Iacobo extincto nondum habebant consecratum praesulem, in honorem sancte Mariae et Michaelis archangeli et Bartholomaei et Thomae apostolorum et sancti Stephani pontificis et Benedicti abbatis et Nicolai venerabilis confessoris consecrari ibi oratorium fecit.

Data anno dominicae incarnationis trigesimo nono post mille, et imperio domini Conradi imperatoris augusti xiii., v. non. iulii, ind. vii. Actum Florentiae etc.

Nach dem drucke: Soldani Historia monasterii s. Michaelis de Passiniano (Lucae 1741) s. 21 aus dem archive von Vallombrosa. — Wegen der ausstellerin vgl. Ughelli 3, 231. — Stumpf nr. 2113 scheint anzunehmen, die urk. sei in anwesenheit des kaisers ausgestellt, in welchem falle sie nach 1038 gehören würde. Aber alle drei iahresangaben weisen auf 1039, wenn es auch auffallend bleibt, dass man den 1039 iuni 4 zu Utrecht erfolgten tod des kaisers einen monat später zu Florenz noch nicht gekannt haben sollte.

882. *Das lateranensische conzil vernichtet den durch kaiser Heinrich V vom pabste Paschal erzwungenen vertrag und verbietet den prälaten veräusserung der kirchengüter ohne zustimmung der brüder und des bischofs und den empfang von spiritualien durch laien. Rom 1112 märz 18.*

Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi m.c.xiii.*, xv. kal. apr., indictione v. celebrata est synodus in ęcclesia Lateranensi, presidente domino papa Paschale secundo, cum episcopis Italię, Langobardię, Gallię, Venetię, Apulię, Calabrię, Sicilie cxxx., et abbatibus et clericis innumerabilibus, ubi damnatum, cassatum et reprobatum est privilegium immo pravilegium illud, quod Heinricus quartus *Lemannorum tirannus a domino papa necessitate non modica ingruente extorsit. Hocque factum est auctoritate beati Innocentii pape, qui quod necessitate imminente malefactum est, cessante necessitate mutandum precepit, et decretis felicis memorie Gregorii septimi atque Urbani Romanorum pontificum observatis.

Capitulum damnati privilegii in hec verba:

Privilegium illud, quod verius pravilegium potest dici, a domino papa pro liberatione ęcclesię et captivorum extortum, iudicio sancti spiritus et canonica censura et auctoritate ecclesiastica damnamus, cassamus et irritum iudicamus, et ne quid auctoritatis vel efficientię habeat penitus excommunicamus. Nullus abbas, nullus archipresbiter, nullus prepositus ęcclesię audeat possessiones ęcclesię sue vendere, commutare, locare vel in feudum dare sine communi fratrum consensu et episcopi proprie civitatis, vel aliquod spiritale a laicali manu accipere, alioquin ordinis sui detrimentum patiatur.

Aus abschr. sec. 12 aus hs. Gregorii Homilie, cod. n. 46 auf der ministerialbibliothek zu Schaffhausen. — Vgl. den bericht Monum. Germ. 4b, 181.

883. *L(utfrid abt von Grafschaft) meldet dem erzbischofe C(onrad von Salzburg), dass der kaiser nach der verschwörung der sächsischen fürsten die stiftslande von Cöln seinen anhängern als lehen gegeben und graf Giso (von Battenberg) dem kloster das geschenk des erzbischofs entrissen habe. (1115.)*

Domino venerabili archiepiscopo C., L. dei gratia id quod est, peculiale orationis obsequium. Si utriusque hominis sospitas tibi ex sententia arridet gaudeo. Sin autem,

doleo, quoniam eiusdem te affectus erga nos esse haut haesito. Quibus quantisque tribulationum pressuris Coloniensium episcopatus tabescit, fama divulgante didicisse te arbitror. Ut enim coniurationis manum adversus imperatorem Saxoniae principes erexerunt, mox omnem memoratae civitatis episcopatum suae partis fautoribus in beneficium distribuens, nostri quaeque coenobioli eidem tempestati flebiliter involvit. Nam ut cetera sinistri casus silentio transeam, ex omnibus nos respicientibus praediis iam fere nihil evasit incolume, quod aut incendio, aut devastationi non cesserit. Ipse insuper locus noster praeter monasterium ac rara tuguria igni succubuit. Unde et fratres apud nos degentes nimia victus vestitusque consumuntur inopia. Huiusmodi igitur occasionis facultate comes Giso abutens, largae benedictionis tuae munus, quod sanctae Felicitati martyri suisque pigneribus delegasti, sibi usurpavit, suisque, prout placuit, divisit, cuiusdam ut aiunt amici nostri in hoc utens consilio. Quamobrem supplices tuis provolvimur pedibus, obsecrantes, quatinus solitae conpassionis manu nos moestos foveas, et qualibet consolationis medicina supernae remunerationis respectu reficias, ne amplior moeroris procella nos funditus obruat. Valete.

Ficker aus den collectaneen Overhams, vol. 8. fasc. 17, im landesarchive zu Wolfenbüttel. — Zur nähern bestimmung diente ein anderer, von Overham derselben Grafschafter hs. entnommener brief, in welchem F. erzbischof von Cöln dem abte L. von Grafschaft befiehlt, die forderungen des erzbischofs von Salzburg zu erfüllen, damit dieser dem kloster nicht alles entziehe, dessen theilung mit andern es verweigere. Lutfrid ist der einzige mit L. beginnende abtsname, den ich im todtenbuche von Grafschaft (ebenda fasc. 16) finde.

884. *Iohann bischof von Padua schliesst mit dem königsboten Bertold ein abkommen wegen befreiung von der reichsheerfahrt und der investitur mit den regalien. Padua 1154 oct. 30.*

Presencia istorum testium, scilicet Anselmi causidici, Octaviani vicedomini, Lanfranchini de Piso, Ioannis de Rotolana et Conradi, Ioannes dei gracia Paduanus episcopus pactus est cum Bertaldo domini Federici regis nostri misso, quod episcopus debet ei Bertaldo dare marcas argenti lxxxv., et ipse Bertaldus debet facere, ut dominus noster rex dimittat episcopo Ioanni fodrum in hostem, id est expeditionem, in qua cum rege ire debebat, et debet rex mittere investituram Ioanni episcopo de regalibus, que episcopatus habet et tenet, et precipere vassalis, ut faciant episcopo adiutorium de hoste.

Actum in Padua in camera episcopi feliciter, anno domini m.c.liiii., iii. kal. novembris, indictione secunda.

Ego Faletrus notarius eius ex nuntiatione Conradi sui interpretis scripsi.

Nach dem drucke; Dondi dall' Orologio Dissertazioni sopra l' istoria ecclesiastica di Padova (Pad. 1802), diss. 6, s. 26.

885. *Hofkanzler Rainald und pfalzgraf Otto (von Wittelsbach) vermitteln die bedingungen, unter welchen kaiser Friedrich I denen von Piacenza seine gnade und verzeihung gewähren wird. 1158 iuni.*

Haec est concordia inter domnum Fredericum serenissimum Romanorum imperatorem et semper augustum, nec non et civitatem Placentinam, que facta est mediantibus viris illustribus Rainaldo videlicet imperialis aulae cancellario et Ottone comite palatino. Cives Placentini dabunt domno imperatori centum milites loricatos et centum sagitarios, qui cum domno imperatore ad expugnandum civitatem Mediolanensem tandiu bona fide manebunt, quamdiu obsidio eiusdem civitatis duraverit. Insuper dabunt uno mense integro ad eandem

obsidionem quadringentos sagitarios. Set si aliquis eorum, qui solidos suos receperint, consulibus Placentinis ignorantibus ab obsidione furtive discesserit, non tenebuntur consules super hoc culpabiles, nec cogentur restituere alios, donec finito tempore, in quo de solidis cum ipsis convenerat. Preterea in octavis pentecostes Placentini diffiduabunt Mediolanenses, ne de cetero intrent terram suam, nisi illi solumodo, qui voluerint ire Ianuam aut alias pro rebus suis, quas conductu Placentinorum deportaverunt, deferendis, et si quas res habeant in presenti in Placentia aut ex ista parte Padi. Et statim postquam Placentini cognoverint domnum imperatorem Lombardiam intrasse, facient werram Mediolanensibus, personas ipsorum et res capiendo. Et personas quas capient, dum imperator in Lombardia fuerit, dabunt domno imperatori, si requisite fuerint ab eo vel ab eius certo misso; res vero cui voluerint distribuant . . . fidem. Haec omnia facient bona fide ante expeditionem et in expeditione. Nec faciant pacem aut concordiam cum Mediolanensibus absque mandato domni imperatoris vel parabola, quamdiu fuerit in Italia. Et haec debent observare si imperator venerit usque ad kalendas augusti. Et consules praecipient mercatum deferri exercitui et facient deferre bona fide, et concambium denariorum seu argenti dabunt exercitui, secundum quod cum eis et cum aliis civitatibus fuerit ordinatum. Et dabunt imperatori sexcentas marcas argenti et sexaginta curie usque ad quindecim dies postquam cognoverint domnum imperatorem Lombardiam intrasse. Unde tria instrumenta in uno tenore scripta sunt. Anno dominicae incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo octavo, de mense iunio, indictione sexta.

Haec omnia que scripta sunt consules Placentini iurabunt se observaturos bona fide, et facient iurare consilium civitatis et de aliis hominibus, quot eis placuerit. Et suscipient idem nuncii civitatem Placentinam et milites et arcarios et ceteros Placentinos ad exercitum venientes in plenitudine gratie domni imperatoris, et facient ipsum imperatorem gratiam suam et bonam voluntatem plenarie dare eisdem civibus et omnem offensam remittere, si scripta servaverint aut offensam emendare voluerint. Preterea omnes ad exercitum ire volentes, sive Papienses aut Cremonenses aut undecumque fuerint, per terram Placentinorum securum debent habere transitum.

Ego Obertus Vallarius sacri palacii notarius interfui et iussu istorum domnorum cancellarii et comitis et istorum consulum scripsi.

Nach dem drucke: (Boselli) Delle storie Piacentine libri XII (Piacenza 1793) 1, 310 aus einer originalausfertigung; zwei aufgedrückte wachssiegel abgefallen.

886. *Bekundung der bedingungen, auf welche die von Piacenza von kaiser Friedrich I wieder zu gnaden aufgenommen und vom banne gelöst werden. (1162 mai.)*

In nomine domini amen. Hec est concordia, per quam Placentini in gratiam domni imperatoris Friderici redierunt. Placentini planabunt fossatum in circuitu civitatis et destruent murum civitatis et suburbii in circuitu. De turribus destruendis non sunt districti per sacramentum nec per obsides, sed imperator habet potestatem de eis faciendi, quicquid ei placuerit et quandocunque voluerit. Placentini dimittent et resignabunt domino imperatori Friderico omnia regalia sua, tam infra civitatem Placentinam, quam extra per totum episcopatum et comitatum et virtutem eorum, et adiuvabunt eum bona fide retinere et si perdiderit recuperare, ut libere habeat et possideat. Et adiuvabunt eum retinere coronam suam et imperium et Italiam et Lombardiam et totum episcopatum et comitatum contra omnem hominem bona fide, sine fraude et malo ingenio. Nec erunt in consilio vel in facto,

quod perdat membrum vel vitam vel honorem vel imperium vel regalia sua vel civitatem Placentiam vel comitatum vel episcopatum; et si perdiderit adiuvabunt eum recuperare. Et iurabunt omnes fidelitatem domno imperatori Friderico et suis successoribus a xv. annis supra et a lxx. infra. Omnes castellani per episcopatum et comitatum Placentinum constituti iurabunt fidelitatem domno imperatori Friderico sicut cives Placentini, et facient ei securitatem de castellis suis; et si facere contempserint, Placentini habebunt eos hostes et facient eis vivam werram et facient contra eos hostem et obsidionem iuxta mandatum domni imperatoris et legatorum suorum cum omni fortia et virtute eorum, donec distringant eos facere mandatum domni imperatoris. [Et Pla]centini reddent in manus et potestatem domni imperatoris et legatorum suorum omnia castella Placentini episcopatus et omnia bona et possessiones eius, tam infra civitatem, quam extra per totum episcopatum et comitatum, si episcopus iuxta beneplacitum domni imperatoris et consilium principum in gratiam eius non redierit a proxima dominica usque ad viii. dies. Et si in hoc facto aliquis domno imperatori [et Pla]centinis contrarius vel rebellis extiterit, Placentini iuxta mandatum domni imperatoris et legatorum suorum cum omni fortia sua facient vivam guerram et obsidionem, quousque domnus imperator castella episcopi et possessiones et bona libere et quiete possideat. Quod si episcopus infra predictum terminum ad gratiam imperatoris non redierit, Placentini eic[ient eum extra] episcopatum suum, nec deinceps eum recipient sine parabola domni imperatoris. Et domnus imperator dabit episcopo et personis, que cum eo ierint, [et] omnibus rebus eorum securum conductum a Placencia usque Venetias vel usque Ianuam vel usque in regnum Frankorum per dietam unam, quacumque via ire voluerint per fortiam domni imperatoris. Placentini persolvent domno imperatori et domne imperatrici et curie vi. inillia marcarum examinati et puri argenti, vel pro unaquaque marca iiii. libras Papiensium denariorum, vel tantum de alia moneta, unde possit emi marca puri argenti vel iiii. libre Papiensium, ita ut eorum sit electio. Hanc pecuniam persolvent statutis terminis, videlicet ii. millia marcarum ante diem pentecostes, ii. millia in festo sancti Iacobi apostoli, ii. millia in assumptione sancte Marie, si non remanserit per parabolam domni imperatoris. Item Placentini recipient potestatem vel potestates, quem vel quos domnus imperator ibidem ordinare voluerit, sive Teutonicos, sive Lombardos, et iurabunt stare ad mandatum illius vel illorum et ad mandatum domni imperatoris. Domnus imperator cernet per suam electionem quingentos obsides; et de illis dabunt Placentini domno imperatori lxx. quoscumque ipse elegerit; et illos tenebit domnus imperator per iii. menses; finitis iii. mensibus domnus imperator cernet per suam electionem alios lxx. obsides et illos tenebit per alios iii. menses; quibus finitis cernet alios lxx. et per huiusmodi successiones terminorum tenebit obsides domnus imperator, donec universa pecunia soluta fuerit, et donec fossata complanata fuerint et muri funditus destructi, iuxta voluntatem et mandatum domni imperatoris et legatorum suorum, per quos domnus imperator viderit eos posse facere. Si quis Placentinus iuxta electionem domni imperatoris obses esse noluerit et refutaverit, distringent eum iuxta eorum posse; quod si distringere eum non poterint, eicient eum extra civitatum et episcopatum, et omnia bona sua tam mobilia quam imobilia fisco applicabunt; et domnus imperator alium eliget quemcumque voluerit. Postquam autem universa pecunia soluta fuerit et fossata complanata et muri fuerint funditus destructi, domnus imperator tunc omnes obsides benigne absolvet. Si Amizo Sacco Amizonem Bataliam vel aliquos alios appelaverit de morte filiorum suorum et illi ad curiam venire noluerint facturi et recepturi iusticiam, erunt in banno domni imperatoris, et Placentini eos eicient extra civitatem et episcopatum eorum et persequentur

eos tamquam hostes et omnia bona eorum mobilia et imobilia fisco applicabuntur. Placentini facient pacem et guerram ubicumque imperator voluerit, et facient ostem et obsidionem per Lombardiam iuxta mandatum domni imperatoris. Prepositus maioris ecclesie in Placentia et milites et pedites sive quicumque fuerint secum in consilio et auxilio, ut spoliaretur episcopus Tusculanus pecunia et rebus suis, universa ablata reddent in integrum domno imperatori, unusquisque per se tantum, quantum de rapina illa habuit, ita quod evidenter se purgare possit iure iurando si miles est, si autem pedes est iuxta legem condicionis sue purgabitur. Quod si ablata restituere noluerint, Placentini capient personam prepositi et presentabunt domno imperatori et omnia bona sua et eicient omnes alias personas extra civitatem et episcopatum et comitatum Placentinum, et omnia bona eorum tam mobilia quam immobilia fisco applicabunt, nec eos deinceps recipient sine parabola domni imperatoris. Hec supradicta omnia observabunt Placentini domno imperatori Friderico, domne imperatrici et principibus et legatis domni imperatoris bona fide sine fraude et malo ingenio, si non remaneat per parabolam domni imperatoris. Pro supradictis his omnibus ut compleantur, recipiet domnus imperator Placentinos in gratiam suam et bonam voluntatem, et absolvet eos de banno et salva erit civitas et secura, et omnes persone et res eiusdem civitatis salve sunt et secure, exceptis que in conventione et pacto continentur. Similiter salve sunt persone et res et possessiones per totum episcopatum et comitatum Placentinum, et Placentini libere habeant suas possessiones in civitate et extra civitatem per episcopatum et comitatum, salvis regalibus domni imperatoris et salva uniuscuiusque iusticia. [Pro] maleficiis peractis in guerra quicquid de iure in eos posset vindicari, imperialis clementia eis remisit. Placentini accipiant collectam in civitate et per totum episcopatum pro solvenda tantumodo supradicta pecunia ab omnibus personis, exceptis his, qui erant in parte domni imperatoris in guerra vel qui redierunt in gratiam domni imperatoris, antequam consul Placentinus de concordia iurasset, et exceptis hominibus illorum, qui ad Placentinos non spectant; quod si utriusque partis communes fuerint, Placentini pro sua portione collectam accipient sicut ab aliis vicinis.

Nach dem drucke: (Boselli) Delle storie Piacentine libri XII (Piacenza 1793) 1, 313 aus einer originalausfertigung; von einem siegel, welches angehangen hatte, nur noch die seidenfäden. — Nach Acerbus Morena unterwarfen sich die consuln von Piacenza dem kaiser 1162 mai 11 zu S. Salvator bei Pavia; die von ihm angegebenen bedingungen entsprechen genau der urkunde.

887. *Rainald erzbischof von Cöln meldet der geistlichkeit Lüttichs den von ihm bei Tusculum über die Römer am 30. mai davongetragenen glorreichen sieg. (Vor Rom 1167 iuni.)*

R. dei gratia sancte Coloniensis ecclesie humilis minister dilectissimis amicis suis archidiaconis, prepositis, abbatibus cunctisque prelatis et toti ecclesie Leodiensi salutem et sincere dilectionis plenitudinem. Inestimabilem inperii sacratissimi victoriam vobis, utpote specialibus nostris, communicare dignum ducimus. Egressi siquidem longe ab urbe in maxima superbia Romani ante Tusculanum, ubi nos cum tota nostra et domni cancellarii milicia eramus constituti, castrametati sunt ipso die sancto pentecostes. Sequenti die, hoc est secunda feria domnus Moguntinus et domnus cancellarius cum reliqua milicia et Brabantinis adventabant. Iamque ipsis prope Romanorum exercitum tentoria figere temptantibus, illi subito suis agminibus ordinatis super eos bene cum quadraginta milibus electorum ex urbe pugnatorum irruerunt. Interim tota nostra militia undique advolavit, tantaque fortitudine rupti et victi sunt in campo Romani per divinum auxilium, et fugati a Tuscu-

lano usque ad Romam, ut occisorum numerus supra novem milia, captivorum autem numerus circa quinque milia estimetur. Quot tentoria, lorices et arma alia, equos, mulos, asinos, pecuniam et vestimenta insuper ibi perdiderint, nullus enumerare sufficeret. Nunc ergo Romani omnium hominum pacem per nos sepe ab ipsis quesitam a nobis querunt, nec inveniunt, nisi Rollandum eiusque cardinales et Oddonem Franiapan in nostram potestatem tradiderint. Ideoque iam illos in Cartularia ipsi Romani obsederunt. Nos vero et dominus* et cancellarius Moguntinus cum inestimabili exercitu victorie in dei nomine ante portas urbis hospitamur; ibi domnum imperatorem intrepide prestolantes, totamque Romanorum terram igni ferroque vastantes.

Nach abschr. Bethmanns aus einer gleichzeitigen hs. im besitze des herrn Fisen. — Gedr. Messager de Grand, 1837, s. 39. — Vgl. das schreiben Reinalds an die Cölner in Sudendorf Registrum 2, 146.

888. *Pabst Alexander III schreibt den mitgliedern des Lombardenbundes über die erledigung der durch den bischof Eberhard von Bamberg überbrachten anträge des kaisers, meldet dass er seine genannten legaten angewiesen habe, gegen die gegner des bundes mit kirchenstrafen vorzugehen, und fordert sie auf, ieden verkehr mit den Tusciern zu verhindern, wenn diese sich dem bunde nicht anschliessen wollen. Veroli (1170) märz* **24**.

Alexander episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis universis consulibus civitatum Lombardie, Marchie et Romagniole et aliis hominibus tam maioribus quam minoribus in societate et coniunctione Lombardorum existentibus salutem et apostolicam benedictionem. Non est dubium aliquatenus vel incertum, vos divina tactos inspiratione pro ecclesie dei et vestra etiam pace ac libertate tuenda contra F. dictum imperatorem pacis et concordie federa statuisse et ita coniunctos fuisse, quod servitutis iugum a cervicibus vestris viriliter excussistis et omnia inimici machinamenta et vires etiam, per quas se prevalere credidit, enervatis. Nos autem qui tranquillitatem et pacem vestram nostram et ecclesie reputamus et vos cum eadem ecclesia ita novimus esse unitos, ut in bono et malo, quod dominus avertat, participes sitis, dilectos filios nostros consules et rectores vestros ad nostram presentiam pro verbo, quod Pavembergensis episcopus ex parte memorati F. detulit, venientes paterna benignitate suscepimus et eis, quamdiu apud nos fuerunt, omnem quem decuit honorem et gratiam curavimus exhibere. Illis vero que nobis iamdictus Pavembergensis proposuit, atque consiliis omnibus, que inde tractata fuerunt, prefatos consules una cum fratribus nostris ex affectione, quam ad vos habemus, et quoniam nostram et vestram causam unam eandemque putamus, licet preter ecclesie consuetudinem fuerit, fecimus interesse, et sicut cum eis verbum ipsum recepimus, ita responsum de consilio illorum firmavimus. Inter que idem Pavembergensis hoc unum adiecit, quod prelibatus F. de persona nostra sive de honore et dignitate, quam licet insufficientes habemus, nullam nobis questionem movebat; sed alia quedam sibi fieri postulavit, quibus sicut nec debuimus non duximus aliquatenus aquiescendum. Que autem illa fuerunt, prenominati consules vobis poterunt viva voce plenius aperire Et quoniam sicut diximus pax et tranquillitas Lombardie ad nostram et ecclesie omnino spectant profectum, venerabilibus fratribus nostris Aquileiensi patriarche, Mediolanensi archiepiscopo et dilecto filio nostro Odoni sancti Nicholai in carcere Tulliano diacono cardinali, apostolice sedis legatis, nec non et universis episcopis per civitates vestras constitutis per scripta nostra mandavimus atque precipimus, ut si aliqui homines Lombardie sive civitates quanlibet absque consilio comunium consulum

fecerint coniurationem, ipsi civitatem, in qua facta fuerit, omni contradictione et appellatione remota interdicto subiicient, et tam consules quam eos, qui coniurationem illam fecerint aut ad eam faciendam consilium vel auxilium dederint, sententia excommunicationis percellant et ab omnibus usque ad dignam satisfactionem sicut excomunicatos nostra faciant auctoritate vitari. Quod si aliqui homines vel civitates a devotione et unitate ecclesie et a comuni societate recedere forte presumpserint, supradicti patriarcha, archiepiscopus et cardinalis nec non et episcopi, ne persone ille, que hoc fecerint, aliquam de cetero dignitatem vel honorem obtineant, et ne imposterum civitas, que id attemptaverit, nisi resipuerit, sede gaudeat pontificali, apostolica auctoritate decernent. Preterea quoniam rectores illi, qui a vobis comuniter sunt electi, non modicum paci et concordie conferunt, sed eam in suo statu et firmitate conservant, volumus et mandamus, quod si civitas quelibet vel homines aliquam offensam incurrerint et eorundem rectorum mandato parere neglexerint, in civitate, que hoc attemptaverit, divina prohibeantur officia celebrari et principales illius offense fautores anathematis gladio feriantur. Ceterum si Tusci vobis adiungi noluerint et in vestra societate manere, vos stratam per Tusciam dirigi nullatenus permitatis, sed Parmensibus firmiter iniungatis, quod eam per civitatem suam et sic versus Bononiam faciant omni contradictione et excusatione cessante teneri et a Tuscia, donec vobis iungatur, penitus prohiberi. Ad hec si inter aliquas civitates cuiuslibet dissensionis scintilla emerserit vel discordia forte exorta fuerit, nisi earum consules mandato comunium consulum parere voluerint, in ipsis civitatibus divinorum celebrationem precipimus omnino cessare et ipsorum consules atque dissensionis principales fautores usque ad dignam satisfactionem excomunicationis sententia subiacere. Inde siquidem est, quod universitati vestre per presentia scripta auctoritate beati Petri et nostra precipimus, quatinus ea que suprascripta sunt, irrefragabiliter observetis et ita vobis ab inimici machinamentis precavere curetis, quod unitatem vestram non possit rescindere aut vos ad resistendum, si necessitas immineat, imparatos aliquatenus invenire. Nihilominus etiam vobis presentium significatione iniungimus, ut mercatores de Tuscia in terris vestris nec manere nec mercari neque venire sinatis, nec seu ultramontanos negotiatores ad eos transire quomodolibet permitatis.

Datum Verulis, viiii. kalendas aprilis.

Nach dem drucke: (Boselli) Delle storie Piacentine libri XII (Piacenza 1793) 1, 322 aus dem orig. mit anhängender bleibulle des pabstes.

889. *Christian erzbischof von Mainz und legat ganz Italiens bestätigt denen von Viterbo alles, womit der kaiser dieselben beliehen hatte. Siena* ***1172*** *märz* ***19****.*

Christianus dei gratia Maguntinae sedis archiepiscopus et archicancellarius Germaniae et totius Italiae legatus imperatoriae maiestatis. Imperatoriae legationis nobis commissum sane arbitramur esse officium, ut de nobis et imperio specialis fidei et industriae solertia benemerentibus singularis gratiae praerogativa benefaciamus, et illis quidem affectuosius, quorum fides, devotio et sincera devotionis exhibitio reipublicae familiarius assistit et cotidiano famulatus sui obsequio studiosius imperio deservit. Eo igitur consuetae pietatis intuitu respicientes praeclara et honestissima Viterbiensium consulum et militum ac totius populi servitia, sinceram fidem ipsorum et fidelitatem et labores emeritos et semper super honore et excellentia imperii indefessos dignae retributionis palma decrevimus adornari debere et specialis amicitiae titulis exaltari. Ea propter sedulis petitionibus amicorum nostrorum Fortisguerrae consulis et Iohannis sacri palatii Viterbiensium iudicis et Graeci comestabilis facilem et benignam aurem accomodantes, auctoritate et virtute legationis

nostrae concedimus et dignitate nostra confirmamus, quaecumque dominus noster serenissimus Romanorum imperator dono sceptriferae maiestatis suae per vexillum imperiale eis contulit et serenitatis suae bona voluntate et gratia eos investivit in tenimentis ipsorum et bonis usantiis. Ut autem haec auctoritatis nostrae pagina, imperialis munificentiae dono collata, rata maneat et semper inconvulsa persistat, eam sigillo nostro insigniri fecimus et auctoritate nostra iussimus corroborari. Statuentes igitur sub obtentu imperialis gratiae et nostrae atque sub debito fidelitatis firmiter mandamus et districte praecipimus, ne aliqua persona parva vel magna, secularis vel ecclesiastica, nulla civitas nullave persona hanc nostram dispensationis paginam violare praesumat, nec ausu temerario infringere. Quicunque vero facere contra hoc nostrae legationis edictum attemptaverit, imperatoriae maiestatis reus et a favore benignitatis nostrae alienus, centum libras auri purissimi pro poena transgressionis et iniuria delicti componat, dimidiam partem fisco imperialis camerae et reliquam partem communi Viterbiensium iniuriam patienti.

Huius rei testes sunt: comes Erwinus, Reimboldus et Fridericus frater eius comites de Bikelingen[1], Corandus de Balnehusen, Ulricus de Cudemburg[2], Otto de Vesperde, comes Macarius, Franco filius suus, Riwinus, Conradus mariscalchus, Latimerius imperatoris legatus, Ugolinus Bonus comes, comes Aldebrandinus, comes Guido Guerra, Conradus filius marchionis de Monteferrato, Iohannes Stephani Tiburtinus comes, Ranerius Gerardi, Iohannes Rottelini, Tyberius Durantis consul Sutriensis, Paganus de Sasse, Petrus Pascalis consul Nepesinus et alii quamplures.

Acta[3] sunt haec anno incarnationis dominicae m.c.lxxii., indictione quinta. Datum apud Senas, xiiii. kal. aprilis. Feliciter. Amen.

Ego Robertus imperialis aulae capellanus et Maguntinae curiae prothonotarius scripsi haec et recognovi.

Nach dem drucke: Bussi Istoria della città di Viterbo (Roma 1742) s. 398. — [1] Dr. *Rikelinge.* — [2] *Gudensberg?* doch finde ich da keinen Ulrich. — [3] Dr. *Dicta.*

890. *Christian erzbischof von Mainz und legat ganz Italiens verspricht dem grafen Ildebrandin und der stadt Viterbo die nichtwiedererbauung von Ferento, bestätigt ihnen genannte besitzungen und löst die stadt von dem durch Philipp erzbischof von Cöln über sie verhängten reichsbann. Foligno* ***1173*** *feb.* ***13.***

Christianus dei gratia Maguntinae sedis archiepiscopus, Germaniae arcicancellarius et totius Italiae legatus imperatoriae maiestatis. Consuetudo nostram prudenter admonet et erudit prudentiam, ut eos qui fide ac devotione circa imperii gloriam et honorem refulgere dignoscuntur, propensiori dilectioni amplectamur et eorum postulationibus facilem accomodemus assensum. Unde nos fidem et praeclara servitia, quae dilectus noster comes Ildebrandinus atque civitas Viterbiensis imperio favorabiliter hactenus exhibuerunt, diligenti examine pensantes, intercedentibus etiam[1] precibus familiarium nostrorum Iohannis de Casamala, Galilei et Angeli Boni, imperiali qua fungimur auctoritate praescripto comiti Ildibrandino atque civitati Viterbiensi concedimus et promittimus, quod Ferentum nec relevabimus nec relevari faciemus, et ne relevetur imperiali auctoritate praecipimus. Ipsam quoque civitatem Viterbiensem, quam propter idem Ferentum dominus Philippus Coloniensis archiepiscopus banno imperiali subiacere pronunciavit, ab eodem banno absolvimus. Ad haec eidem comiti Ildibrandino et civitati Viterbiensi Ferentum, Vetrallam, secundum quod Petrus illustris urbis praefectus et comes Guitto et* Vetrallensis eis dederunt, item Viterclanum, Vaniariam, Canapinam, Quarnentam, et reliqua castra, quae habent in comitatu

Balneoregiensi, et Montem Alianum et omnia iura, quae Lambardi de Castellardo in castellis suis eis dederunt, confirmamus et praesentis scripti privilegio communimus. Item damus et concedimus eidem comiti Ildibrandino atque civitati Viterbiensi quartam partem portus Montalti et decimam partem portus Corneti. Si quis autem huic nostrae auctoritatis paginae contraire praesumpserit, in* centum libras auri, medietatem camerae imperiali, reliquam partem communi Viterbiensi pro poena persolvat.

Pactionis huius rei testes fuerunt: Conradus Suevus, magister Robertus imperialis aulae capelanus, Odo de Vesperde, Everardus nepos suus, Albrandus marescalcus, Iohannes de Casamala, Galileus, Angelus Bonus el alii quamplures.

Datum Fulginei, anno dominicae incarnationis m.c.lxxiii., indictione vii.[2], idibus februarii.

Nach dem drucke: Bussi Istoria della città di Viterbo (Roma 1742) s. 398. — [1] Dr. *sed.* — [2] Würde auf 1174 weisen; vgl. iedoch Varrentrapp Christian von Mainz 57.

891. *Consuln und credenza von Cremona versprechen rückzahlung dessen, was die consuln bis zum belaufe von hundert pfund für den erzbischof (Conrad) von Mainz zu zahlen befehlen. Cremona 1185 apr. 5.*

Die veneris, quinto intrante aprili, in palatio Cremone in camera predicti palatii, in presentia Ponzii de Giroldis et Guberti Multisdenariis et Pagani de Burgo et Presbiteri Vetuli et Guarizi de Micariis et Bernardi Picini et Homoboni de Trezo et Melii de Carbono. Dominus Guazo de Albrigono et dominus Paganus de Medolato et dominus Otto de Ponzonibus, qui tunc erant consules communis Cremone, iuraverunt ad sancta dei evangelia, quod solvent totum illud avere, quod preceperunt vel ipsi preceperint pro archiepiscopo Maguntino usque ad centum libras, usque ad octavam sancti Michaelis proximi, nisi remanserit parabola eorum, quorum erit hoc avere; nec predicti consules constringent eos homines, qui hoc avere dederint, ad parabolam dandam. Et quod facient credentiam sonare, et bona fide facient illos de credentia iurare, nec parabolam eis dabunt.

In sequenti die sabati proximo omnes infrascripti de credentia scilicet Raimundus Oldovinus etc.[1] — Et omnes isti suprascripti iuraverunt solvere pro se suprascriptos denarios, sicuti supra legitur, ad predictum terminum et predicto modo, nisi remanserit parabola eorum, quorum fuerint predicti denarii.

Factum est hoc anno dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo quinto, indictione tertia, et in palatio episcopi Cremone.

Ibi interfuerunt Paganus Curtus et Niger de Micara et Iohannes Bonus de Tavono testes.

Ego Gufredus domini Frederici imperatoris notarius interfui et scripsi.

Ego Iohannes Bonus notarius domini Frederici imperatoris interfui, quando predicti homines de credentia iuraverunt predicto modo, et me subscripsi.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. diversorum, D. 30. — Der kaiser war damals zu Pavia; wahrscheinlich hängen diese zahlungen mit den verhandlungen über die mai 7 erfolgende wiedererbauung von Crema zusammen; der erzbischof könnte damals als bote des kaisers zu Cremona gewesen sein. — [1] Es folgen noch die namen von 106 mitgliedern der credenza.

892. *Bertold von Kunigsburg, legat des kaisers in Italien, verleiht dem bischof Heinrich von Imola die gerichtsbarkeit über S. Cassiano und andere besitzungen seiner kirche. Imola 1185 oct. 13.*

Imolae etc. Ego quidem in dei nomine Bretuldus de Cunigisberc etc. concedo tibi do-

nino Henrico venerabili episcopo ecclesiae sancti Cassiani etc. regimen populi et loci et curtis sancti Cassiani, Runci, Rocce et Vallis Salvae, Sorbitholi et Taulariae etc. et Capitis Silicum ad iustitiam tenendam et faciendam et omnium etc. et liceat tibi . . . tua et tuarum ecclesiarum ubicunque poterunt inveniri, et ab omni populari factione et ab . . . . . ra commendationum liberum te et absolutum et omnes tuas ecclesias, salvo honore imperatoris et nunciorum ipsius, constituo. Si quis vero dux etc. temerario ausu possessiones et bona praedicti episcopi inquietare aut invadere vel violenter tenere et nostram concessionem et constitutionem despectui habere praesumpserit, gratiam domini imperatoris et aliorum imperatorum successorum et meam amittat, et duas libras auri nomine poena camerae imperatoris persolvat etc. Quae vero omnia scripsi ego Pizolus Imolensis notarius mandato domini Bretuldi de Cunigisberc legati domini Federici imperatoris in Italia.

Nach dem drucke: Manzonius Episcoporum Corneliensium sive Imolensium historia (Faventiae 1719) s. 114 aus dem stadtarchive von Imola. Die zugedruckten zeitangaben sind unzweifelhaft der unvollständig mitgetheilten urkunde selbst entnommen.

893. *Die stadt Cremona unterwirft sich dem kaiser Friedrich unter angegebenen bedingungen. Vor Castel Manfredo* ***1186*** *iuni 8.*

In nomine domini nostri Ieshu Christi. Anno a nativitate eius millesimo centesimo octuagesimo sexto, indictione quarta, die dominico, octavo mensis iunii. Otto de Comite et Otto Curtese consules comunis Cremone a parte ipsius comunis per se et socios suos fecerunt finem et refutationem domino Frederico dei gratia Romanorum invictissimo imperatori augusto nominative de castro Guarstalle et curte et villa et eius pertinentiis, et de Luciaria et curte et eius pertinentiis, et de omni iure et honore, quod quondam comitissa Matildis habuit in predictis locis et castro et curtibus et villis, nec impedient illa iura. Et si Cremonensis ecclesia vel aliqua privata persona, que sit de Cremona vel eius districtu in predictis locis ex antiquo habet aliquas possessiones vel aliquod ius iuste, quiete habeat; ita tamen ut debita et consueta servitia curie et imperio faciat. Item predicti consules suo nomine et nomine sociorum suorum a parte predicti comunis Cremone fecerunt finem et refutationem eidem domino imperatori nominative de castro Creme et eius pertinentiis et Insula Fulcherii. Et omnia privilegia et scripta, que imperator eis fecit et dedit de Crema et Insula Fulcherii in manibus domini imperatoris resignabunt. Et ita quod imperator deponet ea apud Papiam, et ipsi consules Cremone debent recipere plenam securitatem a Papiensibus sub tali tenore, quod si imperator vel eius successor dedit vel dederit Cremam vel Insulam Fulcherii alicui civitati vel loco aut collegio vel persone, quod Papienses reddent ea Cremonensibus. Et si predicta privilegia fuerint necessaria Cremonensibus, Papienses habeant facultatem exhibendi ea Cremonensibus ad utilitatem ipsorum Cremonensium contra quascumque personas vel civitates vel loca, excepto quod non debent ea exhibere contra imperatorem vel eius successorem de Crema et Insula Fulcherii; ita tamen quod usque ad finem mensis ea reddant, postquam a Papiensibus eis fuerint assignata. Et si quas possessiones vel aliquod ius ecclesia Cremonensis vel aliqua alia persona privata Cremonensium vel eius districtus in Crema vel Insula Fulcherii iuste habet, quiete habeat et debitam et consuetam iustitiam curie et imperio faciat. Predicti consules Cremone cum infrascriptis hominibus Cremone iuraverunt ad sancta dei evangelia pacem Cremensibus et Mediolanensibus et Placentinis; et addiderunt in ipso sacramento, quod facient iurare eandem pacem sociis suis consulibus Cremone et credentie sine fraude; et quod facient iurare unum consulem vel aliquam honestam personam de civitate bone opinionis in concione

data parabola a populo, presente nuncio imperatoris. Et hoc idem sacramentum fecerunt de predicta pace de Cremona: Albertus Struxius, Homobonus de Tritio, Ponzius de Giroldis, Bernardus Pizinus, Surdus de Vallariis, Girardus Faber, Iohannes de Conrado, Nichola de Moro, Petrus de Suspiro, Otto de Casalemorano, Ambrosius de Scandolaria consul Cremone, Todiscus Sagittaclericus, Girardus de Burgo, Ottolinus de Persico, Guidottus de Baldizonis, Martius de Brodulano, Barozius de Burgo, Wilielmus de Belloto. Qui vero omnes, tam consules quam alii, iuraverunt predicta omnia, que superius et inferius scripta sunt, bona fide attendere et observare domino imperatori et eius parti, et quod facient iurare omnes socios suos consules de Cremona et omnes de credentia sine fraude hoc idem sacramentum. Item consimile sacramentum pacis fecerunt adversus predictos Cremonenses de Mediolano: Ubertus Vicecomes de Placentia potestas Mediolani, Wilielmus Burrus, Wilielmus de Osa, Crotius de Portanova, Arnaldus de Supraaqua, Mutalbergus Marcellinus, Amizo de Sorisina, Aldericus de Mozia, Florius de Cruce, Cassius de Lampugnano, Albertus de Lampugnano, Petrus de Aliote, Rogerius Marinonus, Aldericus de Pusterna, Albertus de Mairola consul, Iacominus Mainerius, Ugo de Camerario, Paganinus de Catto, Otto Platius, Ugo de Sesto; de Crema: Otto de Rivoltella, Girardus de Bonato, Luvilus de Sablone, Domettus Benzonus; de Placentia: Opizo Novellus et Bernardus Balbus. Qui vero predicti potestas de Mediolano et consules Creme et Placentie debent facere iurare consules socios suos et credentiam sine fraude, et unum consulem vel hominem bone opinionis in concione data parabola a populo, presente nuncio imperatoris, predictum sacramentum pacis. Et si Cremonenses habuerint guerram cum aliqua civitate aut loco vel persona, et Cremenses iverint ad adversarios Cremonensium et cum eis Cremonenses offenderint, non teneantur Cremonenses pacem servare Cremensibus, quamdiu guerra duraverit. Captivi inde reddantur. Cremonenses debent facere fidelitatem domino imperatori et filio eius regi Henrico ad quindecim annis supra et a sexaginta infra; et singulis decenniis facient, qui non fecerunt; et ita quod consules et credentia debent iurare predictam fidelitatem ad octo dies proximos post acceptam gratiam, reliquus vero populus infra mensem proximum post receptam gratiam. Et dominus imperator remisit eis et in comuni et in diviso omnes offensiones et damna et maleficia et omnes indignationes, et recepit eos in plenitudinem gratie sue. Et hoc idem facere debet rex Henricus eius filius. Et ipsi reddiderunt eidem domino imperatori Castrum Manfredi; et nuncius eius intravit in ipso castro cum vexillo imperatoris; et illi de castro exierunt portantes secum, quod una vice portare potuerunt; castrum destructum fuit ad voluntatem imperatoris. Predicti consules de Cremona suo nomine et nomine sociorum suorum fecerunt finem et refutationem de omnibus possessionibus et locis et de omni iure et concessione et privilegio novo et veteri, quod Mediolanenses eis concesserunt, et instrumenta, que inde habent, eis reddent. Et renuntiaverunt domino imperatori et finem fecerunt de omni iure et concessione et privilegio novo et veteri, quod dominus imperator vel eius successor eis concessit super iisdem possessionibus et locis. Et iuraverunt, quod stare habeant in mandato imperatoris de predicta pace Placentinorum, et quod sacramenta pacis erunt completa ad octo dies post receptam gratiam imperatoris.

Actum quando Castrum Manfredi obsidebatur.

Interfuerunt Gotifredus dei gratia imperialis curie cancellarius, Wilielmus Astensis episcopus, Bernardus Parmensis episcopus, Rodulfus Trevirensis electus, Bonifacius Montisferrati marchio, Supramons de Cavalcabobus marchio, Bonus Iohannes advocatus de Vercellis, magister Metellus vicarius curie, Albertus de Adegherio Ferrariensis, Otto Cen-

dadarius Mediolanensis, Grossus Brixiensis iudices curie; Martinus de Castello et Wilielmus frater eius, Wido de Sancto Nazario, Buxinardus de Grandivillano et multi alii testes.

Ego Martinus Filippi imperialis aule et Papiensis notarius interfui et precepto domini imperatoris et consulum Cremoue et aliorum iam dictorum hominum Cremone hoc instrumentum scripsi.

Cereda aus dem archive zu Cremona, G. 80. — Vgl. oben nr. 153.

894. *Conrad herzog von Spoleto und graf von Assisi gewährt denen von Terni nachlass an allem, was er an sie zu fordern hat, gegen zahlung von 680 pfund, und bestätigt ihnen begünstigungen bezüglich der höhe der bannstrafen. 1187 mai 4.*

In dei nomine. Ab eius nativitate anno domini m.c.lxxxvii., tempore Frederici imperatoris, die quarta entrante *medio, indictione quinta. Hoc quidem tempore ego Conradus dei gratia et dono serenissimi imperatoris Frederici dux Spoleti et comes Asisi facio vobis consulibus Terannensibus, Silie[1] et Martino et Senebaldo, et universo populo Terannensi, maioribus et minoribus, clericis et laicis, masculis et feminis, ex potestate domini imperatoris et domini regis et nostra finem et refutationem de omnibus, quecunque nunc vobis dicere potui ex maleficiis vel ex aliis quibuscunque causis, exceptis illis rebus, quas nunc possideo de bonis [illorum], qui expulsi sunt a vobis. Pro qua fine et refutatione recepi a vobis vii.c.[2] libras Lucenses minus xx. libras. Et aliam cartulam, quam vobis feci, ut bannum sit xv. solidorum et non ultra, et firmam et illibatam haberi volo, et quicquid in ea continetur confirmo. Item ammodo in antea neque ego neque consules vestre civitatis presentes vel futuri vel baiuli mei, qui per tempora fuerint, bannum ultra tres libras Lucenses super vos vel contra vobis*.

Nach dem drucke: Angeloni Historia di Terni (Roma 1646) s. 86 nach einer unter dem eingange der domkirche von Terni in stein gehauenen inschrift. — [1] *silicet* in der auflösung, welche Angeloni der urschrift, an welche ich mich hielt, zufügt. — [2] *nonaginta tres* irrig in der auflösung.

895. *Heinrich von Lautern, herr von Luzzara und Guastalla für den kaiser, belehnt die von Luzzara mit der dortigen gemeindemark nach feststellung der gränzen derselben. Luzzara 1187 aug. 3.*

In nomine domini. Millesimo centesimo octuagesimo septimo, indictione quinta, tertio die mensis augusti intrantis. Enricus de Lutre tunc dominus Luzarie et Warstalle, vicarius domini *Henrici imperatoris residens pro eo, fecit iurare ad sancta dei evangelia Albertus* de Augustinis, tunc villicus curie, et Paganus Castronus, tunc iurator curie, et Arduinus Giroldus, tunc ministralis curie, et Garugius de Armannis et Dominicus Granellus et Gualdus de Villanis, ut definirent bona fide sine fraude boscus* et paludes et pascolus communis Luzarie a diviso, et boscus qui fuit runcatus a triginta annis infra. Et ipse dominus Enricus iuravit cum suprascriptis iuratoribus et fines invenerunt. Que fines tales sunt: A monte et a mane curia Gunzache et curia Razoli; a meridie homines Luzarie, scilicet Raynerius de Ferera; a sera similiter homines Luzarie et Brancha Olmete et Casalinus Olmete et Petrus de Prexonerio et filii Martini de Gosberti et Asavitus et Rogerus et filii Rodulfi Mauri et Villani de Villanis et Catalinus de Sigizoni et filii Vezi et filii Mala-tasce et filii Martini Mauri et Ariberti et Frederici et Sicardus Sace et Regicis et Altemannus et Bovus Mayneldus et illi de Pardo et Iordani et ecclesia sancti Georgii.

Et a quibus partibus dictis et alie multe sunt fines. Et ipse dominus Enricus fecit definire suprascriptis iuratoribus, et ipsemet dominus definivit, et investivit Albertum de Augustinis et Paganum Castronum et Arduinum Giroldum et Garugium Armannum et Dominicum Granellum et Valdum suo nomine et nomine et in vice communis Luciarie, ita quod ipse Albertus et Paganus et Arduinus et Garugius et Dominicus et Valdus et alios* de Luzaria, qui non erant ibi, debeant habere suprascriptam communitatem, scilicet boscus et pascolus et paludes et eas terras, que fuerunt runcata a triginta annis infra, et ex parte domini *Henrici Imperatoris tenere et usufructare, et in ipso bosco boscare, et in palude pascolare et segare et alia que sibi necessaria et opportunum* fuerit infra suprascriptas coherentias diffinitas. Eo salvo quod illud bannum, quod ipse dominus Enricus mitteret vel ille, qui erit pro tempore dominus, per consilium communis Luzarie pro custodiendo suprascriptum boscum et communitatem, dominus Enricus seu ille, qui erit per tempora, debeat habere medietatem ipsius banni et communis Luzarie aliam medietatem.

Actum est in palude loco Luzarie.

Interfuere rogati testes Walterius nuncius domini Erbe et Rogerius Vastalle judex, Dominicus et Carpolinus Carpe et Albertus de Bayse et Johannes Bonifacii Mutine et Bosus de Armannis de Luzaria et Rizus de Aribertis et Lizarolus Giroldus et Gibertus Moronus et Apionus et Peregrinus de Prado et Rudolfus Mauri et alii multi.

Ego Vetulus palatinus notarius interfui.

Ego Conradinus sacri palatii notarius autenticum hujus exempli vidi et legi, in quo sic continebatur, ut in suprascripto legitur exemplo nichil plus vel minus, quod sensum mutet, et me subscripsi. — Ego Carlinus sacri palatii notarius etc. — Ego Martinus etc.

Cereda aus dem archive zu Cremona, G. 2. — Trotz des wiederholten *Henricus imperator* wird das iahr 1187 richtig sein. Denn abgesehen vom zutreffen der indiction ist der reichsmarschall Heinrich von Lautern damals auch anderweitig als legat der mathildischen güter nachzuweisen; vgl. Muratori Antich. Est. 1, 310. Die urkunde scheint, wenn nicht überhaupt später abgefasst, bei späterer transsumirung den zeitverhältnissen gemäss modifizirt zu sein; darauf deutet schon das wiederholte *tunc*; es könnte dann *Fridericus* in *Henricus* geändert sein; oder aber, was doch näher liegt, *rex* in *imperator*, da 1187 zunächst könig Heinrich Italien verwaltete.

896. ***Die Parmenser beschwören ein auf fünfzig iahre unter angegebenen bedingungen mit Cremona geschlossenes bündniss, insbesondere auch versprechend, die gnade des kaisers und des königs für Cremona zu erwirken. Parma 1188 dec. 20.***

Anno ab incarnatione domini nostri Jeshu Christi millesimo centesimo octuagesimo octavo, indictione septima, die martis, duodecimo exeunte decembri, in Parmensi palatio in quo fiunt consilia. — In nomine domini nostri Jeshu Christi. Ego iuro ad sancta dei evangelia, quod bona fide et sine fraude custodiam et salvabo in personis et rebus homines civitatis Cremone et episcopatus et districti per totam meam terram et aquam et fortiam et districtum, nec in sua terra vel aliena vel aqua vel districtu per me vel per alium cogitatim eos offendam, nec eos Cremonenses aliquos offendere fraudolose permittam vel consentiam. Et si qua gens vel civitas seu persona cum hoste vel exercitu seu cavalcata pro offensione Cremonensibus facienda venerit seu equitaverit in eius episcopatu vel districtu, vel si quis locus aut castrum sui episcopatus vel districti civitati Cremone contrarium fuerit, ita quod suis preceptis stare et obedire noluerit, bona fide et sine fraude ipsam civitatem Cremonam adiuvabo per comune aut divisum cum militibus et archatoribus cum

meis dispendiis et perditis, quoties et secundum quod requisitum fuerit per consules vel certos nuncios civitatis Cremone consulibus vel comuni meę civitatis Parme. Et in hoste veniam, nec inde recedam, donec ipsa gens vel exercitus supra episcopatum Cremone vel districtum steterit, vel locus aut castrum suum voluntatem Cremonensium fecerit, nisi remanserit parabola omnium consulum vel maioris partis civitatis, qui in civitate vel in hoste fuerit, vel potestatis, qui pro tempore fuerit; et parabola data sine fraude et accepta attendam sine fraude. Et si Cremona guerram habuerit cum aliqua civitate vel gente seu persona vel castro seu loco, eam adiuvabo cum militibus et peditibus et archatoribus meis dispendiis et perditis, et in suo episcopatu et in alieno episcopatu et districtu, quoties et secundum quod requisitum fuerit per consules vel certos nuntios civitatis Cremone consulibus vel comuni mee civitatis Parme. Et in hoste veniam, quoties et secundum quod mihi requisitum fuerit, nec inde recedam sine parabola ut supra. Et omnibus hominibus civitatis vel loci vel castri, cum quibus Cremona guerram et discordiam habuerit, prohibebo per meam civitatem et districtum et episcopatum ire, secundum quod mihi requisitum fuerit per consules vel potestatem vel certos nuntios civitatis Cremone, nisi remanserit parabola omnium consulum vel maioris partis vel potestatis civitatis Cremone, qui pro tempore fuerint, et parabola data sine fraude ita attendam et observabo. Et si Cremona guerram habuerit pro facto Parme cum aliqua civitate vel gente seu loco, ego de predicta guerra pacem vel treguam vel conventionem aliquam non faciam sine parabola data in publica credentia palam omnium consulum vel maioris partis vel potestatis civitatis Cremone, qui pro tempore fuerint; et parabola data sine fraude ita attendam et observabo. Et hec omnia attendam et observabo sine fraude bona fide contra omnem personam et gentem et civitatem, excepto imperatore Frederico et filio ejus Enrico rege et eorum successore*. Item bona fide operam dabo et studebo precibus, ut Cremonenses habeant gratiam et bonam voluntatem imperatoris Frederici et filii ejus Henrici regis et successoris ejus, et ne malum sive contrarium civitati Cremone faciant de suis honoribus et possessionibus, nec sui districtus. Contra hanc concordiam cum aliqua civitate nec faciam concordiam contra hanc per sacramentum sine parabola civitatis Cremone, excepta Mutina. Item rationes faciam hominibus Cremone et episcopatus et districti per me vel personas ad hoc constitutas secundum consuetudinem civitatis Parme; de malefitiis a quatuordecim annis infra, ut caput tantum reddatur, exceptis his que commissa fuerunt per guerram Casalis majoris et Colornii, que pro tempore tregue remisse fuerint; de possessionibus sine fructibus et pena; de debitis sine usuris; hoc salvo ne aliquis cadat a iure suo propter predam vel invasionem vel alium* maleficium, et quod nemo possit se tueri iure uxoris vel nurus vel filiorum; de reliquis vero secundum usum et consuetudinem civitatis Parme. Et si ille qui de predictis condemnatus fuerit non habuerit, unde solvere valeat, in bannum eum ponam, nec eum extraham de banno in toto meo consulatu, et de mea civitate et districtu eum expellam, nisi venerit ad solutionem faciendam, vel nisi remanserit parabola lamentatoris. Nec terminus solvendi debet dari ultra triginta dies, nisi voluntate eius remanserit, cui condemnatus fnerit. Et infra quadraginta dies factis securitatibus ab utraque parte faciam, nisi qualitas negotii aliud postulaverit, vel nisi remanserit parabola lamentatoris vel iusto impedimento. Vetera pedagia et ripatica seu tanse, que ante triginta annos prestabantur, sicut cognitum fuerit per bonos et antiquos homines, dari debeant. Nova vero et supra imposita a triginta annis infra remittantur, exceptis his que colliguntur et prestantur ad pontem Guastalle et pro ipso ponte. Et bona fide operam dabo, ut potestas et consules Parme iurent observare et attendere huiusmodi concordiam. Et quilibet con-

sulatus vel potestas debet in suo sacramento firmare, quod ita observabunt hanc concordiam et attendent; et debent facere in omni decimo anno huiusmodi sacramenta renovari ab hominibus credentie, quando fecerant hoc sacramentum, et a nuntio civitatis in publica concione per laudem populi, si requisitum fuerit a consulibus Cremone. Et tanse ab invitis non exigantur. Et bona fide operam dabunt, ut generaliter homines Parme iurent a decem-octo annis supra et a sexaginta infra hanc concordiam, exceptis his qui fecerint sacramenta Placentie. De discordia Mezani Dovariensium debet dici ratio per Vetulum et Girardum Fabrum, vel transactio seu concordia fieri. Sicut Parmenses fecerint in dotibus mulierum Parme, ita nos observabimus in dotibus mulierum Cremone. Bandizatos Cremone, qui nunc sunt vel in antea erunt, in meo districtu non recipiam nec tenebo, et de mea civitate et districtu expellam, cum mihi requisitum fuerit a consulibus Cremone vel a suis nuntiis. Et hanc concordiam et pacem tenebo et observabo bona fide et sine fraude usque ad quinquaginta annos. Factum molendinorum Padi non est in hoc sacramento, sed remansit in Vetulo et in homine Bono de Tretio. Et hanc concordiam et pacem iuraverunt ex parte Parme. Et si quid fuerit additum vel mutatum seu minutum vel melioratum in concordia omnium consulum vel maioris partis vel potestatis utriusque civitatis, id observari debet; ita tamen ut predicta pax et concordia ob hoc non destruatur; et ita intelligimus ubicumque legitur sine parabola omnium consulum vel maioris partis vel potestatis data in publica credentia Cremonę publice.

Anno ab incarnatione domini nostri Ieshu Christi millesimo centesimo octuagesimo octavo, indictione septima, die martis, duodecimo exeunte decembri, in palatio civitatis Parme, in quo fiunt consilia. Et omnes homines Parme iuraverunt ex parte Parme tenere concordiam factam inter Cremonenses et Parmenses firmam et ratam, ut in hac cartula continetur.

Cereda aus dem archive zu Cremona, B. 63. — Nach urk. desselben archivs werden 1189 apr. 30 zu Parma in plena concione die alten und neuen bündnisse mit Cremona von Gerardin correrius von Parma in die seele der consuln und des volks beschworen.

897. *Wido könig von Ierusalem bewilligt den Amalfitanern wegen ihrer verdienste um ihn und die christenheit angegebene freiheiten zu Accon. Vor Accon* ***1190*** *apr.* ***10.***

In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti. Amen. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod ego Guido per dei gratiam in sancta civitate Ierusalem Latinorum rex viii. et domina Sibilla sponsa mea venerabilis regina donamus et confirmamus vobis omnibus hominibus Amalphie et omnibus hominibus totius pertinentie civitatis Amalphie, de quacunque provincia adveneritis, libertatem in Acon intrandi et exeundi per mare et per terram cum omnibus mercimoniis et rebus vestris vendendi et emendi, tam in terra quam in mari, sine exactione aliqua et dirictura. Donamus etiam vobis libertatem terciarie et ancorandi et ancoragii omnium navium vestrarum magnarum et parvarum, et omnium lignorum vestrorum de riveria, parvorum videlicet et magnorum, et curiam in Acon et viscomitem et consules de hominibus vestre gentis pro regenda curia vestra, sicut habuerunt Venetia et Pisani et Genuenses. Et ad hoc donamus vobis domum unam in Acon ad regendam curiam vestram, prout iustum fuerit. Et hoc vobis donamus imperpetuum pro bono servitio, quod nobis et christianitati fecistis. Ut autem huius nostre donationis, concessionis et confirmationis autoritas vobis [in]concussa permaneat, presentem paginam testibus subscriptis muniri et sigillo nostro fecimus corroborari.

Huius rei testes sunt: comes Iocelinus regius senescalcus, Hugo Thyberiadis, Gaufridus Tortus, Galganus de Cheneche, Alelmus Bellus, Raynerius de Gibeleto, Antellinus de Luca, Raymundus de Nefra.

Factum est anno ab incarnatione domini m.c.lxxxx., indictione [viii]. Datum in obsidione Acon, per manum Petri regii cancellarii et Tripolitane ecclesie archidiaconi, iiii. idus aprilis.

Ficker aus hs. sec. 15 zu Rom, Bibl. Vallicelliana, B. 12. bl. 212. — Veranlassung des privilegs dürfte der kurz vorher erfochtene sieg über die egyptische flotte gewesen sein.

898. *Bonifaz markgraf von Montferrat und dessen sohn Wilhelm verbünden sich zu ehren kaiser Heinrichs mit den städten Cremona, Pavia, Bergamo und, für den fall des beitrittes, mit Como und Lodi. Breme (in der Lomellina) 1191 sept. 24.*

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo primo, indictione nona*, die martis, octavo kalendas octobris, infra castrum Bermede. Ad honorem dei et serenissimi principis Henrici dei gratia Romanorum imperatoris et semper augusti iuraverunt dominus Bonifacius Montisferrati marchio et Guilielmus eius filius, unusquisque manu propria ad sancta dei evangelia, quod bona fide custodient et salvabunt per totum eorum districtum personas et res omnium harum civitatum et districtuum earum, scilicet Cremone et Papie et Bergami et Cumis* et Laude. Et quod eis non offendent nec offendi facient, neque permittent in eorum districtu eis offendi. Et si ulla offensio hominibus predictarum civitatum vel de districtu earum facta fuerit in districtu ipsorum marchionum, ad mensem unum proximum, ex quo acciderit et ipsi hoc scierint et eis fuerit requisitum, eam bona fide illi vel illis, quibus evenerit, facient emendari, si inde potestatem habuerint, nisi remanserit parabola illius vel eorum, quibus fuerit offensio facta, vel eius certi missi. Et quod facient bona fide rationem hominibus earundem civitatum et districtus earum per se vel per nuncium sive per nuncios ad hoc constitutos. Et si commune suprascriptarum civitatum guerram habuerit, ipsi marchiones tunc in anno* temporis civitatibus exercitum propria persona ipsius domini Bonifacii facient, expensis ipsorum marchionum, cum centum militibus, morando quindecim diebus cum ipsis militibus, ex quo fuerint ad destinatas partes; et hoc citra Montes in Lombardiam. Et infra octo dies iter arripient et bona fide ibunt cum suprascriptis militibus, ex quo eis a communi suprascriptarum civitatum vel a personis a suprascripto communi electis denunciatum fuerit, nisi propter eorum iustam absentiam remaneret; nec fraude vetabunt, quin eis denuncietur. Et si aliqua iam dictarum civitatum specialem guerram habuerit, prefati marchiones adiuvabunt eam cum dimidia parte eius numeri militum, quo ipsa civitas eos iuvare debuerit secundum statutum communis suprascriptarum civitatum vel eorum, qui ad hoc ordinandum ab ipso communi electi fuerint; et hoc facient secundum antedictum modum impositum communi ipsarum civitatum. Et nullam concordiam facient cum inimicis suprascriptarum civitatum vel ullius earum sine parabola communis prefatarum civitatum vel eius, cuius fuerit guerra. Et quod bona fide operam dabunt et studebunt, quod hec societas accrescatur et gratiam et bonam voluntatem imperatoris habeat et in ea permaneat. Et si commune suprascriptarum civitatum vel ulla earum aliquid eis in credentia manifestaverit vel dixerit, quod pertineat ad factum ipsius communis vel ad factum speciale alicuius earum, id [non] manifestabunt ad dampnum et dedecus earum vel alicuius earum, cuius factum fuerit, sed id privatum tenebunt usque ad tempus, quo tenendum fuerit privatum, vel quo patefactum fuerit a communi

suprascriptarum civitatum sive illius, cui factum pertinebit. Et si commune ipsarum civitatum seu illi, qui ad hoc ab ipso communi ordinati fuerint, aut aliqua earum ab eis consilium petierit, bona fide eis consilium dabunt de hoc, unde ab eis consilium petierint. Et ita iuraverunt, quod si huic concordie aliquid additum vel diminutum fuerit in concordia communis prefatarum civitatum seu eorum, qui ad hoc ab ipso communi electi fuerint, et suprascriptorum marchionum, de addito teneantur, sicut de predictis tenentur, et de diminuto sint absoluti. Et ita si ulla alia civitas vel locus sive persona ad hanc societatem pervenerit, teneantur eis ipsi marchiones de predictis omnibus attendendis, sicut communi predictarum civitatum vel alicui earum tenentur, secundum quod ipsi civitati vel loco seu persone, qui vel que ad ipsam societatem pervenerit, ordinatum fuerit per partem de datione militum a comuni harum civitatum vel ab eis, qui ad hoc per ipsum commune electi fuerint, et suprascriptis marchionibus. Et si Mediolanenses irent supra terram suprascriptorum marchionum, et prefate civitates adiuverint eos cum ea quantitate gentis bono arbitrio, qua Mediolanenses supra eorum terram equitarent, post ea, quod ipse civitates ita eos a Mediolanensibus iuvabunt, ipsi marchiones cum militibus et peditibus sue terre ipsas civitates a Mediolanensibus iuvabunt. Hec omnia, ut supra determinantur, predicti marchiones attendere debent et observare bona fide usque ad decem annos proximos, vel tantum plus, quantum commune predictarum civitatum et suprascripti marchiones fuerint in concordia, nisi quantum remanserit parabola suprascriptarum civitatum. Salva tamen in omnibus fidelitate domini imperatoris et aliorum dominorum suorum, et salvo sacramento Papie et Vercellarum et Albe. Et tali modo iuraverunt ipsi marchiones, quod si hee civitates, scilicet Cumis et Laude, usque ad annum novum proximum vel ad octavam ad hanc societatem pervenerint, teneantur eis ipsi marchiones, ut supra dicitur; alioquin teneantur tantum Cremone, Papie et Bergamo, et non Cumis et Laude. Et hoc inter eos stetit, quod marchiones tantos milites de sua terra bona fide sine fraude debent [facere] iurare de hac concordia firma tenenda, quanti eis iuraverint credenderii Cremone. Preterea ex parte marchionum Ferrarius de Valencia, Capitaneus de Valencia, Iacopus de Mugarono, Otto de Caneli, Ebus de Curticella, Aricius de Clavasio, unusquisque eorum iuravit ibidem manu sua propria ad sancta dei evangelia hanc concordiam bona fide a se firmam tenere, et fortiam et consilium tenendi eam firmam suprascriptis marchionibus dare.

Sacramentum faciendum a communi suprascriptarum civitatum ipsis marchionibus tale est: scilicet quod salvare et custodire debent per totum districtum suprascriptarum civitatum personas et res predictorum marchionum et hominum de terra eorum, nec eos offendere debent, nec offendi facere, nec eis offendi permittere. Quod si ipsis marchionibus vel alicui eorum seu ulli de sua terra offensio facta fuerit in districtu alicuius predictarum civitatum, ad mensem unum proximum, ex quo acciderit et ipsi hoc scierint et eis fuerit requisitum, bona fide eam emendari facere debent illi vel illis, quibus offensio evenerit, si inde potestatem habuerint, nisi remanserit parabola illius vel sui certi missi, cui offensio evenerit. Et bona fide ipsis marchionibus et hominibus de districtu eorum rationem facere debent per se vel per nuncios ad hoc constitutos. Et si marchiones ipsi guerram habuerint, suprascripte civitates citra Montes in Lombardiam expensis ipsarum civitatum eis exercitum facere debent cum ducentis militibus morantibus quindecim diebus, ex quo fuerint ad destinatas partes, et infra octo dies iter arripere debent et bona fide ire cum suprascriptis militibus, ex quo fuerit eis a suprascriptis marchionibus vel eorum certo misso denunciatum, nec fraude vetare debent, quin eis denuntietur; ita quod consul vel potestas cuiusque civitatis, vel certus nuncius potestatis, sive unus ex consulibus iustitie cuiusque civitatis

ire debet cum sua militia. Et nullam concordiam facere debent cum inimicis ipsorum marchionum sine eorum parabola. Et bona fide studere debent et operam dare accrescendi hanc societatem, et quod ipsi marchiones gratiam et bonam voluntatem imperatoris habeant et in ea permaneant. Et si ipsi marchiones aliquid eis ad credentiam manifestaverint vel dixerint per eos vel per eorum certum nuncium, id manifestare non debent ad dampnum vel dedecus marchionum, sed illud privatum tenere debent, quo ad usque tenendum fuerit privatum, et ab ipsis marchionibus non fuerit patefactum. Et si consilium ab eis postulaverint, bona fide consilium eis dare debent de hoc, unde ab eis consilium petierint. Et ita quod si huic concordie aliquid additum vel diminutum fuerit voluntate suprascriptorum marchionum et communis predictarum civitatum, de addito teneantur, et de diminuto sint absolute. Et si Mediolanenses supra terram marchionis equitarent, ipse civitates mittere debent in auxilium marchionum tantam gentem, quantam bona fide arbitrabitur esse illam Mediolanensium. Et hec omnia iurare debent consules sive potestas et credentia cuiuslibet suprascriptarum civitatum, ita quod quisque consulatus sive potestas teneatur omni anno facere hoc ita iurare sequentes consules sive potestatem et credenderios novos; et sic usque ad decem annos vel tantum plus, quantum fuerint de hoc cum marchionibus in concordia. De suprascriptis vero ducentis militibus queque ipsarum civitatum dare debet partem sibi destinatam a communi ipsarum civitatum vel ab eis, qui ad hoc ab ipso communi electi fuerint. Et hoc ita attendere debent usque ad decem annos proximos vel tantum plus, quantum fuerint in concordia cum suprascriptis marchionibus, nisi quantum remanserit parabola ipsorum marchionum. Salva tamen in omnibus fidelitate imperatoris, et salvis sacramentis ipsarum civitatum vicissim inter se factis, et factis Parme et Cumis. Et hec omnia attendere iuraverunt hii: scilicet dominus Albertus de Summo potestas Papie nomine communis Papie, et Ghyselbertus de Monticello consul Bergami, et Albertus de Rivola credenderius eius nomine communis Bergami, atque Petracius Manara et Pisina iudex credenderii Cremone nomine communis Cremone.

Suprascripti marchiones et potestas et consul et credenderii hanc cartam fieri rogaverunt.

Interfuerunt Guido de Putheo et Gayferius Butigella, Otto de Aurello, Guido de Sancto Nazario, Rainerius eius frater, Guido eorum nepos, Ubertus de Olevario, Iacobus Buccafollis, Opizo Braga, Iacobus Ysenbardus, Loderengus eius filius, comes Guilielmus de Cavaliate et quamplures alii testes.

Ego Bonus Iohannes sacri palatii notarius his omnibus affui et rogatu suprascriptorum iurantium hanc inde cartulam scripsi.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Montisferrati, E. 30. — Vgl. das zu Mailand 1191 dec. 7 zwischen Pavia, Como, Lodi und Bergamo abgeschlossene bündniss, dessen anfänge demnach weiter zurückreichen, und die beurkundung des zu Wirzburg 1192 iuni 9 erfolgten zutrittes des kaisers zu diesem bündnisse; beide aus demselben archive bei Toeche Kaiser Heinrich VI. 614. 616. — Dass am 24. sept. abweichend von dem sonstigen brauche in Oberitalien noch ind. 9 gezählt wurde, würde für ein versehen zu halten sein, wenn nicht auch in der urk. von 1191 dec. 7 sich noch ind. 9 fände; die indiction dürfte danach doch zuweilen erst mit der iahreszahl gewechselt sein.

899. ***Bonifaz markgraf von Montferrat und die stadt Asti versprechen den unter ihnen geschlossenen und vom castellan Thomas von None als boten des kaisers bestätigten frieden einzuhalten. Annone (bei Asti) 1193 apr. 13.***

Anno domini millesimo centesimo nonagesimo tercio, indictione undecima, die martis, tercio decimo intrantis aprilis; praesentia domini Thome Noni castellani et nuncii domini

Henrici Romanorum imperatoris et semper augusti. Dominus Bonefacius marchio Montisferrati et dominus Iacobus Strictus potestas Astensis nomine Astensis communis promiserunt sibi ad invicem stipulantibus et sub pena librarum duorum millium per stipulatum ab utraque parte alteri parti promissa, pacem et concordiam inter ipsum marchionem et Astenses, sicut continetur in instrumento inde composito, factam tenere firmam et nullo tempore contravenire, nec per se, nec per submissam personam. Insuper praefatus dominus Thomas auctoritate imperatoris et sua praedictam penam, ut supra legitur, et praedictam pacem et concordiam inter ipsum marchionem et Astenses factam, ut in instrumento inde composito continetur, confirmavit et corroboravit.

Actum in Nono apud ecclesiam sancte Marie. Interfuerunt testes dominus Iacobus Mantegacius iudex dicti Iacobi Stricti potestatis Astensis, Guido de Sancto Nazario, Scarampus, Ubertus, Layolius, Ubertus comes de Cocanada, Rufinus de Gorgiano et Nicholaus de Plozascho.

Et Thomas notarius hanc cartam scripsit.

Victor v. Kraus aus dem copialbuche der stadt Asti, bl. 362, im staatsarchive zu Wien.

900. *Arnold von Livo verkauft als bevollmächtigter kaiser Heinrichs VI die burg Garda mit zubehör an Verona. Garda* ***1193*** *iuni* ***13.***

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Talis est concordia inter domnum Arnoldum de Livo tunc Gardae morantem per domnum imperatorem Henricum et inter domnum Isnardum de Goizo iudicem et Thebaldinum de Bonifacio, Henricum de Spetia consules Veronae et domnum Milanum iudicem et procuratorem Veronae et domnum Corradinum de Manasse consulem negotiatorum de facto et contractu Gardae: Videlicet quod domnus imperator Henricus vendet arcem Gardae ad proprium communi Veronae cum omnibus suis pertinentiis, scilicet Lazisio, Bardolino, Turri, Montagna, Rivulis, Castillone, Caprino, Albisano, Cavaione, Plovezano et ceteris tam infeudatis, quam iis, quae in sua manu habet, ita tamen quod infeudatae, quae per domnum imperatorem rationabiliter tenebantur, pro communi Veronae debeant teneri, sicut pro domno imperatore olim tenebantur, exceptis duobus feudis, scilicet Canali et ripatico Lazisii. Et concedet ei communi Veronae in praedictis locis omnibus iurisdictionem et omnem districtum pertinentem ad praefatam arcem Gardae et omnes suas pertinentias, et omne ius, quod ad domnum imperatorem in eis pertinebat. Die duodecima intrante mense iunii, in praedicta arce Gardae in palatio, in praesentia testium rogatorum ad haec, videlicet Leonardi iudicis, Conradini de Manasse consulis negotiatorum, Leonardini de Lendenaria, Hordellini de Castello, Mossolini, Guiselandi, Marsilii de Gualtione de Sporto, Sicherii et eius fratris Anselmi filiorum praenominati domni Arnoldi de Livo, Gandolfi de Tivene, Tebaldi de Ripa et eius fratris Martii, Conradi de Bolzano, domni Iacobini de Gode. Ibique domnus Arnoldus praedictus de Livo per stipulationem promisit domno Milano iudici et procuratori Veronae et domno Isnardo de Goizo iudici et Thebaldino de Bonifacio, Henrico de Spetia consulibus Veronae pro eo communi Veronae, quod faciet domnum imperatorem Henricum ita firmare et attendere per omnia, ut supra dictum est, sub poena damni toti*, quod commune Veronae haberet, et omnium expensarum, et dandi communi Veronae tenutam tam ipsius arcis Gardae et omnium suarum pertinentiarum, cum habuerit ab eis pro communi Veronae septingentas marcas argenti et ducentas libras denariorum Veronensium, et reliquum argentum, scilicet quatuor centum marcas*, apud Tridentum collocatum fuerit, ita quod ipse domnus Arnoldus debeat id argentum habere post reversionem suam ab imperatore et complectionem omnium

praedictorum. Et retinere debet in se privilegia et scripta confirmationum, donec illud argentum, quod erit Tridento collocatum, sibi solutum fuerit. Et quod dabit de hoc obsides communi Veronae ita attendendi. Insuper ipse domnus Arnoldus, ut supra dictum est, per omnia attendere iuravit. Et quod domnus imperator Henricus sibi commisit hanc venditionem et alienationem faciendam communi Veronae et postea[1] non revocavit, et quod dedit sibi parabolam, ut iuraret ita attendere. Et versa vice suprascripti procurator et consules Veronae pro communi Veronae promiserunt per stipulationem ei domno Arnoldo sub poena damni et expensarum omnium ita solvendi et attendendi praefatum argentum et dare ei Arnoldo.

Anno dominicae nativitatis millesimo centesimo xc.iii., indictione undecima.
Ego Albertus sacri palatii notarius rogatus interfui et scripsi.

Nach dem drucke; (Miniscalchi) Osservazioni sopra la scrittura austriaca che è intitolata; Benacus; prodotta al congresso di Mantova per le vertenze del lago di Garda nell' anno 1756. s. 54. — Vgl. oben nr. 184—186. — [1] Dr. *propterea*.

901. *Bonifaz markgraf von Montferrat verpflichtet sich gegen Pavia, Cremona, Lodi, Bergamo und Como, den Mailändern seine strassen zu sperren und sie an iedem verkehr mit Genua und Savona zu hindern. Pavia* ***1193*** *iuni* ***26****.*

Anno dominice nativitatis millesimo centesimo nonagesimo tertio, die sabati, sexto kalendas iulii, indictione undecima, in Papia. Dominus Bonifacius marchio Montis ferrati iuravit ad sancta dei evangelia, quod a die veneris proxima in antea prohibebit omnes homines Mediolani et terre Mediolanensis ire et redire per suas stratas cum negotiationibus et sine negotiationibus. Et quod habet prohibere omnes personas per easdem suas stratas et vias et per totum suum districtum et fortiam diferre et ducere universas negotiationes, que ducuntur vel defferantur a Ianua vel Sagunto[1] seu a locis maritimis; et specialiter bunbecium et allium, braxile, endegum, [piper, aqua et sal].[2] Item iuravit consimili modo vetare omnes negotiationes, que ducte fuerint Mediolano vel eius districtu, que velint deferri ab aliquo versus Ianuam vel Saguntum aut loca marittima. Item faciet per suum missum iurare negotiatores ultramontanos et alios, cum erint ultra montes, quod in omnibus his, que defferunt vel ducunt, homo Mediolani vel terre Mediolanensis nullo modo partem habet vel habere debet. Et si invenerit aliquem hominem Mediolani vel terre Mediolanensis eum capiet. Et precipiet omnibus hominibus sue terre, ut capiant Mediolanenses, ubicumque in sua terra eos invenerint. Et capere habet universas illas res, que contra hoc quod supralegitur delate vel ducte fuerint, et eas non reddet. Et si tregua de ipsa guerra, que nunc est inter Papienses, Cremonenses et Laudenses et Pergamenses et Cumanos ex una parte, et Mediolanenses ex altera, semel vel pluries facta fuerit, ipse marchio non debet ipsas suas stratas prohibere nisi eodem modo, quo Papienses et alii eiusdem societatis prohibuerint. Et post treguam, usque quo pax facta fuerit, ita ipsas stratas vetare habet, ut dictum est, guerra retornante. Si autem missi ipsius societatis ad faciendum ipsos negotiatores, ut supra legitur, iurare in terra ipsius marchionis fuerint, ipse marchio per se et per suos homines dabit eis fortiam et adiutorium, ut prohibeant ipsas stratas et ipsa sacramenta facient fieri. Et non permittet aliquam personam contra hoc, quod supra legitur, facere. Hec omnia predicta ipse marchio manu propria iuravit bona fide sine fraude, ut supra determinatur, attendere et observare. Si ea, que consul Papie nomine communis Papie, et ambaxatores Cremonenses nomine communis Cremone, et Pergamenses* nomine communis Pergami, et consul Laudensis nomine sui communis, et

nuncius Cumanus nomine communis Cumani sibi hodie convenerunt, attenderint, pro ut in cartis inde factis continetur, et licet ad unum mensem proximum post terminum statutum de trecentis libris Seguxinorum eidem marchioni ab ipsis comunibus pro predictis dandis eas non solverint, tamen non ideo ipse marchio minus ea attendere iuravit. Hanc enim concordiam fecit ipse marchio cum Uberto de Olevano et Vasallo Gerla et Petro Ranfredo et Baldone de Campese consulibus communis Papie nomine ipsius communis, et cum comite Girardo et Azone Ursone nomine communis Cremone et* nomine communis Pergami, et cum presbitero Nigro consule Laudensi nomine communis Laudensis, et cum Trevallo nuncio Cumano nomine communis Cumani. Predictus marchio hanc cartulam fieri precepit.

Interfuerunt dominus Rainerius de Sancto Nazario et Guido de Putheo et Durus de Cavacio, Martinus Cevolla, Bogia de Gargano.

Ego Iohannes Carianus imperialis notarius omnibus predictis interfui et de ipsis hoc instrumentum precepto suprascripti marchionis scribi feci et in hoc eodem subscripsi.

Ego Guilielmus imperialis aule notarius iussu suprascripti Iohannis Cariani hanc cartulam scripsi.

Cereda aus dem original im archive zu Cremona, C. Montisferrati, E. 25. — [1] *Saguna* in abschr. desselben vertrags im communalregister von Lodi nach mittheilung von Wüstenfeld. — [2] Unleserlich; ergänzung nach derselben quelle.

902. *(Amalrich) könig von Cypern verleiht auf bitten des erzbischofs Samarus von Trani, welchen der kaiser mit dem scepter des königreiches an ihn sandte, den bürgern von Trani handelsfreiheit in seinem reiche.* ***1196*** *mai.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quatenus ego *Guidus de Luczignano dei gratia rex Cypri pro honore domini Henrici serenissimi Romanorum imperatoris semper augusti et regis Sicilie ad preces domini Samari venerabilis Tranensis archiepiscopi, a domino imperatore ad nos cum sceptro regni Cypri transmissi, dono, concedo et confirmo vobis universis civibus Tranensibus libertatem veniendi in regnum meum Cypri, intrandi et exeundi, merces vestras libere deferendi et ab eo extraendi, vendendi et emendi sine aliqua commercii exactione. Ut autem hoc meum donum firmum et inviolabili iure perpetuo permaneat, presentem paginam scribi et sigilli mei plumbei impressione virorumque subscriptorum testimonio muniri et corroborari precepi.

Quorum testium hec sunt nomina: Americus de Rivet, Raynaldus Barlais, Philippus de Bethsan, Raymericus de Biblio, Raynaldus de Sespes, Galterius de Berl., Ailelmus frater eius, Adam de Antiochia, Simon de Paph.

Datum per manus Alamiros, anno ab incarnatione domini m.c.xc.vi., mense madii, indictione xiv.

Nach dem drucke: Davanzati Dissertazione sulla seconda moglie del re Manfredi (Napoli 1791) Monumenti s. 7 aus dem libro rosso der stadt Trani. — Da Amalrich schon 1195 seinem bruder Wido gefolgt war, die zeitangaben aber durchaus mit andern nachrichten stimmen, so muss ein versehen im namen des königs vorliegen, während alle sonstigen angaben für die echtheit der urkunde sprechen. Vgl. Toeche Kaiser Heinrich VI. 391 n. 6.

903. *Pabst Cölestin III fordert den bischof von Fermo zur standhaftigkeit auf gegenüber den verfolgungen Marcwards (markgrafen von Ancona) und verspricht ihm, seiner bei den verhandlungen mit den erwarteten boten des kaisers zu gedenken. Lateran* ***1196*** *sept. 4.*

Celestinus episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Firmano episcopo salutem

et apostolicam benedictionem. Per litteras tue nobis fraternitatis innotuit, quod propter executionem mandati nostri Marcualdus adversum te ita duriter est commotus, quod in episcopatu tuo mora tibi penitus denegatur, nec etiam in aliquem locum totius Marchie potes propter ipsius persecutionem secure divertere. Nos autem afflictioni tue paterno compatientes affectu monemus atque hortamur hactenus tuae constantiam puritatis, ut virum induas, ut minime turbator ecclesie tue sinceritatis animum ita de facili non impellat, sed tamquam magnanimum te pro ecclesia dei murum inexpugnabilem molestiis perversorum confidenter opponas, et gregem tuum tamquam bonus pastor, qui pro eo exigente necessitate animam ponit, eundo Dalmatiam non dimittas. Confidimus enim de misericordia Iesu Christi, qui post tempestatem in se confidentibus tranquillitatem indulget, quod in proximo nobis et tibi misericorditer providebit, et ecclesiam suam in bona pace restituet, et praestabit ei tempora meliora. Preterea scias, quod in proximo expectamus nuntios imperatoris, qui cum dilecto filio P. tit. s. Cecilie presbitero cardinali apostolice sedis legato sunt ad nos, sicut accepimus, accessuri pro pace inter ecclesiam et imperium reformanda, in quo tractatu tui memoriam, sicut expedit, faciemus, nec de erimustibi in iis et in aliis que tuo videbimus honori et profectui expedire.

Datum Laterani, ii. nonas septembris, pontificatus nostri anno sexto.

Nach dem drucke: (Catalani) De ecclesia Firmana eiusque episcopis et archiepiscopis commentarius (Firmi 1783) s. 345 aus den regesten des bisthums s. 187.

904. *Conrad bischof von Hildesheim und hofkanzler verbietet den behörden von Bari, von den leuten des h. Nicolaus beiträge zur ausrüstung der galeeren zu fordern. Barletta 1197 märz 20.*

Corradus dei gratia Hildensemensis episcopus, imperialis aule cancellarius. Catepanis, iudicibus, petegariis et universis hominibus Bari salutem et omne bonum. Cum Ambrosius venerabilis prior sancti Nicolai de Baro nobis querimoniam deposuisset, quod vos cogeretis homines ecclesie sancti Nicolai de Baro conferre vobiscum in servitio galearum, et ipse prior assereret, quod homines ipsius ecclesie illud facere non deberent, nec temporibus regum illud unquam facere consueverint, testimonio iudicum et proborum virorum dicunt esse recordatum, quod homines ecclesie sancti Nicolai in servitio ipso galearum unquam conferre nec servire consueverunt. Unde mandamus vobis ex imperiali et nostra parte districte percipientes, quatinus homines ipsius ecclesie, sicut iudices et boni homines testati sunt, ita eos in pace ab huiusmodi servitio dimittatis, nec eos indebite molestetis, ut ulterius inde iustum non audiamus clamorem.

Data Baroli, xx. mensis martis, xv. indictionis.

Nach dem drucke: Putignano Vindiciae vitae et gestorum s. thaumaturgi Nicolai archiepiscopi Myrensis (Neapoli 1753) 2, 357 aus dem orig. mit stark verletztem wachssiegel.

905. *Pabst Cölestin III belobt den bischof von Fermo und den abt von Farfa wegen ihrer bemühungen, die mark Ancona von den Deutschen abwendig zu machen und befiehlt ihnen, sich in der Mark und von denen von Rimini den treueid für die römische kirche leisten zu lassen. (1197.)*

Celestinus episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Firmano episcopo et dilecto filio abbati Farfensi salutem et apostolicam benedictionem. Sollicitudinis vestre studium plurimum in domino commendamus, qui ad honorem ecclesie Romane ac nostrum a civitatibus et castellis Marchie super reverentia Teutonicis deneganda et standi mandatis

apostolice sedis recipistis iuratoriam cautionem. Cum igitur id gratum habeamus admodum et acceptum et propter hoc vestris intendamus meritis in melius respondere, volentes, ut quod per vos inceptum est, optatum finem nostro studio sortiatur, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus cum dilecto filio magistro R. subdiacono nostro, qui in partibus vestris dilecti filii nostri Gregorii de s. apostolo s. Marie in Porticu diaconi cardinalis apostolice sedis legati vices exercet, ab universis civitatibus et castellis Marchie et Ariminensibus etiam fidelitatis vobis faciatis nomine ecclesie Romane iuramenta prestari, ut in hoc studium diligentie vestre appareat, et tota Marchia ad[1] patrimonium nostrum, ad [quod] de iure pertinet, revocetur.

Nach dem drucke: (Catalani) De ecclesia Firmana eiusque episcopis et archiepiscopis commentarius (Firmi 1783) s. 345 aus den regesten des bisthums s. 185. — Veranlassung dieses vorgehens war zweifellos der 1197 sept. 28 erfolgte tod des kaisers; der pabst starb 1198 ian. 8. Dass schon Cölestin ansprüche auf die mittelitalienischen reichslande erhob, ist meines wissens sonst nirgends bezeugt und es läge nahe, an ein versehen im namen des pabstes zu denken; aber es scheint das dadurch ausgeschlossen, dass Innocenz gleich nach seiner wahl die cardinalpriester Cinthius und Iohann in die Mark schickte. Vgl. Innocentii Gesta, cap. 9; Regest. l. 1. ep. 38. — [1] Dr. *et.*

906. *Pabst Innocenz III meldet denen von Cremona, dass die verstorbene kaiserin Constanze ihn zum pfleger könig Friedrichs und des königreichs eingesetzt habe, und fordert sie auf, während seiner reise in das königreich für das gebiet der kirche gegen deren feinde einzustehen. Lateran* ***1198*** *dec.* ***15.***

Innocentius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis potestati et populo Cremonensi salutem et apostolicam benedictionem. Ecclesiam suam diebus nostris sua miseratione oriens ex alto respexit et totam Italiam, adversitatis cedente nubilo, prosperitatis lumine serenavit, erigens Petrum, ne mergeretur in fluctibus ambulans, et ei dexteram porrigens adiutricem, miraculo renovato. Is etenim, qui pro Petro rogavit, ne deficeret fides eius, ecclesiam in petre firmitate fundatam, ne maris fluctibus aut ventorum turbine quateretur, solita pietate firmavit, subiciens ei gentes et regna, ac reges et populos tutele ipsius et cure committens. Sane recordationis illustris Constantia imperatrix in lecto egritudinis constituta legitimum condidit testamentum, quo nobis dilectissimi in Christo filii nostri Frederici, Sicilie regis illustris, tutelam et regni Sicilie curam legavit, ac postmodum vigesimo septimo die mensis novembris, sicut domino placuit, diem clausit extremum. Cum igitur id ad honorem ecclesie ac totius Italie incrementum credamus favente domino proventurum, ac nos regnum ipsum disponamus intrare, ut ipsum in eiusdem regis fidelitate ac devotione sedis apostolice solidemus, discretionem vestram rogamus, monemus et per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus circa ea, que honorem nostrum respiciunt et totius Italie incrementum, solliciti sicut condecet existentes, inimicis ecclesie vos efficaciter et viriliter opponatis, ne in patrimonium ecclesie aliquid possint medio tempore machinari, nec patiamini, ut aliqui de vestro districtu Marcualdo vel aliis ecclesie inimicis consilium vel favorem impendant.

Datum Laterani, xviii. kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno primo.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, C. Friderici imp., G. 49.

907. *Pabst Innocenz III bestätigt denen von Pesaro das consulat und ihre guten gewohnheiten, nachdem dieselben sich zu angegebenen leistungen gegen ihn verpflichteten. Lateran* ***(1200)*** *nov.* ***23.***

Innocentius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis consulibus et populo Pen-

sauriensi salutem et apostolicam benedictionem. Omnipotenti deo grates referimus copiosas, quod diebus nostris ad iustitiam ecclesie Romane respiciens civitatem vestram cum tota diocesi, quam ad ius et proprietatem apostolice sedis non est dubium pertinere, sibi restituit violentia propulsata, per quam iniuste fuerat aliquamdiu sub aliena potestate detenta. Nuper enim cum dilectus filius Iacobus Rustici nuntius vester et procurator cum literis vestris de rato ad nostri presentiam accessisset, nobis ex parte vestra promisit, quod tam vos, quam omnes qui sunt de vestro districtu nobis et successoribus nostris et ecclesie Romane fidelitatem curabitis universaliter exhibere, expeditionem, parlamentum, pacem et guerram ad mandatum nostrum et legatorum et nunciorum nostrorum per totam Marchiam bona fide iuxta proprias facultates vestris expensis facere sine fraude, appellationibus ad nos vel legatos et nuncios nostros legitime factis debita veneratione deferre, procurationes idoneas nobis, legatis et nunciis nostris impendere, pro annuo quoque censu quinquaginta libras usualis monete persolvere, medietatem videlicet pro ipsa civitate et medietatem pro eius districtu, vel si mallemus novem denarios pro unoquoque fumante, ut more vestro loquamur, exceptis clericis, militibus, iudicibus, advocatis et his, qui nullas possessiones habere noscuntur, qui non consueverunt affictum prestare, quem videlicet censum vestris expensis nostre camere inferretis; postulans humiliter et implorans, ut vobis consulatum cum sua iurisdictione confirmare auctoritate apostolica dignaremur, salvis universis demaniis, que libere semper libera in nostra et successorum nostrorum dispositione consistant. Licet autem longe maiora consueveritis aliis exhibere, ut tamen sentiatis et gaudeatis vos ad illud dominium rediisse, quod de se vere dicere potest, iugum meum suave est et onus leve, promissionem et oblationem ipsius factam nobis ex parte vestra de fratrum nostrorum consilio duximus acceptandum, ideoque vos tamquam filios speciales sub apostolice sedis protectione suscipimus, quos sub eius dominio volumus perpetuo retineri. Confirmantes vobis consulatum cum omni iurisdictione que spectat ad ipsum tam in criminalibus quam in civilibus, ita ut omnes consules et potestates, qui pro tempore fuerint, Romano pontifici et ecclesie Romane iuramento fidelitatis teneantur adstricti. Bonas quoque consuetudines vestras ratas habemus et volumus eas inviolabiliter observari. Vos autem et successores vestri perpetuo nobis et successoribus nostris universa, que prescripta sunt et promissa, curabitis fideliter et efficaciter adimplere, singulis quoque decenniis iuramenta fidelitatis et observantiae premissorum universaliter innovare, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Laterani, ix. kal. decembris.

Nach dem drucke: (Olivieri) Memorie della badia di S. Tommaso in Foglia nel contado di Pesaro (Pesaro 1778) s. 141 aus dem archive der stadt Pesaro.

908. *Pabst Innocenz III gibt dem bischofe von Modena anweisungen bezüglich des streites zwischen dem abte von S. Sisto und Cremona über Guastalla und Luzzara, welche Cremona als reichspfandschaft inne zu haben behauptete. Lateran 1201 mai 7.*

Innocentius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri . . Mutinensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Sicut ex litteris tue fraternitatis accepimus, cum venerabilis frater noster . . Reginus episcopus iudex delegatus a nobis propter contuma-

ciam . . potestatis, consulum et consiliariorum Cremonensium, qui citati legitime in eius noluerunt presentia comparere, dilectum filium G. abbatem sancti Sixti in possessionem curtium Guarstalle et Luciarie causa rei servande misisset, nec ipse vel sui propter eorum potentiam auderent in eisdem curtibus comparere, tibi causam super hoc commisimus terminandam. Qui cum ipsos ad tuam presentiam citavisses, mandatum a nobis denuo recepisti, ut eos monitione premissa cogeres appellatione remota, quatinus vel abbatem ipsum paterentur iuxta tenorem sententie Regini episcopi pacifice curtes detinere predictas, vel in tua presentia sufficientem prestarent sisti iudicio cautionem. Sed cum ipsi neutrum vellent facere predictorum, primo civitatem Cremonensem interdicti sententie subiecisti, ac tandem potestates, consules et consiliarios, nisi infra certum tempus satisfacerent, excomunicationis vinculo innodasti. Cumque vix tandem ad tuam presentiam accedentes cavere per sindicum voluissent, licet abbas cautionem illam esse minus idoneam allegaret, tu tamen eam nichilominus acceptasti, de recuperanda possessione ab eis et expensis restituendis abbati nulla penitus habita mentione. Interim vero nuntius predictorum Cremonensium ad apostolicam sedem accedens nobis ex ipsorum parte suggessit, quod loca illa pro mille libris imperialium eis fuerant titulo pignoris obligata, de quibus etiam imperio iuramento tenebantur astricti. Unde petebat tamdiu cognitionem et decisionem eiusdem cause suspendi, donec imperium per approbationem nostram idoneo gubernatore gauderet. Unde nos tibi dedimus in mandatis, ut propositam ab eisdem Cremonensibus exceptionem audires et admitteres, si admittenda tibi rationabiliter videretur, alioquin iuxta commissionis tibi facte tenorem procederes in hac causa. Tu vero receptis litteris nostris habito prudentum virorum consilio interlocutus es, quod pro ut tibi videbatur talis non erat exceptio admittenda, mandans sindico predictorum Cremonensium, ut eidem abbati protinus responderet. Sed cum ille tuo nollet parere mandato, tu assignato eis peremptorio tandem propter contumaciam eorundem potestates, consules et consiliarios memoratos excomunicationis sententia innodasti, civitatem interdicto supponens. Sed dilectus filius noster G. tituli sancte Marie Transtiberim presbiter cardinalis apostolice sedis legatus mandavit, sicut audivimus, sed vix credimus, sententiam ipsam spe pacis inter Cremonenses et inimicos eorum reformande suspendi. Nos igitur Cremonensibus ipsis dedimus in mandatis, ut vel abbatiam ipsam permittant curtes easdem pacifice possidere, vel coram te de predictis curtibus et fructibus inde perceptis iustitie plenitudinem impendant, eidem expensis legitimis restitutis. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus ab eis legitima cautione recepta, quod coram te de predictis curtibus et fructibus perceptis ex eis eidem abbati exhibeant iustitie complementum, secundum ecclesie formam excomunicatis munus absolutionis impendas et relaxes sententiam interdicti, auditurus postmodum super predictis omnibus causam et appellatione remota fine debito decisurus. Quod si ut prediximus prestare noluerint legitimam cautionem predictam, excomunicationis et interdicti sententiam non relaxes, sed sollempniter potius singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis et [ipse excommunicatos eos] publices et ab aliis facias publicari. Testes autem, pro ut per alias litteras tibi mandavimus, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per districtionem ecclesiasticam cessante appellatione compellas veritati testimonium perhibere.

Datum Laterani, nonis maii, pontificatus nostri anno quarto.

Cereda aus dem orig. im archive zu Cremona, C. S. Sixti, I. 21. — Die akten dieses sich von 1198 bis 1227 fortziehenden processes haben sich in grosser vollständigkeit erhalten; es sind hier nur einzelne stücke aufgenommen, welche in beziehung zu den reichsverhältnissen stehen.

909. *Sicard bischof von Cremona erklärt, dass er, zugleich mit dem erzbischofe von Mailand und dem prior von Camaldoli vom pabste mit vermittlung des friedens unter den lombardischen städten beauftragt, sich wegen nichtübereinstimmung mit seinen genossen dieser sache nicht weiter annehme. Pirolo* ***1201*** *sept.* ***1.***

Die sabati, primo intrante mense septembris, anno domini millesimo ducentesimo primo, indictione quarta, in ecclesia sancti Petri in Pirolo; presentia archiepiscopi Mediolanensis et prioris Camaldole et episcopi Papiensis et episcopi Pergamensis atque Laudensis et aliorum multorum, et scilicet presentia domini Leonardi de Babo et domini Cremosiani de Oldoinis et domini Iacobi de Surdo et domini Omneboni de Orsolario et domini Iohannis de Bagiamonte ambaxatorum Cremone, et domini Syli de Saginbenis et Montenarii Porci et Lanfranci de Becaria et Guilielmi Ysenbardi ambaxatorum Papie, et domini Attonis de Pagano et Lanfranci Vetri et Alberti de Albertono ambaxatorum Pergami, et domini Girardi Vesdomini et Anzelerii de Burgo et Guidonis Henzole ambaxatorum Parme. Dominus Sycardus Cremonensis episcopus dixit, quod in mandatis ipse et iam dictus archiepiscopus et prior ab apostolica sede habebant et secundum in concordia fuerant de pace facienda et reponenda, antequam predicte* civitates amonerent neque ipsas de hoc inducerent sui ambaxatores peterent, ipsam pacem iam dictus archiepiscopus et prior facere neque prescribere nolebant, et cum ipsis super hoc in discordia erat, nec secundum quod cum eis ordinaverat et sibi ad intelligendum dederant, penitus facere recusabant, et quare non videbatur sibi, quod elegissent viam, pro qua pax inter civitates Lombardie esse posset. Idcirco ibi idem dominus episcopus Cremonensis universos iam dictos ambaxatores uniuscuiusque predictarum civitatum ibi presentes omnes ab audientia eis pro hoc facta absolvit et dixit, quod de cetero de hoc facto nunquam se intromitteret, nec post ipsum ire deberent.

Ego Manfredus notarius sacri palatii interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, D. 69.

910. *Die von Mailand, Lodi und Crema einerseits, die von Cremona andererseits beschwören sich und ihren parteien frieden auf fünf iahre. Marzalo* ***1202*** *oct.* ***21.***

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo secundo, indictione sexta, die undecimo exeunte octubri, in campis apud ecclesiam sancte Marie de Marzalo; mediante et presente domino Werzio potestate Brixie tunc et domino Bocatio de Manervio, et presentibus dominis Obizone de Ugonibus, Alberto de Conceso, Lafranco de Sale, Martino Petenalupi, Manuello de Conceso, Bonapace Faba Patovillani et Aimerico de Montecollaro testibus rogatis. Domini Anselmus de Terzago et Lantelmus de Landriano consules civitatis Mediolani et Prudhinus de Incoardis potestas Creme tunc iuraverunt ad sancta dei evangelia bona fide attendere de facto tregue, ut in quodam libello continebatur. Tenor cuius prefati libelli talis erat: — In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Iuraverunt Mediolanenses et Laudenses et Cremenses tenere treguam Cremonensibus et toti eorum parti in personis et avere usque ad festum sancti Petri de iunio et ab eo festo ad quinque annos. Et quod absolvent omnes captivos Cremonensium et eorum partis et eos recedere permittent de hinc ad octo dies. Et quod omnes possessiones rerum immobilium, quales exstant, et quas Cremonenses vel illi de sua parte habitantes in virtute Cremone habent et habebant tempore huius incepte guerre vel post inceptam guerram, in virtute Mediolani et Laude et Creme vel earum virtute, eis restituent ad octo dies, nec impedient

eos uti suis possessionibus usque ad predictum terminum tregue. Et hoc sacramentum facient iurare omnes homines suarum terrarum et districtus a decem et octo annis supra et a septuaginta infra de hinc ad unum mensem. Simile sacramentum facient Cremonenses Mediolanensibus, Laudensibus et Cremensibus et toti eorum parti. Si vero aliqua persona vel plures de civitate Mediolani vel Laude vel Creme vel earum virtute sive districtus offenderent aliquam personam vel plures de civitate Cremone vel eius virtute infra predictum tempus, scilicet dando eis damnum vel res eis auferendo, tenentur consules vel potestates Mediolani vel Laude vel Creme ad faciendas res restitui eis, quibus res ablate sunt, et damnum emendari infra triginta dies, postquam requisiti fuerint et eis manifestum fuerit, secundum rationem; nec propter hoc intelligatur tregua rupta. Simili modo teneantur consules et potestas Cremone Mediolanensibus et Laudensibus et Cremensibus et eis de eorum virtute. Et si aliquid additum fuerit vel mutatum consensu et voluntate utrarumque partium, omnia attendent et observabunt usque ad predictum terminum tregue. — Similiter ibi iuraverunt domini Oddo de Comite et Iacopus de Surdo et Conradus de Summo tunc potestates communis Cremone versus Mediolanenses et Laudenses et Cremenses attendere, ut in iam nominato libello continebatur.

Postea vero sequenti die proximo, qui fuit dies martis, decimo exeunte octubri, de Mediolano iuraverunt omnes infrascripti homines ad sancta dei evangelia attendere de facto tregue, ut in prefato libello continebatur: etc.[1] —; de Lauda: etc.[1] —; de Crema: etc.[1] — Item de Cremona infrascripti homines iuraverunt ad sancta dei evangelia de facto tregue attendere versus Mediolanenses, Laudenses et Cremenses, ut in prenominato libello continebatur, scilicet etc.[1]

Ego Egidius notarius sacri palatii interfui et scripsi.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, E. 9. — [1] Folgen die namen.

911. *Der podesta von Mailand und die consuln von Piacenza gebieten als schiedsrichter dem markgrafen Wilhelm von Montferrat und dessen brüdern einerseits, und der stadt Asti andererseits waffenstillstand bis zum september, unter vorbehalt weiterer gebote. Bei Masio (am Tanaro) 1204 iuli 9.*

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quarto, die veneris, nono mensis iulii, indictione septima, in territorio loci de Masio prope rivum de Bobus in prato, quod dicitur de Cogozolio; praesentibus Bignoto de Cunenascho, Raynerio de Curte, Rufino, Georgio et Guillelmo Mazono de Papia et domino Onrico de Cimilliano potestate Alexandrie et Petro Canefo et Rufino Tauto de Alexandria et Iacobino de Vimercato et Motta de Merate de Mediolano et quam pluribus aliis militibus et peditibus. Cum iurassent ad sancta dei evangelia dominus Guillelmus marchio Montisferrati et dominus Maynfredus marchio de Buscha, qui Lancea dicitur, et Balduynus de la Turre potestas Aquexane et Rubeus de Monteacuto et Albertus Delavicia consules castellanorum de Astese et Guillelmus Pellatus potestas Albe, sicut per publica existunt instrumenta, atque dominus Maynfredus marchio de Salucia, qui et Punaxius dicitur, ex una parte, stare et obedire omnibus praeceptis, que eis facerent potestates Mediolani et consules communis Placencie vel unus eorum in concordia aliorum pro communibus illarum civitatum, pro treugua danda, tenenda et facienda per se et homines ac subditos suos omnes, et pro praesoneriis dandis secundum ipsorum praecepta ex una parte; ex altera Oliverius Avianus potestas Astensis pro communi illius civitatis simili modo per omnia: dominus Maynfredus de Osa potestas Mediolani, voluntate et parabola ibi publice data domini Guillelmi de Andito consulis communis

Placencie et in concordia Alberti de Fontana ambaxiatoris Placencie et Uberti de Mandello et Petri Collioni ambaxiatorum Mediolani ibi praesentium, praecepit per sacramentum istis domino Guillelmo marchioni Montisferrati et domino Manfredo de Buscha, qui et Lancea dicitur, et Balduyno de la Turre potestati Aquesane et Rubeo de Monteacuto consuli castellanorum de Astese et Guillelmo Pellato potestati Albe, ipsis praesentibus, et ut dominus Manfredus marchio de Salucia, qui et Punaxius dicitur, licet ibi praesens non esset et cui iam antea et hoc idem per eundem dominum Maynfredum de Osa potestatem Mediolani parabola praedicti domini Guillelmi de Andito consulis Placencie praeceptum fuerat, ex una parte; ex altera praedicto Oliverio potestati de Astio, ut aliquo modo per se vel homines suos seu aliquos de sua parte non debeant alteram partem offendere in rebus nec in personis eundo, stando vel redeundo hinc ad kalendas septembris, sed quilibet securus et indemnis eundo, stando et redeundo usque ad praedictum terminum stare debeat; et ut ille dominus Guillelmus marchio Montisferrati et alii omnes praedicti de sua parte hinc ad festum domine sancte Marie de medio augusto sint in civitate Alexandrie, et illi de parte Astii in civitate Astio pro audiendis aliis praeceptis, que eis facere voluerint rectores praedictarum civitatum Mediolani et Placencie de praedictis factis. Preterea praecepit, ut aliquis notarius de hoc nullum faciat instrumentum praeter Rogerium de Gatto scribam communis Mediolani, et si fierent, quod nullius sint momenti.

Et Rogerius de Gatto notarius et missus domini Henrici imperatoris interfuit et rogatus, ut in publicam formam redigeret, ad scribendum dedit et scripsit et interlineavit et amanus* ut supra; et inde plura instrumenta uno tenore fieri rogata sunt.

Et Laurentius Ferarius notarius sacri pallatii parabola et iussu Rogerii de Gatto scribe communis Mediolani scripsit.

Victor v. Kraus aus dem copialbuche der stadt Asti, bl. 362, im staatsarchive zu Wien.

912. *Markgraf Wilhelm von Montferrat und die gemeinde Valenza gewähren frieden und nachlass wegen schadens und unbilden, welche die von Pavia ihnen zufügten. Bei Valenza* ***1204*** *iuli* ***11.***

In nomine domini. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quarto, indictione septima, undecimo die mensis iulii, in territorio loci de Mugarono inter Vallenziam et Mugaronum; praesentibus infrascriptis testibus et pluribus aliis. Dominus Maynfredus de Osa potestas Mediolani in concordia et parabola ibi publice data domini Guillelmi de Andito consulis communis Placencie praecepit per sacramentum, quo proinde eis tenebatur, domino Guillelmo marchioni Montisferrati, ut per se et homines suos omnes, et similiter Mirano Rubeo et Pellegrino de Mercato consulibus de[1] Vallenza, qui ibi erant per parabolam aliorum consulum eiusdem loci sibi data coram me infrascripto Rogerio de Gatto notario atque praedictis dominis Manfredo et Guillelmo et Alberto de Fontana et Uberto de Mandello et Petro Colliono, ut per se et homines sive commune illius loci facere deberent communi et specialibus personis de Papia et omnibus de sua parte finem et pacem et pactum de non petendo de omnibus iniuriis et maleficiis et damnis sibi datis vel factis ab illis Papiensibus vel ab aliquo de sua parte a die illo, infra quo exercitus Papie transivit Padum. Quare ibi statim recepto ab eis praecepto illo praedictus dominus Guillelmus marchio Montisferrati pro se et hominibus suis omnibus, et praedicti consules pro se, communi et specialibus personis illius loci consilio et voluntate consilii illius loci, sicut ibi protestati fuere, atque parabola aliorum consulum sociorum eorum sibi data, ut supra, finem et pacem et pactum de non petendo fecerunt Bignioto Limenascho consuli communis Papie,

ibi praesenti ad partem et utilitatem communis et specialium personarum de Papia et omnium de sua parte, de omnibus iniuriis, maleficiis et damnis sibi ab ipsis Papiensibus vel alio de sua parte datis vel factis a die illo, infra quo exercitus Papie Padum transivit, ita quod a modo in antea ullo unquam tempore non liceat ipsi domino Guillelmo marchioni vel hominibus suis aut alicui de sua parte, neque communi vel specialibus personis Vallencie sive alicui de sua parte agere vel causari contra praedictos Papienses vel aliquem de eorum parte de praedictis damnis datis vel iniuriis seu maleficiis, sed exinde omni tempore in hac pace, fine et pacto taciti et contenti permanere debeant. Et inde plures cartule uno tenore fieri rogate sunt.

Interfuerunt testes ibi Ubertus de Mandello, Petrus Colionus et Boctassius Brema et Albertus de Moecia de Mediolanno, et Albertus de Fontana de Placencia et alia maxima multitudo militum et peditum.

Et Rogerius de Gatto notarius et missus domini Henrici imperatoris hanc cartulam tradidit et scripsit.

Victor v. Kraus aus dem copialbuche der stadt Asti, bl. 362, im staatsarchive zu Wien. — [1] Hs. *et.*

913. *Friedrich könig von Sicilien schenkt der kirche des h. Thomas zu Barletta angegebene besitzungen daselbst. Palermo* ***1204*** *sept.*

Fredericus divina favente clementia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Totiens munificentie principalis salus et honor multimodis preconiis augmentatur et thesauros immarcessibiles cura regalis comparat in futurum, quotiens largitiones sue munificentie locis venerabilibus[1] et divinis obsequiis dedicatis gratanter impendit et studet largis possessionibus ea cotidie sublimare. Attendentes itaque nos, qualiter gloriosissimi reges et triumphatores augusti divi, progenitores nostri digne memorie, pie consueverunt sacrosanctas ecclesias ditare et immensis ampliare tenimentis, illorumque proponentes firmiter de bono in melius imitari vestigia et facta inviolabiliter conservare, venerabilem[2] ecclesiam sancti Thome de Barolo, tempore quondam domini Henrici incliti patris nostri magnifici Romanorum imperatoris semper augusti pie recordationis constructam, sub nostri culminis protectione manu tenere et augmentare cupimus. Et pro redemptione animarum parentum nostrorum bone memorie ac pro salute nostra de innata nobis benevolentia concedimus atque donamus eidem ecclesie et presentis auctoritatis nostre munimine in perpetuum confirmamus vineas et ortum integrum, sicut quondam Berteramus medicus Baroli, dum vixerit, in demanio nostro Palude Baruli tenuit et possedit, cum omnibus pertinentiis orti et vinearum ipsarum, statuentes et precipientes firmiter, ut amodo et in perpetuum prenominata ecclesia ac procuratores sui dictum ortum in integrum et vineas, sicut dictus Berteramus usque ad ultimum vite sue tenuit et possedit, quiete et sine alicuius contradictione hereditario iure teneant et possideant liberas et absolutas ab omni datione seu calumpnia. Et nulli sit licitum sub pena rerum suarum et nostre gratie indignatione de predictis possessionibus ipsam ecclesiam seu fratres eius et homines ratione vel occasione qualibet impedire, molestare seu fatigare. Ad huius autem concessionis, donationis et confirmationis nostre memoriam et firmitatem perpetuo valituram presens privilegium ei scribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri; anno, mense et indictione subscriptis.

Datum in urbe felici Panormi, anno dominice incarnationis m.cc.iv., mense septembris, indictionis viii., regni vero domini nostri Frederici dei gratia illustrissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue anno vii. Feliciter. Amen.

Winkelmann aus dem copialbuche des Deutschordens, bl. 37, im geheimen staatsarchive zu Berlin. — [1] Hs. *venerunt.* — [2] Hs. *veneiunt.*

914. *Die von Brescia verpflichten sich eidlich, denen von Cremona durch neunzehn iahre gegen ieden feind beizustehen. Brescia* **1206** *oct. 6.*

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo sexto, indictione decima, die sabbati, sexto intrante octobri; in palatio communis civitatis Brixie, in credentia ipsius civitatis sonata et collecta ad campanàm; presentia domini Iacopi de Bernardo potestatis Cremone, et qui recepit omnia infrascripta pro communi Cremone et nomine et vice communis Cremone, nec non et presentia domini Oldefredi de Ardengis, et domini Oddonis de Comite, et domini Guberti de Multis-denariis, et domini Oddonis de Medolato, et domini Nigri Mariani, et domini Omneboni de Orsolario, et domini Lanfranci Oldovini, et domini Pagani de Burgo, et domini Lodohisii Biaque, et domini Frogerii Botacii ambaxatorum communis Cremone; et presentia Arienti de Bononia et Bondinarii de Mantua.

Hoc est sacramentum societatis, quod fecerunt Brixienses et commune Brixie Cremonensibus et communi Cremone: Ego iuro ad sancta dei evangelia, quod bona fide et sine fraude veniam et adiuvabo Cremonenses et eorum commune, quotiescumque petitum fuerit per rectores Cremone aut per eorum nuncium vel per suas litteras sigillatas, cum militibus et peditibus et arcatoribus et balesteriis et cum tota fortia civitatis et episcopatus et districtus Brixie recuperare, manutenere, defendere, habere et tenere quiete omnes terras et loca, que sunt citra Adduam, quas Cremonenses habuerunt vel tenuerunt aliquo tempore, et que tenentur vel imbrigantur aliquo modo ab aliqua persona, loco vel locis, civitate vel civitatibus Cremonensibus vel communi eorum. Et specialiter Rivoltam siccam, Caxeratum, Caravazium, Arzagum, Brugnanum, Vidalengum, Moxanum, Camixanum, Morengum, Fornovum, Barrianum, Mozanegam, Mixanum, Agnathellum, Palatinum, Calvenzanum, Vailatum, et Cremam, et totam Insulam Fulcherii, et omnes alias, que citra Adduam sunt, nominatim cum omnibus suis personis et omni honore et omnibus iurisdictionibus. Et hec contra omnem gentem et omnem personam et omnem civitatem et locum meis propriis expensis et perditis. Et moram ibi faciam, donec fuerit voluntas rectorum Cremone, qui sunt vel pro tempore erunt, ipsis Cremonensibus ibi morantibus. Ego bona fide vetabo per totam meam virtutem stratam, succursum et mercatum omnibus inimicis Cremone, personis seu locis vel terris, de quibus nunciatum fuerit a rectoribus Cremone vel eorum nuncio vel suis litteris sigillatis rectori vel rectoribus Brixie, neque per meam virtutem et districtum permittam ire vel transire in eorum offensioem aliquam personam. Nec fraude evitabo, quando predicta omnia et quodlibet eorum requirantur et requiri possint. Et si Brixienses in aliquo conflicto vel prelio vel alibi caperent aliquem vel aliquos de inimicis Cremone, ego illum vel illos dabo omnes communi et potestati et rectoribus Cremone, qui nunc sunt vel pro tempore erunt, ad eorum voluntatem infra octo dies, ex quo petitum fuerit per rectores Cremone vel per eorum nuncios vel suis litteris sigillatis; salvo cambio sine fraude pro eis, qui essent capti de meis. Et hec omnia attendam et osservabo usque ad nonum diem intrante decembre proximo, et ab illo die usque ad decem et novem annos completos; hoc acto quod omni anno et tempore potestas seu consules communis Brixie, qui nunc sunt vel pro tempore erunt, debent iurare hec omnia et facere iurare consules vel potestates communis Brixie, qui pro tempore erunt, ante eorum exitum hec omnia attendere et observare. Et singulis quinquenniis hec sacramenta debent renovari et fieri; et hoc infra unum mensem ex quo requisitum fuerit per rectores Cremone vel eorum nunciuu.

Et in constituto communis civitatis Brixie ponent, hec omnia debere observari, fieri et iurari ab omnibus hominibus civitatis et districtus Brixie a quindecim annis supra et a septuaginta annis infra; nec de ipso constituto debeant aliquo tempore infra predictum tempus [removere]. Et hec omnia observabo salvis sacramentis concordie Pergamensium, Papiensium et Parmensium, et salvis sacramentis factis comitibus Curtis-nove. Et hec sacramenta salventur eo intellectu, quod quando Cremonenses, ut dictum est, peterent Brixiensibus, ut pro predictis terris recuperandis et manutenendis irent ad suum servitium, quod non debeat obesse huic concordie et sacramento, si Pergamenses aut Papienses aut Parmenses aut comites Curtisnove ea vice dicerent, quod Brixienses non irent ad servitium Cremonensium vel quod vellent eos ad aliam partem ducere pro suo servitio faciendo; hoc acto, si Papienses et Pergamenses steterint ad societatem Cremone et Brixie et amorem, quod sint excepta et salvata eorum sacramenta, ut supra; alioquin non sint exceptata. Et si aliquid fuerit additum vel minutum seu mutatum in concordio rectorum et consiliorum sonatorum ad campanam, Cremone scilicet et Brixie, illud attendam et observabo; nec aliquid addi vel minui vel mutari possit absque communi consilio ipsarum civitatum ad campanam sonato. Ibique dominus Albertus de Musso de Bononia potestas Brixie pro communi et nomine communis Brixie iuravit ad sancta dei evangelia attendere et observare et facere in omnibus et per omnia, sicut superius scriptum est et ordinatum. Et addidit, quod usque ad festum Omnium Sanctorum proximum faciet iurare hoc sacramentum omnes homines civitatis et episcopatus et districtus Brixie a quindecim annis supra et a septuaginta annis infra, vel ad alios terminos sibi mutatos a suprascripta potestate Cremone vel eius nuncio sine fraude. De credentia vero eiusdem civitatis iuraverunt eundem sacramentum Episcopus de Salis etc.[1] — Omnes suprascripti iuraverunt et fecerunt suprascriptum sacramentum in prefata credentia Brixie sonata et collecta ad campanam. Postea vero *eundem sacramentum iuraverunt et fecerunt omnes infrascripti homines videlicet Manfredus de Buzolano etc.[2]

Ego Otto notarius sacri palatii omnibus interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Cereda aus dem copialbuche A nr. 73 im archive zu Cremona. — [1] Folgen 49 namen. — [2] Folgen 29 namen, darunter die grafen Narisius, Pizus, Wizolus, dann Azzo und Albert von Casaloldo.

915. *Wolfger patriarch von Aglei und legat für ganz Italien schliesst im namen könig Philipps einen vertrag mit denen von Siena, wonach diese den treueid schwören und unter angegebenen bedingungen burgen, grafschaft und anderes von ihnen besetztes reichsgut zurückstellen, der könig ihnen aber bestätigung ihrer privilegien und hülfe gegen ihre feinde verspricht. Siena* **1208** *märz* **23**.

In nomine veri dei. Amen. Vicesimo tertio die mensis maii, feria sexta, anno ab incarnatione domini m.cc.viii., indictione xi., anno regni serenissimi Romanorum regis Philippi xi. Talis est concordia inter dominum regem Philippum et Senenses. Iurabunt omnes cives et omnes tam de episcopatu, quam de comitatu, fidelitatem regi Philippo a quindecim annis supra et septuaginta infra, ad voluntatem recipientis. Et restituent castra, comitatum et tenumenta omnia, que possedit imperator Heinricus bone memorie tempore mortis sue. Assignabunt ea in manu domini patriarche Aquilegensis et legatorum domini regis recipientium ea vice et nomine domini regis hoc modo, ut nomine et vice domini regis custodire fidei Iohannis Struzii potestatis Senensium [et] eius successorum recipientium ea pro comuni Senensium nomine domini regis committant, ut teneant ea nomine domini regis [et] custodiant bona fide. Ita quod si pax facta fuerit per dominum patriarcham Aqui-

legensem et nuncios domini regis inter comune Senensium et comune Florentinorum, que bona fide placeat et acceptabilis comuni Senensium sit, statim restituantur et resignentur in manibus domini patriarche et nunciorum domini regis. Et si pax facta non fuerit, resignabuntur omnia suprascripta in adventu domini regis ipsi domino regi aut certo nuncio suo, qui primum veniret cum tercentis militibus Teutonicis et de patriarchatu Aquilegensi, aut pluribus. Resignabuntur autem omnia suprascripta cum omnibus fructibus et pensionibus inde provenientibus ab hac die in antea, deductis expensis factis in custodia castrorum bona fide. Medio autem tempore utetur potestas Senensium et eius successor bona fide omnibus predictis et comitatui ad utilitatem comunis Sene, sicut hactenus usus est, [donec] fiet resignatio predicto modo. Omnes possessiones et tenutas, proprias et feuda, iura et privilegia, que cives Senenses habent de aliquibus rebus in comitatu Senensi, sine inquietatione libere habeant et possideant. Dominus autem rex recipiet Senenses in plenitudinem gratie sue et in suam protectionem, et remittet comuni Senensi, universis et singulis, universas offensas et debita et tributa et iniurias, quas vel ipsi domino regi vel imperio in nunciis eorum vel in hominibus de comitatu fecerunt aut fecisse dicuntur. Iura autem et consuetudines et concessiones omnes et iurisdictiones, quas imperator Henricus clare memorie concessit comuni Senensi, ratas et firmas habebit dominus rex, et suo privilegio corroborabit, et novum privilegium faciat eis secundum tenorem privilegii facti super hoc a divo imperatore Henrico de supradictis omnibus. Preterea civitatem Senensem faciet et habebit dominus rex specialem suam cameram in Tuscia; proteget, defendet et iuvabit Senenses et ipsum comune Senense contra omnes, qui offenderint aut gravaverint illud vel illos, si nollent stare arbitrio et mandatis domini regis et nunciorum suorum, ita quod placeret comuni Senensi. Si vero aliqua civitas, locus vel persona de societate Tuscie Senam aut Senenses offenderit propter predictam fidelitatem factam domino regi, dominus rex iuvabit eos [et] defendet bona fide et sine fraude. Item Senenses iuvabunt personam vel locum, qui propter adiutorium, quod fecerit Senensibus, habuerit guerram.

Hec omnia supradicta ego Wolfgerus dei gratia Aquilegensis patriarcha, totius Italiae legatus, nomine et vice domini regis Philippi, tibi Iohanni Struzio Senensium potestati, recipienti nomine universitatis Senensium et successorum tuorum, facio et faciam omnia supradicta confirmari, fieri et adimpleri a domino rege Philippo et suo privilegio corroborari ad inquisitionem tuam vel tui nuncii. Et de omnibus supradictis faciendis et adimplendis osculum pacis tibi dedi una cum Heinrico de Smalnegke et Eberhardo de Lůttero.

Actum in Sena.

Huiusce rei testes sunt: magister Ferrandus, Albertus Struzius, Aussus Melluz, Scolarius de Clusino[1], Reinaldus comes, Wido comes de Scalenga[2], Wido de Monasterio, Ildebrandus Meluz, Iacob Ildiber, Bartolomeus Renaldini, Maizo Guidonis Maizi, Ubertus Gilii, Ranuzius Philippi, Ildebrandinus Bolgarini, Trombettus et Clibertus Salsidonii, et alii quam plures.

Valentinelli aus abschr. des De Rubeis in hs. der bibl. Marciana, Lat. IX, 125 f. 51, zu Venedig. — [1] *scolarius de Chiusdino?* — [2] Hs. *Selenga.*

916. *Die ritter von Mantua verpflichten sich denen von Cremona zur hülfe gegen iedermann und insbesondere zur bekriegung von Brescia. Bei S. Lei* **1208** *oct.* **29.**

Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo octavo, indictione duodecima, die mercurio, tertio exeunte mense octubris; in exercitu Mantuanorum

prope castrum San Lei sub tentorio domini Azzonis marchionis Estensis; presentia etc.[1] — ibi testium.

Hoc est sacramentum, quod fecerunt omnes infrascripti milites Mantue cum Cremonensibus coram suprascriptis testibus, cuius sacramenti tenor talis est: — Ego iuro ad sancta dei evangelia adiuvare commune Cremone de omnibus suis guerris, quas habent vel habituri erunt meis propriis expensis et dampnis et perditis, salvis sacramentis factis inter Mantuanos et Cremonenses secundum quod in cartis concordii facti inter eos continetur, et specialiter contra Brixienses faciendo guerram a domo nostra et a domo Cremonensium cum Cremonensibus et sine Cremonensibus ad voluntatem communis Cremone. Et hoc nominatim et expressim ibi dicitur, quod nullum sacramentum ab ipsis Mantuanis suprascriptis Brixiensibus antea factum debeat nec possit nocere, quominus teneantur suprascripti Mantuani adiuvare suprascriptum commune Cremone contra ipsos Brixienses, secundum quod superius dictum est et scriptum, ad voluntatem communis Cremone. Et hoc totum, quod superius dictum est et scriptum, teneatur et observetur et teneri et observari debeat usque ad viginti annos. — Ibique in continenti, secundum quod superius dictum est et scriptum et determinatum, iuraverunt ad sancta dei evangelia attendere et observare etc.[1] — Ibique statim dominus Azo Estensis marchio et Mantuanorum potestas et omnes infrascripti milites iuraverunt sacramento corporaliter a se prestito, quod pro suprascripto concordio facto vel faciendo non dederant nec promiserant, nec dari nec promitti fecerant per se nec per sumissam [personam], nec sciebant aliquem dedisse nec promisisse, nec honorem potestatis sciebant alicui vel aliquibus per hoc promissum fore, nec aliquid aliud quod possit sciri vel putari, et si scirent vel invenirent vel scire vel invenire possent, quod statim manifestabunt. Et hoc totum, secundum quod superius scriptum est et dictum et determinatum, iuraverunt ad sancta dei evangelia omnes infrascripti milites attendere et observare usque ad prefatum terminum, videlicet etc.[2]

Ego Nicolaus de Ianuariis sacri palatii notarius interfui et hanc cartam scripsi.

Winkelmann aus abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, E. 21. — [1] Folgen die namen. — [2] 56 namen.

917. *Die von Siena melden dem Wolfger patriarchen von Aglei und legaten ganz Italiens, dass sie bereit seien, dem könige Otto den treueid zu leisten, bitten aber die reichsbesitzungen bis zur ankunft des königs in ihrer hut zu belassen und ihnen nachzulassen, was er im verflossenen iahre bewilligte. Siena* ***(1209 iuli).***

A voi reverendissimo signore nostro patriarca d'Aquilea legato per tutta Italia del serenissimo signore nostro Ottone quarto per grazia di dio re de Romani e sempre agusto, Bartolomeo di Renaldino podestà di Siena insieme co' consoli de' cavalieri e i consoli del piato e' l conseglio generale et tutta la republica di Siena devoti fedeli. Cosi haviamo giudicato doversi rispondere puramente e fedelmente alle domande, che ci fate al nome del serenissimo re Ottone. Che havendo noi animo di servir con sincera devozione e con purità di fede ed essendo noi prouti e parati a servizio del nostro re, desideriamo con effetto purissimo di eseguire i suoi e vostri comandamenti, offerendoci pronti a dare il giuramento di fedeltà a cenno di vostra eccellenza. Ed accioche l'affetto nostro sia noto e publico a tutti, haviamo disegnato per commodo dell' imperio e per quietar l' animo, che egli ci dia in guardia tutte le tenute et le fortezze, che ha possedute vel dominio nostro Arrigo di felice memoria passato imperadore, accioche se inanzi alla desiderata venuta sua si dessero

in forza d'altri, noi non venissimo a patir danno da nimici e da vicini emuli nostri e a riceverne vergognia, o non fussero ben guardate, conoscendo noi che niuno le può bene [come noi] difendere e guardare. E vi promettiamo e ve ne daremo mallevadore, se ci saranno consegnate, che all'arrivo suo, se le vorrà, fedelmente le restituiremo. Domandiamo di più che la paternita vostra ci relassi tutti ciò, che l'anno passato ci relassasse, si come sete obligato nel privilegio, che ci faceste sopra queste per tanto, che sopramodo desideriamo di fare. Supplichiamo vostra eccellenza, che consigliandosi con gli amatori dell'imperio e non con gli emuli e con gl'inimici nostri ci voliate compiacere, accioche ci cresca l'animo e l'affetto di servire.

Nach dem drucke: Tommasi Dell'historie di Siena (Venezia 1625) 1, 196 übersetzt aus dem lateinischen texte in den regesten des stadtarchivs. — Vgl. oben nr. 915. — Da der legat iuni 5 zu Faenza, im laufe des monats zu Florenz, iuli 1 zu Poggibonzi war, die verhandlungen aber nach Tommasi während des aufenthaltes des legaten zu Siena stattfanden, so fällt der brief wahrscheinlich in den iuli.

918. *Wolfger patriarch von Aglei und legat ganz Italiens antwortet denen von Siena, dass er die reichsbesitzungen nicht in ihren händen lassen könne, bezüglich seiner frühern zugeständnisse darauf hinweisend, wie mit dem ende des thronstreites die verhältnisse sich geändert hätten. (Siena 1209 iuli.)*

Volcherio per grazia di dio patriarca della santa chiesa di Aquilea e legato in tutta Italia, a voi Bartolomeo di Renaldino podestà Sanese e consoli de' cavalieri, [consoli del piato, conseglio generale et tutta republica di Siena].[1] Alle domande vostre cosi haviamo giudicato doversi rispondere. Proponendo voi di haver sincera devozione e buono animo di servire al serenissimo nostro re Ottone e a mandati suoi, molto ci rallegraremo, se i fatti si accordassero con le parole, e se nell'eseguir si dichiarasse la sincerità del vostro amore[2]; ma percioche con le labbra ci honorate e co'l cuore sete da noi lontani, amandovi, come faciamo, ci doliam per cagion vostra; e saremmo prouti a compiacervi, ricordandoci de' servizi ricevuti da voi[3], se la domanda vostra non passasse troppo innanzi. Percioche la dove noi vi richerchiamo, che faciate l'homaggio[4] al serenissimo nostro re[5], voi domandate, che vi si relassino nelle mani le fortezze dell'imperio, che havete occupato doppo la morte d'Arrigo imperadore di felice memoria. Essendo noi apparecchiati a volerle racquistar, non possiamo compiacervi salva la riputazione di nostra legazione[6], non dovendo noi essere molestati o impediti, mentre ci intromettiamo in qualunque cosa pertinente all'imperio. Non potendo noi dunque trasgredire i termini della nostra commessione e volendo ricuperar le ragioni e le cose dell'imperio, di conseglio de' nostri vescovi, conti ed altri baroni, che ci assistono[7], li quali conosciamo veri vassalli e fedeli dell'imperio, haviamo giudicato non doversi ammettere la domanda vostra. Ed a quello, che ultimamente ci domandate, che vi relassiamo ciò, che l'anno passato vi si concesse, non è espediente, che una causa finita cerchi rimedio[8], percioche già non siamo più quelli, che eravamo, nè più due regnano insieme; ma Ottone, doppo Ottone, hora regna il quarto Ottone.[9]

Nach dem drucke: Tommasi Dell' historie di Siena (Venezia 1625) 1, 197 übersetzt aus dem lateinischen texte in den regesten des stadtarchivs. — Einem von Wüstenfeld zu Siena mit theilweiser beibehaltung des urtextes gefertigten auszuge dieser wichtigen urkunde, deren mittheilung, wenn auch nur in übersetzung, schon durch die beziehung auf nr. 915 nahe gelegt war, ist folgendes entnommen: — [1] *consulibus militum, consulibus placitorum, generali consilio et toti communi Senensi.* — [2] *in exhibitione operis declararetur vera dilectio sinceritatis.* — [3] *propter impensa iam dudum servitia et honores.* — [4] *fidelitatem.* — [5] Zu ergänzen: *und weitere responsiones nicht zu beanspruchen, habt ihr euch zwar zu gehorsam, treue und allem, was die ehre der maiestät erfordert,*

bereit erklärt, aber nochmals gebeten, usw. — [6] *salvo legationis nostre officio.* — [7] *consilio nostrorum fratrum episcoporum, comitum et aliorum baronum nobilium nobis assistentium.* — [8] *quod anno preterito concessimus, non expedit, causae vulneratae remedium quaerere.* — [9] *cum iam non duo simul regnent, at Otto, post Otto, quartus nunc imperat Otto.*

919. *Pabst Innocenz III ersucht den kaiser Otto, dem abte von S. Sisto zu Piacenza zur wiedererlangung von Guastalla und Luzzara zu verhelfen, welche die Cremonenser demselben entrissen. Lateran* ***1209*** *oct.* ***13.***

Innocentius episcopus servus servorum dei. Karissimo in Christo filio Othoni illustri Romanorum imperatori semper augusto salutem et apostolicam benedictionem. Quanto ferventiori zelo domus domini credimus celsitudinem imperialem esse succensam, tanto securius pro ecclesiarum iure servando sublimitati tue preces ducimus porrigendas, firmam gerentes fiduciam, quod etiam nobis tacentibus facere cupias, quod rogamus, ut calumpniatores humilies, qui nituntur in bonis ecclesiasticis degrassari, cum ad malefactorum vindictam, laudem vero bonorum gladium acceperis baiulandum. Cum igitur, sicut dilectus filius . . abbas sancti Sixti Placentini sua nobis insinuatione monstravit, cives Cremonenses duas curtes, Guastallam videlicet et Luciariam, monasterio suo abstulerint violenter, serenitatem tuam rogamus attentius et monemus et exortamur in domino, quatinus divine retributionis intuitu et nostrarum precum obtentu prefato abbati et fratribus eius ad recuperandum easdem tuum prestes auxilium et favorem, ita quod preces nostras sibi sentiant profuisse, ac iidem pro tua salute ac pace illi, cuius sunt obsequio deputati, orationes devotas effundere iugiter teneantur, nosque devotionem tuam possimus in domino commendare. Datum Laterani, iii. idus octobris, potificatus nostri anno duodecimo.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. s. Sixti Placentie, J. 11.

920. *Pabst Innocenz III klagt dem könige Philipp von Frankreich über die undankbarkeit kaiser Otto's, welchen er mit der excommunication bedroht habe, und meldet demselben die ungeneigtheit des kaisers, mit Frankreich aufrichtigen frieden einzugehen. Lateran* ***1211*** *feb.* ***1.***

Innocentius etc. Francorum regi etc. Utinam, fili carissime, mores Othonis, qui dicitur imperator, et a nobis noti fuissent, sicut a vobis noti fuerunt! quod non essemus ab eo tam impie circumventi, quamvis se ipsum potius circonvenerit, scilicet in unum et famam et conscientiam maculando, dum beneficiorum ingratus et promissionum suarum immemor retribuit nobis mala pro bonis, a persecutione piae matris incipiens tanquam filius indevotus, qui, quod debet iniquum et impium ab omnibus reputari, ad occupandum regnum Siciliae manus extendit, quod charissimus in Christo filius noster rex Fredericus, orphanus et pupillus, obtinet ex successione materna, tanquam sibi nequaquam sufficiat, quod eius patrimonium iniuste detinet occupatum. Quis ergo de caetero sibi credat aut de ipso confidat, quandoquidem nobis fidem non servat, qui licet indigni locum Christi in terra tenemus, et qui tot ac tanta sibi contulimus beneficia, qui ab eo per munimenta et instrumenta omnimodas recepimus cautiones. Ubi veritas? ubi fides? ubi fas? ubi lex? ubi reverentia? ubi devotio? ubi confidentia? ubi spes? ubi benevolentia? ubi amor? ubi denique ius naturae? ad imum sunt per ipsum et in ipso confusa. Videat tamen ipse, ne intentione perversa illam commiserit deceptorie pravitatem, propter quam, quod factum est circa ipsum, haberi debeat pro infecto, maxime cum ingratitudinis vitium omnino se reddat indignum. Praeterea parum attendit ac pro nihilo ducit, saepe monitus ac rogatus a nobis, ne maiorem

perturbationem ducat in seculo, quod eius hactenus occasione valde extitit perturbatum; ne impediat sanctae terrae succursum, qui propter eius negotium fuit hucusque impeditus, cum ad hoc totus inhiet et aspiret, ut aliena sibi quaelibet usurpet, veritate et iustitia penitus abdicatis. Nam absque omni iudicio non solum praefatum regem, verum etiam nosmetipsos, quantum potuit, spoliare praesumpsit, paratos eidem plenitudinem iustitiae exhibere. Cum igitur pacem mundi perturbet, terrae sanctae succursum impediat, et ordinem iuris pervertat, cur igitur non totum attenditur ab illo, qui sibi soli totus intendit? Nam „sua res agitur, paries cum proximus ardet“; et si hoc facit in viridi, in arido quid non est facturus? In tantam enim arrogantiam iam transcendit, ut publice protestetur, quod apparebit omnes seculi reges ipsius iugo submitti, licet hoc tibi cum pudore scribamus, qui de ipso nobis propheta fuisti. Sed in hiis tamen nos consolatur deus, qui legitur de se ipso dixisse: Poenitet me, quod constitui Saul regem super Israel; dolens quod fecerat iuxta morem hominis poenitentis. Et nos quidem nolentes mercenario comparari, qui videt lupum venientem et dimittit oves et fugit, interdiximus ei sub poena excommunicationis ex parte dei omnipotentis et sancti Petri et Pauli et nostra, ne contra nos et Romanam ecclesiam et regem et regnum Siciliae tantam persecutionem exerceat, sed ab ea omnino desistens satisfaciat de offensis; quod si se in sententiam excommunicationis iniecerit, universos a fidelitate sua noverit absolutos, quia iuxta sanctorum patrum sanctiones canonicas ei, qui deo et ecclesiae fidem non servat, fides servanda non est, a communione hominum separato. Caeterum scire te volumus, quod cum viva voce super pace inter te et ipsum reformanda eum convenimus, sic inflate nobis respondit, quod quamdiu detineres terram avunculi sui, prae nimia confusione non posset faciem levare, quamvis simulatione velit tecum pacem tractare; usque[1] nos significaremus eidem, quod id faciendum iuxta nostrae arbitrium voluntatis tam iuramento quam scripto [sit] adstrictus, respondit, quod cartam servaremus in archa. Sed nos propositum nostrum patenter expressimus, quod nunquam deficeremus regno Francorum, cum ipsum Romanae ecclesiae nunquam defuerit in prosperis vel adversis. Quocirca serenitatem regiam duximus rogandam et monendam, quatenus devotionis affectum, quem quasi iure hereditario erga Romanam ecclesiam contraxisti, prompto animo persequaris. Rescribas nobis super his tuae beneplacitum voluntatis.

Datum Laterani, kal. februar., anno pontificatus nostri xiii.

Nach dem drucke: Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque du roi 2, (Paris 1789) s. 282 aus der hs. 5696. — Reg. Innoc. nr. 306. — [1] *et cum?*

921. *Pabst Innocenz III meldet den deutschen fürsten die excommunication kaiser Otto's, entschuldigt sich wegen seiner demselben früher gewährten unterstützung und ermahnt dieselben baldmöglichst auf ein heilmittel bedacht zu sein. Lateran (1211 apr.)*

Innocentius etc. Universis principibus Alemanniae salutem etc. Insolentiam et nequitiam Othonis dicti imperatoris, quam contra nos et Romanam ecclesiam, quam contra regem Siciliae, orphanum et pupillum exercet, omnes qui audiunt admirantur; maxime propter horrendae ingratitudinis vitium, nephandae infidelitatis . . . . . perpetuum et abhorrendae impietatis excessum. Namque praeter alia pericula multa, quae propter ipsum eveniunt, pacis tranquillitas perturbatur, iuris ordo pervertitur ac terrae sanctae subsidium impeditur. Nos multimodo laboravimus eum a suo iniquo proposito revocare; sed omnino incorrigibilem vidimus cum dolore cordis; et in fortitudine spiritus post diligentes ammonitiones et dilationes frequentes excommunicavimus et anathematisavimus ipsum ex parte

omnipotentis patris et filii et spiritus sancti, autoritate quorum, Petri ac Pauli apostolorum et nostra pro eo, quod beneficiorum nostrorum ingratus et promissionum suorum oblitus maligne persequitur praefatum regem Siciliae orphanum et pupillum, apostolicae protectioni relictum, nequiter invadendo regnum ipsius et Romanae ecclesiae patrimonium, contra sacramenta et scripta sua et contra iura et monimenta nostra, cum semper parati fuerimus et saepe obtulerimus ei iustitiae plenitudinem exhibere coram arbitris communiter eligendis. Unde cum iuxta sanctorum patrum canonicas sanctiones ei, qui deo et ecclesiae fidem non servat, fides servanda non sit a communione fidelium separato, nos ab ipsius fidelitate absolvimus universos vel potius decrevimus absolutos; excommunicantes et anathematisantes omnes, qui ei ad impugnandum vel *occurrendum regnum Siciliae vel ad Romanae ecclesiae patrimonium praestant auxilium aut praestabunt. Imputet ergo sibi, si intentione perversa istam commiserit deceptorie pravitatem, per quam quod factum est circa ipsum, haberi debeat pro infecto. Ceterum quales et quantos vos habeat, ex eo potestis perpendere manifeste, quod vestro irrequisito consilio tam gravem et arduam videlicet persecutionem adversus Romanam ecclesiam et regnum Siciliae suae tantum voluntatis arbitrio incoepit. In qua profecto si possit proficere et suum propositum adimplere, ad eam vos conditionem rediget, ad quam avus et avunculus eius barones Angliae redegerunt; in qua cum nutritus fuerit a patruo, consuetudines eius pro viribus eius in imperium subducere attentabit. Nam si hoc fecit in viridi, quid in arido est facturus? „Vestraque res agitur, paries cum proximus ardet.“ Nec nobis obiiciatur a quoque, quod toto conamine procuravimus promotionem eius; quia non credebamus eum, quod subito est effectus, immo qualem ipse se subito demonstravit. Nam deus, qui omnia noverat antequam fierent, promoveri fecit Saulem, statura procerum, in regem, quem ipse ipsius culpa postea reprobavit et ei pium substituit iuniorem, qui regnum optinuit et possedit; quae res instantis temporis est figura. Et si nos circa eius promotionem forte per ignorantiam deliquimus, cito pro ipso delicto poenam primi pertulimus, deo misericorditer providente, ut a nobis inciperet, quatenus eius malitia fieret omnibus manifesta sibique ab eius dolis et fraudibus *sibi caeteri praecaverent. Igitur attendentes diligenter, ne cum potestis nolueritis, cum volueritis nequeatis. Dolemus et pro ecclesia, dolemus et pro imperio, dolemus etiam pro toto populo christiano, et ad vos tanquam filios devotissimos et catholicos principes recurrentes, per apostolica scripta mandamus et in remissionem peccatorum iniungimus, quatenus festinetis super huiuscemodi providere, dum temporis opportunitatem habetis, quia „Nocuit saepe differre paratis“; scientes quod nos, quocumque res ista deveniat, illos efficaciter adiuvabimus, qui nostris acquieverint monitis et mandatis.

Datum Laterani etc.

Nach dem drucke: Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque du roi 2, (Paris 1789) s. 284 aus der hs. 5696. — Reg. Innoc. nr. 307. — Der brief dürfte, wie es auch B. thut, erst nach märz 31 zu setzen sein, als dem tage der veröffentlichung der excommunication Otto's, welche noch in nr. 920 nur angedroht ist; doch hatten schon früher verhandlungen mit den deutschen fürsten durch vermittlung des königs von Frankreich stattgefunden; vgl. dessen schreiben bei Delisle Catalogue des actes de Philipp-Auguste 517.

922. *Pabst Innocenz III meldet dem bischofe Sicard und dem clerus von Cremona, dass er den kaiser Otto bannte, alle vom eide der treue gegen ihn löste und ihn für einen ketzer erklären werde, wenn er fortfahre, gottesdienst vor sich halten zu lassen; gibt ihnen bezügliche weisungen und meldet ihnen, dass er für den fall eines vorgehens der ienem anhängenden Mailänder*

gegen die kirche ihr bisthum der hoheit des Mailänder erzstifts entziehe. Lateran 1211 iuli 7.

Innocentius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Sicardo episcopo et dilectis filiis clero Cremonensi salutem et apostolicam benedictionem. "Ad universorum notitiam volumus [pervenire], quod nos cum dolore cordis sed in fortitudine spiritus post diligentes ammonitiones et dilationes frequentes excomunicavimus et anathematizavimus ex parte dei omnipotentis, patris et filii et spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, ac nostra Ottonem dictum imperatorem pro eo, quod beneficiorum nostrorum ingratus et promissionum suarum oblitus maligne persequitur regem Sicilie orphanum et pupillum, apostolice tutele relictum, nequiter invadendo regnum ipsius et aliud Romane ecclesie patrimonium, contra iuramenta et scripta sua, et contra iura et merita nostra, cum semper parati fuerimus et sepe obtulerimus, ei iustitie plenitudinem exhibere coram arbitris communiter eligendis. Unde cum iuxta sanctorum patrum canonicas sanctiones ei, qui deo et ecclesie fidem non servat, fidelitas servanda non sit, a communione fidelium separato, nos ab ipsius fidelitate absolvimus universos, excomunicantes et anathematizantes nichilominus omnes, qui ei ad occupandum regnum Sicilie vel aliud Romane ecclesie patrimonium prestant auxilium aut prestabunt. Omnia vero iuramenta, que vassalli nostri vel homines regis predicti contra nos vel ipsum regem prestiterunt eidem vel aliis quibuscumque pro illo, tamquam illicita decernimus non servanda, et eos ad observationem illorum non esse ligatos. Audivimus autem quod ipse contra sententiam evangelicam claves regni celorum contempnit, quas dominus Ieshus Christus beato Petro concessit, ut quodcumque ligaret aut solvetur super terram, esset ligatum vel solutum in celis, faciendo sibi divina officia celebrari, postquam excommunicationis sententiam a nobis prolatam incurrit, quamvis hoc ei veraciter innotuerit per nuncios nostros et suos, et etiam per litteras nostras, que fuerunt in eius presentia recitate. Porro, nisi a tali et tanto resipuerit errore, nos cum hereticum esse divino iudicio decernemus. Clerici vero cuiuscumque dignitatis aut ordinis, qui ei ecclesiastica sacramenta ministrare presumpserint vel divina officia celebrare, dignitatis et ordinis sui pro certo se noverint periculum incursuros. Quocirca devotioni vestre per apostolica scripta mandamus et in virtute obedientie districte precipimus, quatinus omni gratia et timore postpositis ea, que prescripta sunt, per civitatem et diocesim vestram ut nos ipsi solempniter publicetis, et faciatis frequenter ab aliis sine dilatione qualibet publicari, divina suspendentes officia, ubicumque fuerit ipse presens. Volumus etiam et mandamus, ut civibus vestris efficaciter suggeratis, ne deferentes homini contra deum sacrosanctam Romanam ecclesiam, matrem suam, cum ipso vel pro ipso nequiter persequantur. Taliter autem, que predicta sunt, exequi studeatis, ut in hoc necessitatis articulo virtus obedientie tamquam aurum in fornace probetur, ita quod in nullo vestrum inobedientie vitium, que secundum prophetam ydolatrie comparatur, valeat inveniri, cum nos secundum apostolum omnem inobedientiam prompti sumus ulcisci, maxime cum in tam iusta et pia causa, si necessitas postulaverit, animas vestras nobiscum exponere debeatis. Ad hoc noveritis, quod cum Mediolanenses cives ab antiquo tramite deviantes, tamquam improvidi futurorum, principaliter faveant in hiis illi, qua hora sibi presumpserint adversus Romanam ecclesiam auxilium impertiri, nos ecclesiam vestram cum tota diocesi sua de communi consilio fratrum nostrorum decernimus ab omni iurisdictione Mediolanensis ecclesie perpetuo fore subtractam, dantes venerabili fratri nostro . . archiepiscopo, sancte Romane ecclesie cardinali, et dilectis filiis clero Mediolanensis ecclesie firmiter in mandatis, ut ex tunc nullam sibi vendicent iurisdictionem in vobis, neque vos

presumatis eisdem obedientiam et reverentiam exhibere. Quod si nec sic improvidum eorum propositum poterit immutari, non solum ecclesie, sed sibi etiam et toti provincie valde dampnosum formidandum est eis, ne manus nostras in eos durius aggravemus.

Datum Laterani, ii. nonas iulii, pontificatus nostri anno *tertio decimo.

Cereda aus dem orig. im archive des domcapitels zu Cremona. — Pontif. 13, 1210, ist mit dem inhalte unvereinbar.

923. *Deutsche fürsten berichten in einem unechten schreiben, dass sie um der bedrängnisss des reiches ein ende zu machen, den (Friedrich) könig von Sicilien an das reich gewählt haben.* ***(1212.)***

Omnipotens conditor mundi deus, rerum sine principio principale principium et finis etiam infinitis, sapiencia cuius omnia cum racione facit et nichil unquam inaniter egit aut edit ociosum, super celis celorum sursum in gloria tronum sibi constituit in eternum. Sed ne deorsum forsitan orbem terre, cui nemo rector inesset, tamquam fortune casibus expositum neglexisset et genus humanum, quod rationabile creaverat, irrationabiliter abuteretur arbitrii libertate, precipue propter primum transgressionis vicium, quod a primis parentibus propagatum ad posteros naturaliter sapiebat, ex quo superbia vento turgidum et nequicie corruptum fermento variis delirabat erroribus et involvebatur retibus iurgiorum: ipse, qui sancte mentis in speculo cuncta presencialiter intuetur, videns, quod erat in commoditate necessitas et in[1] necessitate commoditas non deerat profutura, prelatum privilegio monarchie sacrum Romanum imperium stabilivit, ut eius dominator excellens ceteras gencium potestates, quasi deus alter in terris, preesset hominibus, ut prodesset, virga virtutis sue regeret ipsos[2] reges et in statu tranquillo populos[3] sub pacis ac iusticie virga salubriter gubernaret. Licet autem antiquitus, ut veteres testantur ystorie, de diversis aliquando mundi climatibus singulariter plures et pluraliter aliquos singulares ad sui regimen idem imperium assumpsisset, in gentes tam ipsius fasces honeris et honoris in statu commode sustentare nequiebat, postquam presertim a Romanis exulaverant apud Grecos, quin eius conpages interdum ymo frequeuter alicubi solverentur, et gravem sentiret in aliqua sui parte ruinam verumtamen fides catholica, quam mundi res publica crebris persecutionibus angeretur. Celestis ideoque provisionis instinctu, non absque necessario cause rationabili argumento, sancta mater ecclesia senatus populusque Romanus ab Argolicis prius inurgentis casus articulis ad sui presidium invocatis, sed deficientibus viriliter in eodem, ne defensore carerent ulterius et[4] solita mundi discidia subversionum facerent recidiva, iustis ex causis taliter denique[5] inperium, revocantes originem et radicem ipsius ad maioris fortitudinis fundamentum, in potentem Germaniam transtulerunt, ut per eius excelsos et magnificos principes, innumeros et strennuos milites et infinitos ipsos fortissimos bellatores in summi status culmine perpetuo robore fulciretur. Sicut navis verum tamen in altitudine pelagi magistro remige destituta procellis circumflantibus graviorem patitur tempestatem: sic Romanum imperium longe lateque diffusum apocopatum sincopa capitis ct rectoris iusticia perdita, pace perempta, concordia fugiente, multiplici turbatione fatiscit et diversis turbationibus conquassatur, fervet iniquitas, karitas refrigescit, pullulant hereses, insurgunt errores, fides perfidia premitur, generalis ecclesia lacessitur. Per hec nempe modernis temporibus, ut apes, que dulcia mella gerunt, sine rege vivere nescientes, eo perdito disperguntur et pereunt oberrantes, plures regie regiones, quam plures uberes urbes, pluri proceres, innumeri populares sublato iugo domini sine freno per campos illicite licenter discurrentes mutuis inter se scandalis, molestiis relativis,

vastis incendiis, omicidiis infinitis, acerbis conflictibus, amaris carceribus et nille modis aliis ad invicem consumuntur. Surgentibus denique tribulacionum flagiciis iugiter inter gentes [deest], qui viribus iniurietur iniuriis, oppressiones opprimat, seditiones sedet, adversitatibus adversetur ob prolixum defectum dominii seu vacantis imperii diutinum interregnum, quo, veluti per solis ecclipsim mundus tenebrescit, ubique tenebrosus affligitur, afflictus distrahitur, distractus destruitur incessanter. Illa felix res publica nunc latrociniis, nunc rapinis, dolis, periuriis, predis et violentiis violata ad talem proh dolor exinanitionis miseriam iam devenit, quod inundatione discriminum ex toto naufraga suffocatur. Tantorum igitur mole malorum terra gravata, nimis sustinere de cetero nequeunte, universa dictarum nationum turba clamavit instanter altius ad dominum in excelsis et suis repente tumultibus excitavit in celo eum, quemadmodum hactenus dormientem, adeo quod ad ea suos nuper apperuit deus oculos eiusdem imperii recordatus, dum eius influencia desuper inspirante nos . . . ipsius imperii principes, quibus ad olim antiquitus eodem, sicut narratum est, in Teuthonia transplantato legittime data fuit auctoritas et potestas longis temporibus iam prescripta eligendi ac eciam erigendi reges et dominos, ad *adversum imperii solium per huius scale gradarium ascensuros, ne tot maleficiis, periculis et pressuris occasionis causam gignere fortassis a deo vel ab hominibus arguamur, negligenter deferendo peragere, quod ad officium nostrum spectat, contra totum orbis excidium et ruinam fortitudinis murum obicere [et] erigere cogitantes et contra diram morborum eiusmodi pestilenciam reperire salutiferam medicinam, apud . . . locum in unum proposito deo convenimus ad generale bonum divinitus inflammati. Ubi debitum habentes de regis vel imperatoris institucione[6] tractatum, qui deformatum reformet[7] imperium, *deformet effrene et dirigat indirectum et ferro recidat vulnera, que curare levia non possunt unguenta, post examinatam cuiuslibet singulariter voluntatem, post sancti spiritus gratiam devotis orationibus invocatam, post omnes sollempnitates debitas rite, prout ritus et moris est, plenius observatas nominis dominio, . . eiusdem imperii sacri principibus assistentibus nobis[8] et conservantes* etiam, in maioris roboris firmitatem ad dominum illustrem Germanie et Sicilie regem[9], Suevie ducem, sufficientem et hac dignitate dignum, omni pocius exceptione maiorem, *quomuniter omnes direximus oculos mentis nostre, qui iam senex est moribus, licet iuvenis sit diebus, et in eo sapiencie gestis ac gestibus fructus senii flores preveniunt iuventutis, persona cuius quidem causa in quantitate substantie, quam in animi qualitate de graciis et nature muneribus mirabiliter informata, circa suos etatis annos communem hominum mensuram excedens, reddit eum terras* hominem decoratum virtutibus ante diem, tamquam illustrissimum de cesarea stirpe germen ab augustorum sanguine longo legittime derivans, qui nempe thesauros inmensos expendere, nec personas exponere dubitarunt, ut idem imperium honore, potentia, dignitatibus et dicionibus ampliarent, fidelibus preditis* subditis statum prosperum statuentes.

Aus hs. sec. 13 auf der hofbibliothek zu Wien, cod. philol. 187. — B. bemerkt; 1212 hat man noch kein solches kauderwelsch geschrieben. Der aufsatz ist also eine nach Peters von Vinea zeit gemachte schulübung gleich den zwanzig briefen von und an Iosef (Ioseph servus iusticie prepositus Egypcie regionis), welche am anfang der hs. stehen. — [1] Hs. *non*. — [2] Hs. *ipso*. — [3] Hs. *populus*. — [4] Hs. *esse*. — [5] Hs. *denr*. — [6] Hs. *iusticie*. — [7] Hs. *deformet*. — [8] Hs. *vobis*. — [9] Hs. *regis*.

924. *Conrad von Lützelhard schreibt seiner mutter, der gräfin Marie, dass er glücklich nach Deutschland zurückgekehrt am hofe des königs verweile und für ihren bruder die gnade des königs wiedererlangt habe.* ***1212-1220.***

Illustrissime matri sue domine Marie dei et regia gratia egregie comitisse Sanc.[1],

Conradus de Lucenardo eius filius dilectissimus salutem et filialis amoris *effectum. De salute maternitatis vestre, que nostra salus est, certificari cotidie cupientes rogamus et petimus, ut inde nos velitis si placet, cum locus est, effici certiores, scientes, quod nos per dei gratiam et Aginolfus frater noster et sorores nostre plena corporis sanitate vigemus, illud idem de vobis desiderantes audire. Noveritis insuper, quod nos in partibus Alamanie cum hominibus et rebus nostris salubriter et prospere redeuntes, ad dominum nostrum serenissimum regem perreximus, qui surgendo nos diligenter et honorifice recepit et vidit; et nos cum eo die noctuque commorantes iusta suarum promissionum magnificentiam ab eo de proximo maxima beneficia expectamus, quod ad honorem et gaudium nostrum et vestrum et omnium consanguineorum et amicorum nostrorum spectabit. Preterea sciatis, quod nobilis vir Iacobus de Pal.[1], frater vester, abunculus noster, nuntium suum in Allamanniam transmisit; et nos priusquam ipse veniret et postquam ipse veni[t], una cum eo, cum consanguineis et amicis nostris ad pedes regie maiestatis adivimus, ita quod per dei gratiam dominus noster rex eidem domino Iacobo suam plenarie gratiam restituit et amorem. Alia nova, que in partibus nostris habentur, lator presentium vobis oretenus explicabit. Et si citius nuncium non mandavimus ad vos, vos inde nolumus admirari, quia morantes cum domino rege ipsum citius ad vos nequivimus destinare. Mandabimus ad vos die proximo Henricum fratrem Godefredi, qui vobis omnia seriatim exponet.

Domine comitisse Marie karissime matri sue.

Cereda aus dem orig. im archive zu Cremona, C. Diversorum, L. 38. — Der bekannte Conrad v. Lützelhard, seit 1168 markgraf von Ancona, 1191 markgraf von Tuscien, 1195 graf von Molise, gestorben 1197, ist gewiss nicht der aussteller. Der in Deutschland weilende könig könnte allerdings Heinrich VI 1188–90 sein. Aber alles andere würde kaum stimmen. Der markgraf würde sich kaum ohne allen titel geschrieben, auch schwerlich solchen werth auf das versprechen von lehen gelegt haben. Marie und ihr bruder Iacob sind gewiss, wie das schon diese namen andeuten, keine Deutsche, höchst wahrscheinlich, worauf mir insbesondere auch das *regia gratia comitissa* zu deuten scheint, Sicilianer, obwohl meine versuche, sie als solche bestimmter nachzuweisen, fruchtlos waren, da *Sanc.* und *Pal.* eine reihe von auflösungen zuliessen, sich aber nirgends ein bestimmterer halt durch die personennamen ergab; 1239 ist ein *Iacobus filius Guillelmi de Palmerio* gefangener des kaisers (Huillard Hist. dipl. 5, 614), der möglicherweise enkel jenes Iacob sein könnte. Dann aber würde doch kaum abzusehen sein, wie markgraf Conrad zu einer sicilischen mutter gekommen sein sollte; und weiter scheint das *regia gratia comitissa* auf einen deutschen könig schliessen zu lassen, der zugleich könig Siciliens war, was bei Heinrich VI als könig nicht zutrifft. Nehmen wir aber als den könig Friedrich II 1212–20 an, so ergeben sich keine unwahrscheinlichkeiten. Conrad und seine geschwister würden dann kinder (möglicherweise enkel) des markgrafen sein, Marie (wenn nicht schwiegertochter) dessen frau, wahrscheinlich späterer ehe, die nach seinem tode in Sicilien zurückblieb und den grafentitel königlicher verleihung oder nochmaliger heirath verdankte. Ueberdies lässt sich ein *Corradus de Luzinardo* oder *Luccinaro* später wieder in Italien nachweisen; er ist 1229 mit herzog Rainald von Spoleto in der mark Ancona und wurde später der kaiserlichen sache untreu. Vgl. Huillard Hist. dipl. 3, 115. 5, 915. — [1] So, mit abkürzungsstrich über dem letzten buchstaben.

925. *Friedrich bischof von Trient, hofvicar und legat ganz Italiens, schreibt den Cremonesern, dass er ihre angelegenheit auf dem hoftage betrieben habe, dass die fürsten dem könige für den kommenden sommer ein grosses heer versprachen und mit einem theile desselben er selbst mit dem reichsmarschalle ihnen bis mai zu hülfe kommen werde.* ***1213-1218.***

Fridericus dei gratia sancte Tridentine ecclesie episcopus, regalis aule vicarius et totius Italie legatus. Dilectis amicis suis potestati et communi Cremone salutem et dilectionis plenitudinem. Quanto specialius vestrum honorem diligimus, tanto specialius me-

diantibus nunciis vestris negotium vestrum in curia sollempni tam apud dominum nostrum regem, quam apud universos principes ibidem presentes diligenter expedivimus. Ut autem plenius et seriosius series totius rei vobis innotescat, scire debetis, quod cum quamplures principes ad dictam curiam convenissent et se in omnibus domino nostro regi favorabiles prebuissent, magnum sibi exercitum in futura estate ducere promiserunt. Ut[1] quia per dei gratiam duos habere ordinavit exercitus, nobis specialiter et mariscalco imperii firmiter iniunxit, ut cum parte illius exercitus, videlicet cum comite Tyrolensi et omnibus militibus de nostris montanis, sive cum aliis, qui de Suevia et Bawera nobiscum erunt processuri, ita laudabiliter deo concedente ad plus usque ad kal. maii veniemus, quod vos si usque huc victoriam de vestris et imperii inimicis habuistis, adiutorio nostro et imperii maiorem et pleniorem habere poteris*. Ad hec quia vestri nuncii in omnibus sagaciter egerunt, ad maiorem certitudinem vestri ambaxatores remanserunt cum rege, ut his omnibus expeditis ipsi vobis tanquam visa veritate delectabiliores et inimicis deteriores rumores sciant apportare. Cetera lator.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Diversorum L. 49. — Friedrich wurde 1213 feb. 16 zu Regensburg hofvicar und legat, war weiter am hofe 1214 febr. zu Augsburg und 1217 dec. zu Nürnberg und starb 1218 nov. 6 zu Accon. Für ausstellung des briefes 1213 feb. würde sprechen, dass damals gesandte Cremona's beim könige nachweisbar sind (vgl. urk. von 1213 feb. im nachtrage) und der hofvicar nach nr. 926 anfang mai wirklich zu Cremona war. Aber dann müssten wir annehmen, dass es sich bei dem bewilligten heere nicht um einen zug des königs selbst nach Italien handelte, wovon 1213 und 1214 gewiss noch nicht die rede war, sondern um ein heer zunächst für den krieg in Deutschland, während ein theil des heeres nach Italien gegangen wäre. Handelt es sich um einen beabsichtigten zug des königs selbst nach Italien, so kann der brief wohl nur 1217 dec. gesetzt werden. Cremona war im kriege mit Mailand und dessen verbündeten 1213 und 1217; hülfsbedürftiger wohl 1217. Der reichsmarschall wäre 1213 Heinrich von Kalentin, 1217 Anselm von Iustingen; denken wir uns hier den marschall nicht durch sein amt, sondern durch das vertrauen des königs berufen, so ist wohl nur an Anselm und 1217 zu denken; vgl. Sitzungsber. der kais. Academie 39, 463. — [1] So, mit abkürzungsstrich über *t*.

926. *Friedrich bischof von Trient, hofvicar und legat in Lombardien, verhängt den bann des königs gegen Mailand und andere genannte städte und grafen. Cremona* ***1213*** *mai* **2.**

Anno ab incarnatione domini nostri Ieshu Christi millesimo ducentesimo tertio decimo, indictione prima, die secundo intrante mense maii, in Cremona; presentia domini Sycardi Cremonensis episcopi, et domini Bertoldi vicedomini Tridencii* et regalis curie prothonotarii, et domini Lanfranci Tabisii, et domini Sycherii de Gramulano Papie, et domini Bertoldi de Gualia, et domini Petri de Maluscho, et domini Guizoenti de Gumeto, et Redulfi scolarii de Bolzano, et presbiteri Martini Longi, et Aliprandi iudicis, et Peramusii de Garduno de Tridencio, et domini Petri de Ticcis[1], et domini Rodulfi de Zanebonis, et domini Ysacchi de Dovaria, et domini Gregorii de Persico, et domini Girardi Manarie, et Iohannis de Torlino, et domini Iohannis de Summo, et Iohannis Belli Carfale, et Guazonis Buge, et domini Obici rationatoris, et aliorum multorum.

In publica concione in platea maiori Cremone sonata ad campanam et coadunata per correrios Cremone coram domino Guilielmo Mastalio et domino Guilielmo de Persico et domino Lanfranco Oldoyno et domino Alberto de Malaboto, tunc existentibus consulibus communis Cremone, dominus Albertus Strusius, imperialis curie iudex, voluntate et parabola ac iussu et presentia domini Frederici, dei gratia Tridentini episcopi ac regalis curie dei gratia Frederici Romanorum regis ellecti vicarii et in Lumbardia legati, ante ipsum

vicarium et legatum existens palam et alta voce concionando dixit, quod in eo hec verba dicenda commiserat et suum nuncium in hoc eum fecerat, et dicens ita, quod sepe dictus[2] dominus episcopus et regalis curie vicarius ex officio vicarie, quo fungebatur, et legationis et ex sua parte et ex parte regie maiestatis per suas litteras sepe et sepius commune Mediolani et ipsos Mediolanenses pro communi et diviso sollicitaverat, ut universos Papienses, quos iniuste detrusos et in carceribus detinebant, absque aliquo gravamine dimitterent, et quod de cetero ipsos Papienses pro communi neque pro diviso inquietarent nec aliquam guerram in Lombardiam inducerent; item quod per suas litteras et nuncios sepe ammonuerat Placentinos, Laudenses, Cumenses, Cremenses, Novarienses, Vercellenses, Tertonenses, Alexandrinos pro communi et diviso, et comitem Egidium Curtis nove et comitem Narisium et comitem Albertum Casalolti, quod ante ipsum accederent pro faciendis fidelitatibus iam dicto domino regi, et quod nullum consilium seu adiutorium seu sagramentum darent neque facerent ipsis Mediolanensibus pro inducenda guerra in Lunbardia; et specialiter suprascriptis comiti Narisio et Alberto Casalolti, ut possessiones ipsas dimitterent, quas contra voluntatem ipsius regis, ut dicebat, detinebant. Qui iam dicti Mediolanenses, Placentini, Laudenses, Cumenses, Cremenses, Novarienses, Vercellenses, Tertonenses, Alexandrini, comes Egidius et suprascripti comites Narisius et Albertus Casalolti renuerant et vilipenderant suprascriptum dominum Tridentinum episcopum, nec suas litteras et nuncios recipere voluerant. Qui suprascriptus dominus Tridentinus episcopus ac suprascripte regalis curie vicarius et legatus pro officio, quo fungebatur, affirmans in ipsa concione vera fore, secundum quod suprascriptus dominus Albertus dixerat vera fore, concionando et alta voce, in ipsa concione proiiciens guantum in alto de propria manu, suprascriptos Mediolanenses pro communi et diviso, Placentinos, Laudenses, Cremenses, Novarienses, Vercellenses, Alexandrinos, Tertonenses, comitem Egidium Curtis nove, comitem Narisium, comitem Albertum Casalolti ex sua parte et ex parte suprascripte regie maiestatis in banno ipsius regis posuerunt*, nisi usque ad diem lune proximum venerint stare et attendere omnibus suis preceptis; in tali vero banno, quod de ipso nunquam exire possint, nisi prius mille marcas auri regie curie solverint.

Ego Manfredus Iata notarius sacri palatii ac regalis curie interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Cereda aus dem archive zu Cremona, I. 26. — [1] *Riccis* nach einer zweiten von Winkelmann mitgetheilten abschrift. — [2] *sepe dixit* ebenda.

927. *Die massare der gemeinde Cremona übergeben an die dortige hauptkirche kreuz und schaft von dem bei Castiglione* ***(1213 iuni 2)*** *erbeuteten carroccio Mailands. Cremona* ***1214*** *märz* ***21.***

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tertiodecimo, indictione secunda, die undecimo exeunte martio, in Cremona in canonica maioris ecclesie Cremone; presentia domini Ugonis de Comitibus canonici ipsius suprascripte ecclesie, et magistri Marchisii clerici ecclesie sancti Martini, et Iohannis de Lege et Nichole Donette et Oliverii de Taiaferro et Girardi de Giroldis et Oddolini Alamanni et Zaneboni de . . . . .[1] et Alberti de Bechi et Ottolini Correi de Casamala et Iacomini de Cella testium ibi rogatorum. Dominus Surdus Avocatus et dominus Riboldus de Sancto Sylo, tunc massarii communis Cremone, nomine communis Cremone dederunt et designaverunt et deposuerunt et commendaverunt in domino Nigro de Oldoinis archidiacono et in domino Dompnetto archipresbitero suprascripte maioris ecclesie Cremone crucem, que fuit carrozoli Mediolani, habitam cum ipso

carrozolo ad exercitum Castri Leonis, que crux erat dorata, cum quodam troncono pertice ipsius carrozoli, et qui tronconus erat ferratus cum quodam circulo ferrei. Et insuper suprascripti massarii dixerunt et preceperunt eis nomine communis Cremone, ut custodirent et salvarent et guardarent bene ipsam crucem ad voluntatem communis.

Ego Nicholaus de Ultra Padum sacri palatii notarius interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, L. 67. — [1] Rasur.

928. *Pabst Innocenz III stellt denen von Cremona die erbetene verleihung von theilen des mathildischen erbes in aussicht und fordert sie auf, im gehorsam gegen die kirche, insbesondere bezüglich der reichsangelegenheiten, zu verharren. Viterbo* ***1214*** *iuni* ***27****.*

Innocentius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis populo Cremonensi salutem et apostolicam benedictionem. Inter cetera, que dilecti filii Talamacius iudex et magister Nazarius nuntii vestri, viri providi et fideles, in nostra proposuere presentia constituti, nobis exponere iuraverunt, quod vos quasdam e terris ecclesie, que fuerunt clare memorie comitisse Matildis, adhuc a fautoribus reprobi Ottonis detentas, vobis sub annuo censu desideratis concedi. Noveritis autem nos nobilem virum Salinguerram et nepotes eius, qui terras tenent easdem, per venerabilem fratrem nostrum . . Reginum episcopum et . . abbatem Fontis vivi fecisse requiri iam dudum, qui usque ad octavas beati Petri proximas terminum postulavit, promittens quod tunc personaliter nostram adibit presentiam super hoc mandatis nostris humiliter pariturus. Cui cum terminum concesserimus postulatum, indecens esset et ab apostolica gravitate penitus alienum, ut eo non expectato de terris disponeremus aliquid antedictis; quarum etiam possessionem, cum nobis resignate fuerint, resumere volumus per nostros nuncios, quia non bene caveretur iuri ecclesie, si terre predicte ad alios transferrentur, antequam ecclesia ipsa possessionem resumeret earundem. Cum autem plene in nostram redierint potestatem, eam gratiam, quam aliquibus fidelibus et devotis ecclesie viderimus faciendam, vobis tanto libentius facere disposuimus, quanto vos specialiori amplectimur caritate. Vos igitur in apostolice sedis devotione taliter persistatis; presertim super negotio imperii feliciter consumando, eidem pro ut incepistis viriliter assistentes, quod vestre devotionis obsequio promerente, eius debeatis in hoc et aliis gratiam merito expectare.

Datum Viterbii, v. kalendas iulii, pontificatus nostri anno septimodecimo.

Cereda aus dem archive zu Cremona, G. 48.

929. *Pabst Innocenz III meldet den kreuzfahrern der diöcese Lüttich, dass die zeit des aufbruchs herannahe und dass er genannte beauftragt habe, die untauglichen vom gelübde zu entbinden. Lateran* ***1215*** *ian. 8.*

Innocentius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis universis crucesignatis per Leodiensem dyocesim constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Vos qui elegistis dominum, immo qui electi estis a patre luminum, a quo est omne datum optimum et perfectum, ut populus peculiaris et oves pascue sue sitis, et serviatis ei humero uno et unanimi desiderio ac voluntate concordi, et inchoetis sub Christo principe prelia domini preliari, letamini et gaudete, quia iam apropinquat dies desiderabilis et optatus, tempus quidem vindictam faciendi in nationibus et increpationes in populis detinentibus et contaminantibus terram sanctam, qui tamquam insensati pueri verum derident et exprobrant Helyseum

dicentes: Ascende calve, ascende calve, fiasque tuis christianis propicius et defensor. Propter quod exire disposuistis iuxta exhortationem apostoli extra castra proprie habitationis, improperium[1] eius portantes tam diu, donec sub pedibus vestris dominus conterat inimicos, dans illis obprobrium sempiternum, et vobis victoriam gloriosam. Verum quia crucesignatorum numerosa est multitudo per dei gratiam, tam clericorum, quam laicorum, virorum ac mulierum, senum ac iuvenum, debilium ac etiam robustorum, ut iuxta Gedeonis exemplum inutilibus domi relictis contra Madyanitas utiles et necessarios dirigamus, per dispensationem providam et discretam vota quorundam minus utilium volumus commutari, redimi vel differri; sic tamen [ut] iidem nichilominus ad tempus illa gaudeant indulgentia, illoque privilegio sint muniti, que conceduntur in terre sancte subsidium profecturis. Hanc autem sollicitudinem dilectis filiis abbati de Floreffia, preposito Lovaniensi, plebano sancti Christofori Leodiensis, magistris Petro et Adam canonicis sancti Lamberti, quos ad hoc credimus idoneos et fideles, per Leodiensem dyocesim duximus committendam, dantes eis in mandatis auctoritate presentium, ut habentes dominum pre oculis et circumstantiis hoc negotium contingentibus diligentius indagatis sub publico et bonorum virorum testimonio ea prudenter et sagaciter exequantur, cautius providentes, ne propter *clericorum crucesignatorum habundantiam christianorum exercitus pregravetur et ecclesie debitis obsequiis defraudentur.

Datum Laterani, vi. idus ianuarii, pontificatus nostri anno xviii.

Aus dem Romersdorfer bullarium sec. 13 bl. 5 zu Bingen. — Vgl. die ausführlichere ausfertigung für die kreuzfahrer der Kölner provinz bei Ennen u. Eckertz Quellen zur G. der Stadt Köln 2, 58. — [1] Hs. *imperium*.

930. *Die consuln von Pavia beschwören, sich bezüglich des friedens mit ihren feinden allen geboten des Pelegrin, capellan und legaten des pabstes, unterwerfen zu wollen.* ***(Pavia) 1215 iuli 1.***

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quintodecimo, indictione tertia, die mercurii, primo mensis iulii; in presentia domini magistri Pellegrini capellani et legati domini pape. Nos Wido Botigella, Asalitus de Sancto Nazario, Ricardus Georgius, Albericus Zazius et Petrus Isenbardus consules communis Papie iuramus pro toto nostro comuni libere et absolute stare mandatis magistri Pellegrini domini pape capellani, qui ad hoc legatus est a domino papa in Lombardia, de pace vel tregua generali vel particulari, quam nobis auctoritate domini pape faciet vel indicet cum inimicis nostris. Ita quidem quod suscipiemus et observabimus bona fide pacem, quam de novo nobis poterit invenire, vel observabimus iuxta mandatum eius pacem, que dudum facta fuit inter nos et inimicos nostros per priorem Camaldulensem et consocios suos, cum melioratione, quam nobis in ea facere poterit et tractare, salvo in omnibus mandato et auctoritate domini pape. Suprascriptus dominus legatus et suprascripti consules hanc cartam michi fieri iusserunt.

Ibi fuerunt dominus Rubaldus dei gratia Papie episcopus, Guilielmus domini pape acolitus et prior sancti Iacobi de Vornabula, Bignottus de Ziminasco, Detesalvus Capellus et plures alii testes.

Eodem die coram Asalito de Sancto Nazario et Alberico Zazo eius sociis testibus Rubaldus Canis consul communis Papie iuravit in presentia suprascripti domini legati de suprascripto facto, pro ut suprascriptus Botigella a se fecit.[1]

Ego Rufinus Manicella sacri palatii notarius interfui et hanc cartam scripsi.

Cereda aus dem archive zu Cremona, A. 46. — [1] *asseruit?*

931. *Die consuln von Pavia ersuchen die von Cremona, ihren boten an den römischen könig von dem, was iene ihnen schulden, reisegeld zu zahlen. Pavia* ***1215*** *sept. 4.*

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quintodecimo, die veneris, quarto mensis septembris, indictione tertia; in palacio novo communis Papie. Viris providis et discretis, sociis et amicis karissimis, consulibus communis Cremone, Papiensis rei publice consules salutem et veri amoris constantiam. Presenti instrumento discretionem vestram exorantes mandamus, quatinus Rufino de Olevano honorabili capitaneo et Galterio Ysembardo nostris peramabilibus militibus, nunciis pro nostro communi ad dominum regem destinatis, id quod vobis dixerint et a vobis petierint de avere, quod nobis debetis, eis prebere debeatis ad faciendum expensas, quas facturi sunt in predicto itinere. Et totum id, quod a vobis de predicto avere petierint eis dare vel ubi ipsi vobis dixerint, sine ulla detis dubitatione, scientes et cognoscentes ac pro firmo habentes, quod totum id, quod eis dederitis, et quicquid dabitis ibi, ubi ipsi vobis dixerint, ratum et firmum habebimus, et ipsos ad hoc avere a vobis petendum ac recipiendum nostros certos nuncios a parte nostri communis constituimus. Preterea volumus vos scire ac certos esse, quod eisdem nominatis ambaxatoribus ad expendendum in prefato itinere aliquid cum a Papia discesserunt non dedimus, sed ipsos fiducialiter pro predicto avere a vobis petendo ac recipiendo ad vos direximus. Et ut his firmam et indubitatam fidem adhibeatis, hoc publicum instrumentum sigillo nostri communis muniri et insigniri fecimus.

Interfuerunt Antonius de Nigro bono et Lantelmus Ferrarius testes.

Ego Rufinus Manicella sacri palatii notarius in hac carta michi iussa subscripsi.

Ego Iohannes Trezius notarius sacri palatii iussu Rufini Manicelle hanc cartam scripsi.

Cereda aus dem orig. im archive zu Cremona, C. Papie, E. 56.

932. *Pabst Honorius III fordert die von Cremona auf, von den innern streitigkeiten abzulassen und geeignete obrigkeiten zu erwählen. Lateran* ***1217*** *feb. 18.*

Honorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis populo Cremonensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum vos tamquam devotos ecclesie filios et fideles sincera in domino diligamus caritate, sicut de vestris prosperis successibus gratulamur, sic vice versa turbamur, cum vos perflat spiritus tempestatis, eo quod, sicut paternam faciem exhilarat et serenat iucunditas filiorum, sic econtra ipsam obnubilat et perturbat adversitas eorundem. Nuper siquidem dolentes audivimus, quod ille primeve dissensionis auctor et ruine angelice procurator, potestate accepta, tanta inter vos peccatis exigentibus discordiarum scandala seminavit, quod in plures partes divisos ad prelia intestina et bella plus quam civilia vos deduxit, ita ut non sit ei opus ad exterminium vestrum, quod absit, forinsecorum hostium cuneos advocare, cum in vobis per vos ipsos efficiat, quod intendit, et vos desiderare faciat, quod exoptat, ut cum vobis illuserit, vos derideat, et de vestra confusione, cum vos forsitan dolueritis, glorietur. Ut autem, quod cogitavit, valeat facilius adimplere, instanter procurat, ut consueti regiminis solatio careatis, quia iuxta verbum sapientis, ubi non est gubernator, populus corruet, et sublato pastore oves protinus disperguntur. Ubi est ergo prudentia secularis, que regnare in vobis hactenus consuevit? Quis vos sic fascinavit et ad tantam insaniam vos perduxit, ut sine causa velitis de vobis

vestris gaudium facere inimicis, ita ut absque suo labore de vobis optatum reportent triumphum et vestris tamquam armis hostilibus vos devincant et sine sudore obtineant, quod hactenus efficere cum multa effusione sanguinis nequiverunt? Certo in hoc non dormiunt, qui desiderant malum vestrum, sed ad vos dilacerandos vires libenter vestris manibus ministrabunt, et forsitan, cum aperueritis oculos, manus ipsorum vestris manibus intersecatas non facile poteritis extricare. Sed forsan vos tedet tamdiu gaudere prosperitate optata, ecclesie, cui obedientes fuistis, obtenta precibus et favore, ac multis vestris adversariis vicem dare, ut manifeste pateat universis, quod alii debet attribui, quod stetistis, et vestra declinatio, quod deus avertat, sine meritis adversariis ascribetur. Redite ergo, filii carissimi, ad cor vestrum et relictis simultatibus et fraternis odiis, que diabolus procuravit, quia solus est ubi multa consilia, de vobis consultius cogitetis, nec sitis amplius in derisum, fabulam et canticum aliis tota die. Quocirca universitatem vestram rogamus, monemus attentius et hortamur per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus, sicut salutem vestram diligitis et honorem et caram habetis gratiam divinam et nostram, vobis sine mora preficiatis ad vestre regimen civitatis potestatem, consules vel rectorem, qui questiones et causas inter vos subortas poterit postmodum terminare, ostendentes protinus per effectum, quanti sint apud vos ponderis preces nostre, et quod sic debeamus vos in vestris necessitatibus exaudire, sicut pro vestra salute rogantes a vobis fuerimus exauditi. Si vero aliquibus iuramentis adversum vos invicem temerarie prestitis tenemini forsitan obligati, ad consilium nostrum super hiis recurrere poteritis tempore oportuno, quia parati sumus impendere spiritualibus languoribus salutaris antidoti medicinam et paci vestre intendere ac saluti.

Datum Laterani, xii. kalendas martii, pontificatus nostri anno primo.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, C. Cremone, G. 65.

933. *Die consuln von Piacenza beschwören einen zehnjährigen waffenstillstand zwischen Piacenza einerseits, Cremona und Parma andererseits, wobei jenes die unterstützung kaiser Otto's, diese könig Friedrichs vorbehalten. Piacenza 1218 ian. 18.*

Millesimo ducentesimo [decimo] septimo, indictione sexta, die iovis, quarto decimo exeunte mense ianuarii, in Placentino palatio; coram donno Baiamonte abbate monasterii de Columba, donno Opizone Marcasola, don Bartolomeo monaco eiusdem monasterii, Azone de Vigoleno et Iohanne Tabernario atque multis aliis rogatis testibus. Presbiter Cacia et Iacobus de Malacorigia et Gandulfus de Fontana et Petracius Passaculderia et Sannus Surdus et Albertus comes de Montecuco et Roglerius de Bonifacio, consules communis Placentie, nomine eiusdem communis Placentie, et Dondeus Surdus et Dalfinus Rondanus et Ugo Girivinus et Ferracanis de Casale et Ricardus Surdus atque Tedixius de Montedomnico, consules iustitie, et Guilielmus Pasturellus et Speronus de Camprimoldo et Palmerius de Lovérago et Lanfrancus Scotti, consules mercatorum Placentie, et Albertus Stancarius et Plaxius Prohensalis, consules pelizariorum, et Blancus de Sancto Ilario et Petrus de Dondo, consules cordonariorum, et Boniohannes de Vetula et Andreas de Targnano et Boniohannes de Carpenaxio, consules calegariorum, et Iohannes de Imelda et Balduinus de Cacio, consules beccariorum, parabola Placentini consilii iuraverunt corporaliter ad sancta dei evangelia attendere et observare usque ad decem annos et tantum plus, quantum ambe partes fuerint in concordio, treguam et pactum et concordium inter nos Cremonenses et Parmenses ex una parte et Placentinos ex alia, secundum quod in

scripto tenoris sibi viso et ostenso continetur. Cuius scripti tenor talis est: — Ego Placentinus iuro, quod guardabo et salvabo Cremonenses et Parmenses per totam meam terram et aquam in avere et in personis, in veniendo et stando et redeundo, nec eos offendam per me neque per alios nec cum aliis in sua terra vel aqua, nec aliquos transeuntes per suam terram vel aquam offendam in sua terra vel aqua, nec permittam aliquos transire per meam terram vel aquam ad offendendum in eorum terra. — Similiter Cremonensis et Parmensis iuro, quod guardabo et salvabo Placentinum per totam meam terram etc.[1] — Eo intellecto et expressim dicto, quod Placentini possint adiuvare suos amicos in sua terra et aqua, et quod Cremonenses et Parmenses possint adiuvare suos amicos in sua terra et aqua. Et teneantur Cremonenses et Parmenses non ire cum armis nec sine armis fraudolenter per terram Placentinam, eis invitis, pro offensione facienda, nec pro servitio faciendo alicui. Et finis fiat ab utraque parte de omnibus iniuriis et maleficiis et damnis datis occasione presentis guerre. Item prixonerii ab utraque parte reddantur. Et sicut Placentinus tenet, quod non debet ire ad offendendum in terras Cremone, ita Parmensis teneat, quod non debeat ire ad offendendum in terras Mediolani; salva fidelitate regis Frederici ex parte Cremone et Parme, scilicet si rex intraret Lunbardiam, quod liceat Cremonensibus et Parmensibus sequere eum et facere eius voluntatem, et salva fidelitate domini Ottonis imperatoris Placentinis, scilicet si Otto imperator intraret Lunbardiam, quod liceat Placentinis sequere eum et facere eius voluntatem. Hoc autem expressim dicto, si Parmenses similiter hec omnia fecerint et iuraverint; que si non fecerint, Placentini in aliquo eis non teneantur.

Ego Gerardus de Raimundo notarius huic toti interfui et rogatus hec ita scripsi.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, E. 31. — [1] Die vorhergehende formel wörtlich wiederholt.

934. *Lothar patriarch, Iohann könig von Ierusalem und andere kreuzfahrer berichten dem könige Friedrich II über den bisherigen verlauf der unternehmung gegen Damiate und ersuchen um schleunige hülfe. Damiate* ***1218*** *iuni* ***15****.*

Friderico dei gratia Romanorum [regi] semper augusto et regi Sicilie. L.[1] patriarcha, I. Ierusalem rex, E. Nicosiensis[2] archiepiscopus, I. Aconensis, R. Bethelemitanus episcopus, L. dux Austrie[3], S. hospitalis s. Iohannis Ierosolymitani, W. militie templi Ierusalemitani, hospitalis Teutonicorum magistri, et universi barones, totusque clerus et populus in obsidione Damiate pro servitio Iesu Christi et terre sancte commorantes in domino salutem. Benedictus deus pater misericordiarum et deus totius consolationis, qui populum christianum pro restitutione terre sancte diu fatigatum et peccatis nostris exigentibus non admissum misericorditer, ut credimus, nunc respexit et saluberimo consilio illustravit. Siquidem cum intra terram sanctam propter multas et maximas difficultates, prout expediret, actenus non potuerit proficere populus christianus, ad illius tandem consilii suffragium duximus succurendum, quod iam dudum provisum fuit et divulgatum, et in sancto Lateranensi concilio novimus approbatum, videlicet ut Egyptum, terram scilicet omnibus bonis fluentem, que vires maximas nostris hostibus subministrat, niteremur obtinere, quatenus extincto fonte divitiarum hostilium universi pariter rivuli exsiccentur, et post tantam hostium nostrorum afflictionem et mutilationem terrenum Christi sanctuarium possit ab infidelibus detentoribus liberari. Experimento namque passionum, quas diu toleravimus, didicimus et pro certo tenemus, quod quamdiu duo potentissima et opulentissima regna, Damascenum

et Egyptum, sub eodem dominio uniuntur, contra inimicos Christi non poterimus praevalere, cum e contrario contigerit in temporibus retroactis, quod quamdiu eadem regna fuerunt ab invicem divisa et sub diversis dominis constituta, terram sanctam non potuerunt hostes obtinere. Hoc itaque pensato consilio, hiis quoque necessitatibus inducti, congregato exercitu ex variis nationibus, quantum potuimus, navigium in magnis expensis curavimus ordinare. De confidentia dei, cui non est differentia superare in multis vel in paucis, ac de vestra celeri subventione sperantes illud attentavimus negotium, licet rebus et viribus impares infidelibus iniimicis, quod nec a regibus vel imperatoribus novimus attentatum. Significamus igitur vobis, quod primi navigantes de exercitu christiano tertia feria proxima ante pentecosten applicuerunt portui Damiate, in quo accessu misericors dominus mirabiles primicias gracie sue nobis impendit, et in futurum favorabilem se ostendit. Nam contra spem omnium nullo infidelium resistente, licet multa milia essent in civitate et extra, pauci descenderunt de navibus ad terram et ante civitatem prefatam castra libere posuerunt. Et quidem tempore illo latores presentium nuncii nostri recesserunt a nobis. Status obsidionis talis erat: Siquidem exstruxeramus machinas nostras ad expugnandam turrim quandam factam intra fluvii brachium Nili, scilicet a qua turri protenditur catena ferrea per mediüm fluvium usque ad civitatem, parans impedimentum nostris navigiis transituris. Tamen in recessu nunciorum ita processeramus, quod naves et galee nostre galeis inimicorum nostrorum in fluvio praevalebant, et in superiori parte fluvii consistebant, ita quod hostiles galee liberum navigium non habebant, nec aliorum Saracenorum galee aditum ad civitatem non habebant. His igitur vobis nunciatis, supplicamus devotioni vestre in domino, quatinus exercitui in magnis periculis misericorditer et celeriter curetis subvenire. Non enim de virium nostrarum confidentia tantum onus subire praesumpsimus, sed de vestra summe praeter deum subventione sperantes ausi sumus in remotis partibus obsidionem inchoare, et civitatem munitissimam impugnare, qua obtenta firmiter speramus, ut totam Egyptum possimus obtinere, et terram sanctam, pro qua laboramus, finaliter liberare. Veruntamen ut praediximus, cum et expensarum et pugnatorum penuria graviter laboramus in magno periculo constituti. Nam potentissimus omnium infidelium soldanus vires contra nos colligit universas. Quamobrem moram subventionis trahit ad se periculum totius exercitus christiani; qui si forte peccatis nostris exigentibus, quod dominus avertat, deficeret, non credimus, quod terre sancte negotia alii possint perficere Christiani.

Data in obsidione Damiete, xvii. kal. iulii.

Mone aus der hs. nr. 332, sec. 13, der bibliothek zu Admont. — Vgl. Raynald 1218 § 7, wo ein stück einer an den pabst gerichteten ausfertigung. — [1] Hs. *R.* — [2] Hs. *chioff.* — [3] Hs. *Antiochie.*

935. *Pabst Honorius III meldet den bischöfen der Lombardei, dass er die behörden der Placentiner excommunizirte, weil diese wortbrüchig den Mailändern gegen Cremona und Parma beistanden. Lateran 1218 iuli 13.*

Honorius episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus universis episcopis Lombardie salutem et apostolicam benedictionem. Misere conditionis existunt perditionis filii, reprobi Placentini, qui baculo arundineo contra dominum innitentes in Mediolanensium superbia consueta ponunt fiduciam supra se, querentes in aliorum iniuria gloriari. Certe non sic dictorum Mediolanensium arrogantiam imitari deberent, ut iuramenti nobis nuper exhibiti essent prorsus obliti, contra dilectos filios Cremonenses et Parmenses hostiliter procedendo. Quibus iniunximus, postquam nostris iuraverunt obedire mandatis, ut arma contra illos usque ad quadriennium non moverent. Sed si etiam respicerent e vicino, nomen

domini saltim sero requirerent et ad illum intuitum ipsorum erigerent tenebrosum, cum eorum et Mediolanensium, in quibus confidunt, superbiam cum ignominia corripuerit, dederitque humilibus eis resistentibus gratiam, ita ut cum ipsi crederent omnia redigere in cinerem et favillam, viderunt et doluerunt, quod eorum arrogantia, indignatio et superbia est longe amplius, quam ipsorum non erubescentium fortitudo. Porro quamvis sperari potuerit et verisimile videretur, ut ipsi, qui in eorum episcopo gratiam a nobis senserant specialem, quam obtinere a felicis recordationis Innocentio papa predecessore nostro minime valuerunt, mandata nostra non parvipenderent, neque nos et Romanam ecclesiam ad iracundiam provocarent, nunquam tamen tepuerunt cum predictis Mediolanensibus persequi Christianos, vel verius ipsum Christum. Qui etiam, licet in expeditione ipsius ab oriente usque ad occidentem totus fere urgeatur populus christianus, erecta tamen cervice contra dominum incedentes, nunc contra predictos Cremonenses et Parmenses cum eisdem Mediolanensibus superbo oculo et insatiabili corde exercitum preparare nituntur, se reos periurii publice statuentes, cum ipsi, quodam proditionis genere Cremonenses et Parmenses prevenientes eosdem, eis usque ad decennium firmam treuguam hiis diebus iuraverunt observare. Unde quia nichil aliud restare videtur, nisi ut in confusionis precipitium corruant ignominiam adducentis, cum preter divinum timorem, quem prorsus obiecisse noscuntur, nequaquam confundantur vel erubescant adversis, manus nostras in eos duximus aggravandas, volentes rectores, consiliarios, nec non et societatum magistros civitatis eorum per totam Lombardiam singulis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et candelis accensis excommunicatos publice nuntiari. Et ne alii cives Placentini excusationem valeant sumere in peccatis, omnes predictos, qui ad impugnandum Cremonenses et Parmenses arma de cetero sumpserint, vel ad devastandum terram venerint eorundem, excomunicationis vinculo innodamus. Sententia consimili percellentes rectores et consiliarios civitatum illarum, que Placentinis societatis federe sunt astricte, si contra Cremonenses vel Parmenses prestiterint auxilium, consilium vel favorem eisdem. Ac pari eos vinculo alligamus, qui de Placentinis aliquem presumpserint in potestatem assumere vel rectorem. Bona quoque civium predictorum, ubicumque fuerint inventa, precipimus detineri; interdicentes universis et singulis, ne cum eis commercium habeant vel contractum. Ad hec universi, qui eis societatis federe sub iuramenti vinculo sunt astricti, quantum ad hoc illis se noverint iuramento huiusmodi non teneri, cum iusiurandum iniquitatis vinculum esse non debeat, sed equitatis potius et iustitie firmamentum. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus premissa sublato appellationis obstaculo et vos ipsi firmiter observetis, et quantum in vobis fuerit, faciatis inviolabiliter observari.

Datum Laterani, iii. idus iulii, pontificatus nostri anno secundo.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Cremone, G. 95. — Ebenda findet sich eine mutatis mutandis gleichlautende ausfertigung: *Dilecto filio . . preposito Cremensi. Dat. Lat., xi. kal. aug., pont. n. a. secundo.*

936. *Pabst Honorius III meldet den bischöfen der Lombardei, dass er die behörden der Mailänder excommunizirte, weil dieselben trotz des im interesse des heiligen landes befohlenen vieriährigen waffenstillstandes Cremona und Parma bekriegen. Lateran 1218 iuli 14.*

Honorius episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus universis episcopis Lombardie salutem et apostolicam benedictionem. Sperari poterat et verisimile videbatur, ut Mediolanenses, quorum elationem et superbiam consuetam dominus cum eorum con-

fusione corripuit, nomen eius saltim sero requirerent et ad illum intuitum ipsorum erigerent tenebrosum, cuius manus est super omnem superbum et arrogantem, ut eminentiam enervet sublimium et prosternat altitudinem superborum. Certe si respiciant e vicino, sue dumtaxat potentie inniti non debent et fiduciam ponere in multitudine quadrigarum. Nam humilibus eis resistentibus dedit dominus gratiam, ita ut, cum ipsi crederent omnia redigere in cinerem et favillam, viderunt et doluerunt, quod eorum arrogantia, indignatio et superbia est longe amplius, quam ipsorum non erubescentium fortitudo. Porro licet in generali concilio pro exequendo commodius terre sancte succursu provida fuerit deliberatione statutum, ut principes et populi christiani ad invicem plenam pacem aut firmam treguam saltim per quadriennium inviolabiliter observarent et, qui acquiescere forte contempnerent, per excommunicationem in personas et interdictum in terras arctissime cogerentur, Mediolanenses tamen predicti nunquam cessaverunt persequi christianos vel verius ipsum Christum et, cum nunc in expeditione ipsius ab oriente usque ad occidentem totus fere urgeatur populus christianus, iidem erecta service contra dominum incedentes, nuper etiam contra dilectos filios Cremonenses et Parmenses superbo oculo et insatiabili corde exercitum preparare nituntur. Unde quia nichil aliud restare videtur, nisi ut in confusionis precipitium corruant ignominiam adducentis, cum preter divinum timorem, quem prorsus abiecisse noscuntur, quasi absorpti per desperationis voraginem nequaquam confundantur vel erubescant adversis, manus nostras in eos duximus aggravandas, volentes potestatem, consiliarios necnon et societatum magistros civitatis eorum per totam Lombardiam singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, excommunicatos publice nuntiari et, ne alii cives Mediolanenses excusationem valeant sumere in peccatis, omnes predictos, qui ad impugnandum Cremonenses vel Parmenses arma de cetero sumpserint vel a devastandam terram venerint eorundem, excommunicationis vinculo innodamus; sententia consimili percellentes rectores et consiliarios civitatum illarum, que Mediolanensibus societatis federe sunt astricte, si contra Cremonenses et Parmenses prestiterint auxilium, consiliun vel favorem eisdem; ac pari eos vinculo alligamus, qui de Mediolanensibus aliquem presumpserint in potestatem assumere vel rectorem. Bona quoque civium predictorum, ubicumque fuerint inventa, precipimus detineri, interdicentes universis et singulis, ne cum eis commercium habeant vel contractum. Ad hec universi, qui eis societatis federe sub iuramenti vinculo sunt astricti, quantum ad hoc illis se noverint iuramento huiusmodi non teneri, cum iusiurandum iniquitatis vinculum esse non debeat, sed equitatis potius et iustitie firmamentum. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus premissa sublato appellationis obstaculo firmiter et vos ipsi firmiter observetis et, quantum in vobis fuerit, faciatis inviolabiliter observari.

Datum Laterani, ii. idus iulii, pontificatus nostri anno secundo.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, G. 95. — Ebenda G. 45 und 95 finden sich mutatis mutandis gleichlautende ausfertigungen: *Dilecto filio . . electo Mediolanensi*, und: *Venerabilibus fratribus . . Bononiensi, . . Ferrariensi et . . Veronensi episcopis*, beide *Dat. Lat., xii. kal. augusti, pont. n. a. secundo.* Das datum ist 1217 iuli 21, wenn von dem tage der wahl (1216 iuli 18) und 1218 iuli 21, wenn von dem tage der weihe (iuli 24) gerechnet worden ist; dass die letztere rechnung hier befolgt ist, beweist der ausstellungsort, denn 1217 iuli 12 war Honorius nicht im Lateran, sondern in Ferentino; vgl. Böhmer Reg. Hon. nr. 9. 10, Raynald ad 1217 § 45. (Winkelm.)

937. *Die credenza von Cremona bevollmächtigt den podesta, sich zur unterwerfung unter den schiedsspruch bischof Iacobs von Turin, vicars und*

legaten des königs, zu verpflichten, falls Parma dem zustimme. Cremona ***1218 oct. 3.***

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo decimo octavo, indictione septima, die mercurii, tertio intrante octobri, in civitate Cremona, in palatio communis Cremone; presentia Boldizoni de Zanono et Ambroxii Frixoni et Friderici de Persico et Oldofredi de Casamala rogatorum testium, in publica credentia Cremone per campanam sonata et coadunata. Dominus Bernardus de Cornazano Cremonensis potestas posuit in ea credentia, quod dominus Iacobus Taurinensis episcopus et serenissimi domini regis Friderici vicarius et legatus petierat ab eo vice et nomine communis Cremone, ut ipse pro communi Cremone deberet se mittere in eum nominatim de pace facienda ad suam voluntatem, scilicet ad voluntatem dicti domini episcopi. Et quod sapientibus Cremone, cum quibus habuerat consilium, placebat, ut ipse ad voluntatem hominum Parme pro communi Cremone faceret eidem domino episcopo et vicario de pace facienda responsionem et de mittendo se in eodem domino episcopo et vicario de pace facienda. Quare dictus dominus Bernardus potestas ab ea credentia petebat licentiam et parabolam, ut in concordio et secundum voluntatem hominum Parme possit se pro communi Cremone mittere in dicto domino episcopo et vicario de pace facienda ad voluntatem eiusdem domini episcopi. Qui de credentia, nemine contradicente, dederunt litteram et parabolam ipsi potestati imponendi se pro communi Cremone in concordio et secundum voluntatem hominum Parme et mittendi in dicto domino episcopo et vicario de pace facienda ad voluntatem dicti domini episcopi et vicarii.

Ego Wilielmus de Persico sacri palatii notarius interfui et rogatus hanc cartam scripsi.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, D. 19.

938. *Iacob, bischof von Turin und hofvicar, verlangt im auftrage könig Friedrichs von Cremona und Parma, sich seinem schiedsspruche bezüglich ihrer streitigkeiten mit andern Lombarden zu unterwerfen; was von beiden zugesagt wird. Cremona und Parma* ***1218 oct. 3. 5.***

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo decimo octavo, indictione septima, tertio die mensis octubris, in palatio communis Cremone; in presentia domini Homoboni episcopi Cremonensis et domini Petri prepositi sancti Dalmatii Taurinensis et domini Petri plebani et Wilielmi de Arborio et aliorum quam plurium testium. Veniens dominus Iacobus dei gratia Taurinensis episcopus et imperialis aule vicarius ad commune consilium Cremone campana pulsata coadunatum, ex parte domini Frederici invictissimi Romanorum regis semper augusti et regis Sicilie ipsi consilio proposuit, quod de laudabili proposito ipsius regis erat, ut pax et concordia super discordiis et guerris, que diabolo instigante inter fideles imperii in multam eorum iacturam et destructionem temporibus istis versabantur, universaliter per totum imperium fieret, postulans ex parte ipsius regis, ut omnes discordias, contentiones et questiones, que occasione guerrarum inter ipsos Cremonenses et alias civitates vel loca seu singulares personas unam vel plures vel inter se moverentur, arbitrio ipsius domini regis et nunciorum eius sopiendas et concordandas committerent; insuper si aliqua civitas vel locus vel aliqua singularis persona una vel plures hoc ipsum, cum a rege vel aliquo eius nuncio postularetur, ut a ratione facere recusarent, ipsi Cremonenses contra ipsam civitatem vel locum vel aliquam personam, que hoc facere recusaret, deberent dare plenum auxilium et consilium ipsi domino regi et nunciis suis ad eos compellendum, ut hoc idem facerent.

Postea vero quinto die octubris, in palatio communis Parme, in presentia domini Bernardi de Cornazano Cremonensis potestatis et Ugolini Advocati et Belengerii Mastagii ambaxatorum communis Cremone, item presentibus testibus ipsis clericis Taurinensibus et Wilielmo de Arborio, dictus dominus Taurinensis episcopus et imperialis aule vicarius ad commune consilium Parme campana pulsata coadunatum in ipso palatio Parme ex parte predicti domini regis ipsi consilio Parmensi predicta omnia proposuit et dixit et eandem fecit postulationem.

Postea vero eodem die in ipsa civitate Parmensi, in ecclesia sancti Iohannis, presentibus testibus ipsis clericis Taurinensibus et Wilielmo de Arborio, congregato consilio illius civitatis Parme in ipsa ecclesia sancti Iohannis, dictus dominus Bernardus Cremonensis potestas a parte et nomine communis illius civitatis Cremone, consilio tamen et parabola credentie Cremone campana pulsata coadunate, secundum quod per instrumentum publicum factum per manum Wilielmi de Persico notarii manifeste apparebat, ipsi domino episcopo et vicario talem fecit responsionem, quod illud commune Cremone paratum erat de omnibus guerris, quas illud commune habebat cum aliquibus Lombardie, stare arbitrio et mandato ipsius regis et dicti vicarii et nunciorum regis, insuper dare ipsi domino regi et nunciis suis auxilium, consilium et fortiam pro voluntate eorum contra omnes civitates et loca, que mandata eorum facere recusarent.

Preterea ibidem in continenti dominus Guido de Papia, iudex domini Guidonis Parmensis potestatis, consensu et consilio atque parabola illorum de consilio, nullo contradicente, talem eidem domino episcopo et vicario fecit responsionem, quod illud commune Parme se committebat arbitrio domini regis et dicti vicarii et nunciorum regis de omnibus guerris, quas illud commune Parme habebat cum aliqua civitate vel loco Lombardie et inde stabat mandatis eorum. Insuper paratum erat illud commune dare ipsi domino regi et ipsi vicario et nunciis regis fortiam, auxilium et consilium pro eorum voluntate contra omnes civitates vel loca, que mandata ipsius domini regis et illius vicarii et nunciorum regis facere recusarent.

Unde plures cartule in uno tenore scripte sunt.

Ego Guilielmus de Bellino imperialis curie notarius predictis omnibus interfui et scripsi.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, K. 39.

939. *Hugo, cardinalbischof von Ostia und apostolischer legat, fordert unter zustimmung des königlichen legaten, magister Nicolaus, die von Cremona auf, sich seinem schiedsspruche bezüglich ihrer fehde mit Mailand und Piacenza zu unterwerfen. Cremona* ***1218*** *oct.* ***30.***

Anno dominicae incarnationis millesimo ducentesimo decimo octavo, indictione septima, die martis, secundo ~~ex~~eunte octobri, in civitate Cremona; presentia domini Alberti episcopi Brixiensis et domini Uberti episcopi Bobiensis et domini Nicolai episcopi Reggii et domini Ramberti de Rambertis potestatis Mutinensis et domini Guidonis de Regio potestatis Parme et domini Homoboni episcopi Cremonensis etc.[1] — testium; in palatio novo communis Cremone, in publica credentia Cremone sonata et collecta ad sonum campane, convocatis consulibus viciniarum et paraticorum et societatum et credenderiis et iudicibus et notariis et ibi coadunatis. Dominus Ugo Hostiensis et Velletrensis episcopus et Romane ecclesie cardinalis et apostolice sedis legatus in dicta credentia venit et in ipsa credentia ibi ab eo narrata et dicta et proposita dixit domino Bernardo de Cornazano potestati communis Cremone nomine ipsius communis et ipsis de dicta credentia et in ipsa

credentia: — Vos estis illi homines, qui posuistis avere et personas pro ecclesia Romana; et ob hoc scio, dominum papam diligere civitatem Cremone; et si deus eius vitam prolungaverit, cognoveritis dominum papam omnimode intendere in exaltatione* et honore civitatis Cremone. Et grates reffero vobis plurimas, vice domini pape et totius cleri Romani, militie et populo universo Cremone de servitio, quod fecistis, et devotione, quam habuistis in domino papa et ecclesia Romana, et annuente deo operibus cognoscetis, quia vos estis illi, qui pro ecclesia Romana non posuistis tantum avere, imo avere et capita vestra universa et animas vestras pro honore ecclesie Romane et domini regis Frederici ponere non dubitastis. Et bene dico, quod hec est illa civitas, que precepto domini pape et ecclesie Romane accepit dominum regem Fredericum; et estis illi, qui eundem dominum regem per virtutem inimicorum suorum in hac civitate duxistis; et vestra operatione in Alemannia ivit cum prosperitate; et habendo vos tunc pacem quietam in guerram pro ecclesia Romana et domino rege precepto domini pape et eius obedientia intrastis. Et bene dico, quia vos et antecessores vestri estis illi homines, qui semper obedientes et fideles Romane ecclesie exstitistis. Et bene dico et confiteor, quod Mediolanenses et Placentini contra honorem ecclesie et domini regis et contra preceptum domini pape contra vos teutaverunt committere et facere bellum. Veruntamen missus sum primitus ad vos a domino apostolico, qui estis obedientes ecclesie et fidelissimi, et sicuti hominibus, qui cum ecclesia Romana et domino rege Frederico estis unum corpus, et specialiter pro honore et statu domini regis Frederici, qui est prima planta ecclesie Romane, ut facere debeatis nostra precepta de facto istius guerre, quam habetis pro ecclesia. Et deo annuente vestri honores erunt ampliati et non minuti, quia pro ecclesia intrastis in guerram et pericula recepistis. Et ideo ecclesia proposuit vos cum honore ecclesie Romane et domini regis et civitatis Cremone de guerra extrahere. Et quicquid vobis dicamus, tamen[2] ea, que pertinebunt ad exaltationem et honorem Romane ecclesie et domini regis et istius civitatis, facere intendemus. Et sciatis, quod vos estis illi homines, qui gratiam a deo et ecclesia Romana et domino rege acquisivistis, et estis illi, quibus ecclesia Romana est debita de sanguine fuso et de periculis innumerabilibus, que pro ecclesia Romana sustinuistis. Et a vobis requiro ex parte omnipotentis dei et ecclesie Romane, cuius filii estis, ut ad precepta nostra[3] et ecclesie Romane sine ullo tenore de isto negotio veniatis secure et liberaliter, quia in veritate sciatis, quod ad statum et honorem huius civitatis procedemus; et maximum impedimentum esset domino regi, si hoc facere evitaretis. Et rogamus vos, ut in nobis et ecclesia Romana debeatis vos ponere secure, quia non debetis credere, quod ecclesia velit vos pericula et sanguinem fusum et expensas pro ecclesia factas amittere, quia spero in deo nos de hoc negotio ad honorem Romane ecclesie et domini regis et ad magnum statum Cremone procedere. Et bene dico et confiteor, quod non possent explicari et dici per aliquem detrimenta et pericula et dampna, que Cremonenses sustinuerunt pro ecclesia Romana; et deo annuente talem coronam inde habebitis, que omnibus gentibus patebit, et que erit honor ecclesie et domini regis et istius civitatis. Et bene dico et confiteor, quia, sicuti vos stetistis in servitiis et periculis pro ecclesia, ita alia pars stetit ecclesie Romane contra sacramentum rebellis et adversaria. Et sciatis, quod illi, qui steterunt in servitio ecclesie Romane, inde habebunt premium et exaltationem, et de his, qui rebelles steterunt, ad honorem ecclesie et domini regis et istius civitatis vindictam faciet et sumet ultionem. Et ideo deprecor vos, ut libere et secure ponatis vos de isto negotio in nobis; et nos speramus in deo, quod tali modo procedemus, quod erit honor ecclesie Romane et domini regis et istius civitatis. Et sciatis, si adversa pars ad nostra precepta venerit, ea, que facere de-

buerimus ad honorem ecclesie Romane et domini regis, cum consilio dictorum episcoporum et civitatis Cremone faciemus. — His omnibus finitis magister Nicolaus domini Frederici legatus surrexit et in dicta credentia dixit: — Si dominus Fredericus rex scivisset, dominum Ugonem Hostiensem episcopum pro pace et tregua constituenda in Longobardiam venisse, pro certo idem rex scripsisset hominibus Cremone, ut precepta eiusdem domini Ugonis episcopi deberent attendere ut sua propria. Et bene sciatis, quod ea omnia, que per eundem dominum episcopum facietis, eidem domino regi placida erunt et grata. Et firmiter sciatis, quod vos non eritis decepti nec proditi in virtute domini episcopi. Et bene credo, quod ea, que dixit vobis ore, omnia operibus proficere*. Et bene credo, quod dominus rex et ecclesia Romana erunt ita in una voluntate, quod servire non poteritis uni sine altero. Et rogo potestatem Cremone, ut de isto negotio precepta domini Ugonis episcopi debeat attendere pro communi Cremone omnimode, quia valde domino regi placebit.

Ego Wilielmus de Persico sacri palatii notarius in dicta credentia interfui et dictum dominum Ugonem Hostiensem episcopum et magistrum Nicolaum dicta verba dicentes in ea credentia audivi et in ea credentia ea in scriptis redigi* et precepto domini Bernardi de Cornazano tunc potestatis Cremone hanc cartam scripsi.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, C. 22. — Zu dieser, wie zu vielen andern hier aus dem archive zu Cremona mitgetheilten urkunden hat Winkelmann in den Forschungen zur deutschen Geschichte 7, 293–318 einen gehaltreichen commentar veröffentlicht. — [1] Folgen die namen mehrerer Cremoneser. — [2] *tantum?* — [3] Abschr. *vestra.*

940. *Die Cremoneser schwören, sich bezüglich der fehde zwischen ihnen und Parma einerseits, Mailand und Piacenza andererseits, dem ausspruche des Hugo, cardinalbischof von Ostia und apostolischen legaten, unterwerfen zu wollen. Cremona* ***1218*** *oct.* ***31****.*

In nomine domini millesimo ducentesimo decimo octavo, indictione sexta, die mercurii, ultimo die mensis octobris; in presentia domini Nicholai Regini episcopi et domini Alberti Brixiensis episcopi et domini Homoboni Cremonensis episcopi et domini Uberti Bobiensis episcopi et domini Gratiadei Regini archipresbiteri et domini Aicardi prioris sancte Trinitatis de Mutina et domini Gratiadei Brixiensis canonici et domini Nicholai Regini canonici et domini Guidonis de Regio potestatis Parme et domini Ranbertini Ranberti potestatis Mutinensis et domini Parixii ambaxatoris Regii et domini Giliotti iudicis potestatis Parmensis et domini Hengezonis Vicedomini eiusdem civitatis Parme ambaxatoris et domini Iohannes Zacagni et Bocabadate ambaxatorum Mutine et domini Danielis de Orio de civitate Ianue et aliorum quam plurium testium rogatorum. — Dominus Bernardus de Cornazano Cremonensis potestas pro se et communi Cremone tactis corporaliter sacrosanctis evangeliis coram domino Hugone, Ostiensi et Velletrensi episcopo et apostolice sedis legato, iuravit servare et obedire precise et absque omni pacto et conditione universa mandata et singula, unum vel plura, que sibi fecerit dictus dominus Hugo apostolice sedis legatus per se ipsum vel per suum nuntium seu per litteras suas in civitate Cremone vel alibi, nominatim super universis discordiis, controversiis, guerris, captionibus et captivis, rapinis, incendiis et omnibus offensionibus factis inter Cremonenses et Parmenses et eorum fautores ex una parte, et Mediolanenses et Placentinos et eorum fautores ex altera, occasione mandati Romane ecclesie et domini Frederici Romanorum regis, ab eo tempore, quo dictus rex ingressus est Lombardiam. Et similiter iuravit, quod omnes securitates, cautiones, satisdationes, quas idem dominus legatus per se ipsum vel per suum

nuntium vel per suas litteras a dicto domine Bernardo potestate Cremonensi et a communi Cremone exegerit, ubicumque et quandocumque voluerit, dicto domino legato dabit et dari faciet, et omnia mandata et precepta, que pro pace et tregua facienda et observanda sibi et communi Cremone fecerit per se ipsum vel per suum nuntium vel per suas litteras, in omnibus et per omnia observabit et observari faciet, et quod veniet et mittet ad terminum vel terminos, ubicumque et quandocumque et quotiescnmque sibi denuntiatum fuerit per dictum dominum legatum vel per eius nuntium vel per suas litteras. Et si aliquid additum vel diminutum fuerit ab ipso domino legato, illud in omnibus et per omnia attendet et observabit, et commune Cremone attendere et observare faciet. Et similiter iuravit, quod omnia supradicta faciet iurare successorem vel successores suos potestatem vel consules et totam credentiam et omnes alios de Cremona et extra, ad voluntatem ipsius domini legati ita attendere et observare, ut superius dictum est; salva in omnibus capitulis et per omnia fidelitate salvoque honore serenissimi domini Frederici Romanorum regis. — Eodem modo et eodem ordine coram dicto domino Hugone apostolice sedis legato iuraverunt omnes infrascripti, hoc excepto, quod non teneantur facere iurare successorem vel successores, sed bene teneantur operam dare, ut dicti successores dicte potestatis, unus vel plures, ita iurent attendere et observare, sicut superius scriptum est, videlicet dominus Thomas iudex prenominate potestatis etc.[1]

Actum in palatio Cremonensis episcopi maxima cum sollemnitate, pro bono pacis et concordie totius provincie Lombardie, ad honorem et gloriam omnipotentis dei, patris et filii et spiritus sancti.

Ego Gerardus Pernicis sacri palatii notarius interfui et rogatus scripsi.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus nichtregistrirter urk. des archivs zu Cremona. — [1] Folgen die namen vieler Cremoneser.

941. *Hugo, cardinalbischof von Ostia und apostolischer legat, entschuldigt sich beim könige Friedrich, dass er die Cremoneser ohne rücksicht auf den befehl des königs bestimmt habe, sich seinen aussprüchen zu unterwerfen, und ersucht ihn, das genehm zu halten.* ***(1218 nov.)***

Dilecto in Christo amico Frederico dei gratia serenissimo Romanorum regi et semper augusto, Hugo miseratione divina Ostiensis et Velletrensis episcopus, apostolice sedis legatus, salutem et intime sinceritatis affectum. In Longobardiam pro sopiendis discordiis Lombardorum a summo pontifice destinati ad ecclesie Romane filios speciales, vestros fidelissimos et devotos cives, pervenimus Cremonam. Quibus cum proponeremus iuxta mandatum apostolicum verbum pacis, nobis vehementissime suplicarunt, ut vestram modis omnibus deberemus presentiam expectare. Asserebant illi, quod per vicarium vestrum episcopum Taurinensem, necnon per vestros nuncios speciales a vobis expresse susceperant in preceptis, ut in facto pacis iuxta vestrum procederent beneplacitum et mandatum. Nos autem, quia iniunctum nobis non poteramus mandatum apostolicum preterire, consideratis circonstantiis universis, veriti sumus, ne propter hoc honoris vestri consumatio pateretur quomodolibet lesionem. In iacturam quoque ecclesie Romane, vestram et ipsorum plurium redundasset, si pars adversa ecclesie beneplacitis paruisset, et Cremonenses, qui per mandatum sedis apostolice speciale pro[2] honore vestro huiuscemodi se discordiis miscuerunt, invenirentur aliquantulum pertinaces. Unde veementer institimus apud ipsos, ut omnimode mandatis summi pontificis obedirent, asserentes eisdem, quod ecclesia Romana, cum debet disponente domino dirigere gressus vestros ac honorem vestre magnificentie consumare,

hoc in culmen vestri honoris et ecclesie procurabat, quod non tam precibus nostris[3] victi vel ob sedis apostolice reverentiam excitati, quam moti pro facto vestro, cuius per hoc utilitas . . . . . procuratur, et timentes ne, si secus egissent[4], status vester in aliquo lederetur, scientes etiam, quod nos affectione speciali ad glorie vestre culmen dantes studium diligens et operam efficacem in nullo prorsus laborare velemus, quod vestre deberet celsitudini displicere . . . . . .[5] domini pace beneplacito, salva tamen expresse fidelitate et honore regio, paruerunt. Nos igitur, qui pura intentione ad promotionem vestram laboravimus usque modo et ad facti vestri consumationem, prout possumus, operam, sicut dante deo sentietis, et diligentiam adhibemus, magnificentiam vestram, de qua indubitatam fiduciam obtinemus, affectuosissime duximus exorandam, quatenus fidelissimis vestris Cremonensibus, qui pro vobis inmensis dampnis et periculis non solum res, verum etiam personas et capita subiecerunt, ex eo quod pro honore vestro ecclesie beneplacita perfecerunt, gratiarum actiones vestris litteris exsolvatis, nuntiantes eisdem, quod ratum et gratum habetis, quod factum est auctoritate sedis apostolice et quod in antea pro bono pacis extiterit ordinatum. Quicquid vero vestre extiterit beneplaciti voluntati, nobis securissime exponatis, quia quantum cum deo possumus et honore sacrosancte ecclesie Romane, vestra negotia intendimus promovere.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus schwer leserlicher und abgeschabter abschr. des archivs zu Cremona, G. 46; verglichen mit einer zweiten abschr. Cereda's aus derselben quelle. — [1] *spales* mit abkürzungszeichen; *spirituales?* — [2] Abgeschabt; C.: *speciale et cum onore.* — [3] Abschr. *vestris.* — [4] Abschr. *egisset.* — [5] Abschr. *int . . . ruq; . . . nutates iux.* mit abkürzungsstrichen über den stehenden buchstaben.

942. *Hugo, cardinalbischof von Ostia und apostolischer legat, befiehlt denen von Mailand und Piacenza einerseits, von Cremona und Parma andererseits, unter angegebenen bedingungen frieden zu gewähren. Lodi 1218 dec. 2.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo octavo decimo, indictione septima, die dominico, secundo mense decembris, in civitate Lauda, videlicet in maiori ecclesia, collecto ibi populo civitatis eiusdem; in presentia dominorum episcoporum Henrici Mediolanensis electi et Fulconis Papiensis, Homoboni Cremonensis, Opizonis Parmensis, Alberti Brixiensis, Vicedomini Placentini, Hugonis Vercellensis, Iohannis Pergamensis, Oberti Bobiensis, Ottobelli Laudensis electi atque Azonis abbatis sancti Stephani Bononiensis, donni . . abbatis sancti Systi, donni Ade electi sancti Sepulchri Placentini et Iacobi archipresbiteri Parmensis, Bertrami Salinbene iudicis vicedomini episcopi Papiensis, Henrici Forti domini pape subdiaconi canonici Papiensis, Arnoldi de Valerano canonici Laudensis atque Donidei et Pascalis clericorum domini Ostiensis et Gerardi de Pernice tunc communis Parme notarii testium; presentibus quoque Amizone Sacco Mediolanensi et Bernardo de Cornazano Cremonensi et Widone de Regio Parmensi potestatibus et consulibus Placentinis et ambaxatoribus earundem civitatum. — Nos Hugo miseratione divina Ostiensis et Velletrensis episcopus, apostolice sedis legatus, precipimus vobis Amizoni Sacco potestati et ambaxatoribus Mediolanensibus et consulibus et ambaxatoribus Placentinis et toti parti vestre auctoritate legationis, qua fungimur, et ex debito nobis prestiti iuramenti, quod in instrumentis publice factis per manum Guilielmi de Belino notarii Vercellensis expressius continetur, pro vobis et toto populo et comuni Mediolanensi et toto populo et comuni Placentino et pro omnibus fautoribus vestris et tota parte vestra, ut reddatis et servetis veram et perpetuam pacem et securi-

tatem plenam personis et rebus, tam in civitatibus et comitatibus vestris, quam extra, potestati et ambaxatoribus Cremone et potestati et ambaxatoribus Parme pro eis et toto populo et communi Cremone et toto populo et commuui Parme et omnibus fautoribus earundem, nominatim de omnibus controversiis, discordiis, guerris, incendiis, dampnis datis, rapinis, captionibus et captivis et omnibus offensionibus et maleficiis ac iniuriis commissis et factis inter vos Mediolanenses et Placentinos et fautores vestros et totam partem vestram ex una parte, et Cremonenses et Parmenses et fautores eorum et totam partem suam ex altera a tempore, quo dominus Fredericus Romanorum rex ingressus est Lombardiam. Et pro predictis omnibus nullam guerram, nullam discordiam, nullam offensionem vel controversiam seu vindictam ullo tempore faciatis, salvis omnibus aliis mandatis nostris, que vobis duxerimus facienda super predictis omnibus et aliis, que expedire viderimus ad stabiliendam pacem et concordiam confovendam. Item precipimus vobis auctoritate legationis, qua fungimur, et ex debito iuramenti, ut pro preteritis questionibus et discordiis, si que ante ingressum predicti domini Frederici regis in Lombardiam inter vos et fautores vestros et totam partem vestram ex una parte, et Cremonenses et Parmenses et fautores eorum et totam partem suam ex altera vertebantur, usque ad quadraginta annos Cremonenses et Parmenses et fautores eorum et totam partem suam nullatenus offendatis, sed firmam treguam usque ad illud tempus eis inviolabiliter observetis, salva vobis prosequendi iustiam vestram libera facultate, in hiis dumtaxat questionibus et controversiis, que ante ingressum predicti domini regis in Lombardiam originem habuerunt. Item precipimus vobis auctoritate legationis, qua fungimur, et ex debito iuramenti, ut unum civem Cremonensem et alium Parmensem pacis et concordie amatores infra dies quindecim eligatis, qui astricti vinculo iuramenti cum uno cive Mediolanensi et alio Placentino, quos Cremonenses et Parmenses duxerint eligendos, futuras discordias, si quas inter vos et eos oriri contigerit, sopire ac decidere teneantur, ita quod de manifestis infra viginti, de dubiis autem infra sexaginta dies dicere non postponatur, et potestas sive consules, qui pro tempore fuerint, quod ab eis dictum fuerit vel a maiori parte, fideliter exequantur. Item precipimus vobis Mediolanensibus et Placentinis et toti parti vestre auctoritate legationis, qua fungimur, et ex debito iuramenti, ut omnes captivos statim dimittatis et absolvatis, ita quod omnes pedites absque pretio custodie et compedum et pensione domorum libere dimittantur; milites autem solutis contractis debitis liberetis. — Nos Hugo miseratione divina Ostiensis et Velletrensis episcopus, apostolice sedis legatus, precipimus vobis Bernardo de Cornazano potestati et ambaxatoribus Cremonensibus et Widoni de Regio potestati et ambaxatoribus Parmensibus et toti parti vestre auctoritate legationis, qua fungimur, et ex debito nobis prestiti iuramenti, quod in instrumentis publicis per manum Gerardi de Pernice et Bernardi Cornicule Parmensium notariorum factis expressius continetur, etc.[1] — Et ibidem in continenti in presentia dicti domini cardinalis et testium eorundem Cremonenses et Parmenses absolverunt omnes eorum et sue partis captivos et versa vice Mediolanensis potestas et consules Placentini eorum captivos et sue partis similiter absolverunt. Qui ibidem ab eodem domino legato receperunt in mandatis, reddentes sibi invicem pacem in osculo pacis pro se et communibus supradictis et eorum fautoribus et tota parte sua iuxta mandatum predicti domini cardinalis. Preterea idem dominus legatus hec adiunxit omnibus supradictis, ut robur maioris obtineat firmitatis: Pax dei omnipotentis patris et filii et spiritus sancti sit omnibus hanc pacem, treguam et mandata nostra suprascripta servantibus. Omnes autem, qui contra pacem predictam vel treguam venire temptaverint, ex parte dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius et auctoritate legationis,

qua fungimur, assistentibus nobis venerabilibus fratribus nostris Mediolanensi electo et episcopis suprascriptis, excommunicamus et anathematizamus et a gremio sancte matris ecclesie separamus. — Preterea die mercurii, quinto intrante decembre, in ecclesia prenominata, presentia dictorum dominorum Iohannis episcopi et Ottonisbelli Laudensis electi et domini Gratiadei archipresbiteri Regini et dicti Girardi de Pernice, tunc communis Parme notarii, predictus Hugo Ostiensis et Velletrensis episcopus, apostolicae sedis legatus, precepit michi infrascripto Boldizono notario, ut de predictis omnibus publicum facerem instrumentum.

Ego Boldizonus de Zonono, notarius Cremonensis domini Henrici imperatoris, omnibus predictis interfui et hanc cartam iussu suprascripti domini Hugonis Ostiensis et Velletrensis episcopi, apostolice sedis legati, scripsi.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona. B. 39. — [1] Mutatis mutandis wie vorher.

943. *Pabst Honorius III fordert seinen caplan und pönitentiar Conrad, scholaster von Mainz, zu angestrengtester thätigkeit für die kreuzfahrt auf wegen der durch das ausbleiben des königs und die bemühungen des kalifen von Bagdad aufs höchste gefährdeten lage des kreuzheeres. Orvieto* **1220** *iuli* **28**.

Honorius episcopus servus servorum dei. Dilecto magistro Conrado capellano et penitentiario nostro, scholastico Maguntino, salutem et apostolicam benedictionem. Fama referente didicimus et ex tuarum notavimus continentia litterarum, quod die noctuque in pectore geras commissum tibi crucis negotium et ad promotionem illius ardenter insistas, ac iuxta factum tibi ab apostolica sede mandatum omnes principes, tam clericos quam laycos, nec non ceteros cruce signatos, si non transfretarent in instanti passagio, excommunicatos inperterritus nuntiasti. Sane licet sic feceris, sicut de tua probitate fuimus opinati, quia tamen, prout ex litteris venerabilis fratris Albanensis episcopi apostolice sedis legati accepimus, galiph de Bacdat, cui, ut Christiani nobis, blasphemi crucis intendunt, gentem suam ad succursum Sarracenorum, qui sunt in partibus Damiate, continuis exhortationibus et suis falsis indulgentiis excitavit, exercitusque christianus sub spe adventus regii debilitatus est plurimum, viris presertim potentibus destitutus, quod ad grave peccatum regis accedit, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si hactenus diligenter, nunc diligentius ad promovendum crucis negotium et incessanter intendas; ad quod si non potes solus sufficere, alios de quorum circumspectione confidas, tui constituas per totam Alimanniam in eodem negotio adiutores; proviso, ne quis a voti prosecutione occasione qualibet absolvatur, sed indifferenter tribuatur omnibus, qui voluerint, signum crucis, cum nunquam in maiori discrimine positus fuerit exercitus supradictus. Propter quod ad subventionem ipsius ita sunt tota viscera nostra commota, quod quidquid erat in camera nostra, transmisimus ipsi legato illorum necessitatibus exponendum. Ceterum si cito tuum ad te non remisimus nuntium, non mireris, cum certos non intellexissemus de rege predicto rumores.

Datum apud Urbem veterem, v. kal. augusti, pontificatus nostri anno quarto*.

Aus dem Romersdorfer bullarium, membr. sec. 13. bl. 21. — Pontif. 4 würde 1219 sein; auf 1220 weisen bestimmt itinerar und inhalt; Conrad, später bischof von Hildesheim, war erst 1220 febr. nach Deutschland geschickt; vgl. Reg. Hon. nr. 32.

944. *Die von Cremona weisen ihre ritter, welche den könig nach Rom begleiten,*

an, was sie nach erfolgter kaiserkrönung für die stadt beim kaiser zu erwirken suchen sollen. (Cremona 1220 sept.)

In nomine domini. Amen. Istud sit memoriale et notabile capitaneis militum, qui debent ire Romam, et ipsis militibus. In primis quod in via debeant servire et honorare regem et totam curiam et principes et barones exercitus, et specialiter marchionem Montisferrati, et rogare eos, cum tempus affuerit, de facto communis Cremone. Et cum dominus rex dante domino fuerit coronatus, dent operam modis omnibus, quibus poterint, ut dominus rex omnia privilegia et concessiones et promissiones ab avo et patre suo et aliis suis antecessoribus et a se ipso communi Cremone facta et factas et concessas debeat confirmare, et de novo faciat; et specialiter de Crema et Insula Fulcheria et de tota illa terra, que continetur in privilegiis, consilio et auctoritate principum, non obstante aliquo privilegio vel concessione alii facta, si reperiretur, et si factum reperiretur, per se vel per alium casset et irritum faciat et irritum sit unum vel plura; et etiam faciant addi, si possunt, quod privilegium non possit impetrari vel preceptum fieri contra privilegia predicta vel concessiones vel aliquo predictarum*; et si factum esset, revocetur et irritum sit; et quod in privilegio confirmationis et concessionis, quod dominus rex facere debet, fiat mentio omnium nostrorum privilegiorum et a quo privilegia facta sint; et quod privilegium confirmationis sit bullatum bulla aurea, et sint ibi subscriptiones principum. Item facta predicta confirmatione suprascripto modo dent operam, in quantum possunt, ut dominus rex veniat Lombardiam cum exercitu ad dandam nobis Cremam et Insulam Fulcherii, ut promisit et ut continetur in instrumento facto ab Oldofredo notario; et ipsam cartam legere faciant; et si hoc facere non possent, petunt unum principem cum exercitu ad dicta facienda et complenda; et si predicta facere non possent, instent in quantum possent, ut rex precipiat Mediolanensibus in eorum presentia per sacramentum et sub pena fidelitatis et in pena magni banni, ut debeant dimittere Cremam et Insulam Fulcherii et totam terram, que continetur in privilegiis communis Cremone, et quod commune Cremone non debeant inquietare seu molestare de predictis, nec eis consilium seu adiutorium vel favorem dare debeant contra commune Cremone; et quod precipiet omnibus civitatibus Lombardie pro sacramento et sub debito fidelitatis et pena magni banni, ut consilium et adiutorium prestare debeant Cremonensibus ad recuperandam et habendam et retinendam Cremam et Insulam Fulcherii et omnes terras, que continentur in privilegiis, et in nullo debeant contrastare; et quod dominus rex debeat dare operam et ipsi cum eo, quod dominus papa debeat precipere Mediolanensibus et aliis civitatibus Lombardie, quod predicta observent; et si contra facerent, debeat eos excomunicare; et etiam facere remissionem omnibus, et maxime cruciatis signatis, et eis iniungere, ut debeant adiuvare Cremonam de omnibus predictis. Et omnia predicta reducant ad memoriam domini regis, qui hec promisit facere domino episcopo Cremone et potestati et ambaxatoribus Cremone. Item dent operam, quod dominus rex det operam, quod dominus papa faciat exemptionem ecclesie Cremone ab ecclesia Mediolanensi, secundum quod iam incepit et pluries ipse et antecessor eius promisit. Item dent operam regi, quod dominus papa concedat communi Cremone Gonzagam et Pigognagam et Bondenum, pro ut petitum est ab ambaxatoribus Cremone. Item dent operam, quod dominus rex faciat privilegium de Taliata, ita quod nullus [habitator civitatis] vel districtus Cremone solvat per eam aquam aliquod pedagium seu teloneum, habendo ratum et firmum, quod factum erat de ipsa Taliata. Item petant privilegium et concessionem a domino rege, facto imperatore, de flumine Ollii et de ripa a nostra parte, cassando omne privilegium et concessionem factum et factam contra hoc. Item alia faciant

et provideant, que crediderint fore utilia et necessaria communi Cremone. Item dent operam, ut dominus imperator faciat, ne papa compellat commune Cremone facere rationem abbati sub se, et ut precipiat abbati, ne debeat conqueri de dicto commune ad papam. Item ut dominus imperator precipiat Papiensibus, ut veniant simul cum Placentinis ad compositionem factam nobiscum et concordium et societatem; et firmam et ratam faciat compositionem nostram et Placentinorum; et ipsius Placentinis precipiat, ut eam habeant ratam et firmam. Item in ultimis dicant, se non possidere.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Cremone, D. 47.

945. *Conrad, bischof von Metz und Speier, hofcanzler und legat ganz Italiens, löst die genossenschaft der popolaren zu Piacenza auf und bannt dieselben, während er die genossenschaft der ritter bestätigt und ihr vorrechte verleiht. Pontremoli* **1220** *oct.* **29**.

In nomine sancte et individue trinitatis. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo[1], indictione nona, die iovis, quarto kalendas novembris. Cum dominus Conradus, dei gratia Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius et totius Italie legatus, Placentiam venisset pro negotiis imperii et domini Frederici dei gratia Romanorum regis semper augusti et regis Sicilie pertractandis, invenit civitatem illam in multis et maximis discordiis, in magno periculo et discrimine. Unde volens milites et populares illius civitatis ad concordiam et bonum pacis reducere, vocavit milites et eorum rectores, inducens eos pluribus admonitionibus et suasionibus, ut libere et sine conditione aliqua starent et obedirent omnibus mandatis domini ipsius regis et suis. Qui responderunt, se libere esse paratos stare et obedire omnibus mandatis ipsius domini regis et suis; quod etiam iuramento firmaverunt. Postea vocavit rectores societatis popularium sive plebeiorum, ut illud idem facere deberent, videlicet stare mandatis ipsius domini regis et suis; quod omnino facere contempserunt. Unde iterum et iterum eos admonuit et diligentissime eisdem persuasit, ut, sicut dictum est, a contumacia sua *resiquixentes mandatis ipsius domini regis et suis starent omnino; et per potestatem Mediolani super eisdem eos pluries admonuit. Ipsi vero spretis admonitionibus et in contumacia sua perseverantes, mandatis eorum penitus stare contempserunt. Unde volens ipse dominus cancellarius eorum contumaciam punire et statui eiusdem civitatis providere, statuit et ordinavit amodo, ut omnes societates plebeiorum, tam viciniarum et portarum, quam et maior, infirmentur et eorum sacramenta cassentur et cassata perpetuo permaneant, et eas societates et eorum sacramenta penitus cassavit et infrinxit, precipiens sub pena mille marcharum argenti, ut amodo de novo nullam debeant facere sive contrahere societatem. Insuper rectores illius societatis seu illarum societatum, qui nunc sunt et pro tempore erunt, et homines ipsarum societatum et eorum sequaces propter eorum contumaciam banno regio subposuit, de quo banno exire non possint, nisi prius regie camere duo millia marcharum argenti solverint. Societatem militum Placentie, quia libere obedierunt mandatis suis, perpetuo confirmavit, restituens eis omnes honores, quos habuerunt a sex annis retro in ipsa civitate et secundum quod habuerunt; statuens etiam et decernens, quod exteri, qui sunt de episcopatu Placentie et qui sunt vel erunt uniti cum ipsis militibus, de cetero sint liberi sicut cives. Insuper ordinavit, quod ipsi milites, et qui de eorum societate sunt et erunt, omnes res suas libere possint in civitate Placentie et districtu et extra districtum transportare, distrahere, vendere, alienare pro eorum voluntate. Si quis autem contra predicta in toto vel in parte

venire presumpserit, indignationem domini regis incurrat et insuper regie camere solvat marchas quingentas argenti.

Actum in burgo Pontis Tremuli; presentibus domino Iacobo dei gratia Taurinensi episcopo imperialis aule vicario, comite Olrico de Malta, Gerardo iudice Cremonensi, Manfredo de Bondanis, Alberico de Nizello et Rofino de Carmianno Placentino.

Ego Guilielmus de Bellino Vercellensis imperialis curie notarius interfui et de mandato ipsius domini cancellarii ita scripsi ut supra.

Ego Gerardus de Raimundo notarius autenticum huius privilegii cum sigillo eiusdem domini cancellarii pendente vidi et legi, in quo sic cotinebatur, manu propria, ut hic legitur, exemplavi et subscripsi.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, C. 93 nr. 1. — [1] Winkelmann: In der mir vorliegenden abschrift wird gelesen *vigesimo secundo,* gewiss irrthümlich, da sowohl die indiction 1220 fordert, als auch der ausstellungsort nach dem itinerar Conrads von Metz (s. Winkelmann, Friedrich II. 1, 215) auf dieses iahr hinweist. Ueberdies ist Conrad am 23. oct. 1220 in Piacenza gewesen (Huillard-Bréholles 1, 879) und schon im november wird auf seine verfügung in einer urkunde Friedrichs (vgl. den nachtrag) bezug genommen.

946. *Pabst Honorius III bevollmächtigt den magister Conrad (seinen pönitentiar und caplan und scholaster von Mainz) zur lösung solcher deutscher kreuzfahrer, welche wegen nichttheilnahme an der letzten fahrt excommunicirt wurden. Lateran* ***1220*** *nov.* ***28.***

Honorius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio magistro Conrado salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut certo experimento didicimus, quod salutem sitias animarum et ad succursum terre sancte inspirante deo vehementer aspires, ea que ipsis expediunt, tibi committimus fiducialiter et libenter. Cum itaque, sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, multi cruce signati de partibus Theotonie pro eo, quod non transfretarunt in passagio precedenti, vinculo sint excommunicationis astricti, nos de circumspectione tua plenam in domino fiduciam optinentes, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus provideas super hoc auctoritate nostra, prout eorum saluti et predicte terre succursu noveris expedire. Si autem aliquibus beneficium absolutionis impenderis, iniungas eisdem, ut in proximo passagio debeant transfretare.

Datum Laterani, iiii. kal. decembris, pontificatus nostri anno quinto.

Aus dem Romersdorfer bullarium, membr. sec. 13. bl. 12, zu Bingen.

947. *Conrad, bischof von Metz und Speier, hofcanzler und legat ganz Italiens, verkündet, dass die von Piacenza, mit ausnahme der genossenschaft der ritter, im banne des kaisers seien. Como* ***1221*** *feb.* ***23.***

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo primo, indictione nona, die martis, septimo kalendas martii, in palatio episcopi Cumani, in plena curia ibi collecta. Dominus Conradus dei gratia Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius et totius Italie legatus, dicendo, quod populus Placentie incidit in banno imperii tria millia marcharum argenti, et quod mandatis suis obedire noluit, publicavit et denunciavit universis, ipsum populum Placentie banno imperatoris subicere, exceptis qui sunt de societate militum Placentie; quos milites omnibus suis mandatis dixit obedisse; precipiendo auctoritate legationis sue, ut ab omnibus banniti imperii habeantur et teneantur. Et michi predictus dominus cancellarius hanc cartulam fieri precepit.

Interfuerunt domini Henricus Mantuanus episcopus, Iacobus Taurinensis episcopus, imperialis aule vicarius, Amizo Saccus potestas Mediolani, Guilielmus de Pusterna potestas Vercellensis, Albertus de Mandolla potestas Cumanus, Conradus prepositus de Tanna[1] et multi alii testes.

Ego Lantelmus Papiensis imperialis curie notarius interfui et hanc cartam iussu domini cancellarii scripsi.

Ego Albertus Furus notarius autenticum huius exempli vidi et legi, in quo sic continebatur, ut hic et manu propria fideliter exemplavi.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, C. 93 nr. 3. — [1] Abschr. *Tatriana*.

948. *Podesta und volk von Piacenza einerseits, und die ritterschaft andererseits schwören, sich bezüglich ihrer streitigkeiten allen geboten des Hugo, bischofs von Ostia und apostolischen legaten, zu unterwerfen. Piacenza* **1221** *apr.* **28**.

In nomine domini. Amen. M.cc.xxi., indictione nona, die mercurii, iiii.[1] kalendas maii. Dominus Berlengerius Mastagius potestas Placentie pro se et populo Placentie tactis corporaliter sacrosanctis evangeliis iuravit domino Hugoni Ostiensi episcopo, apostolice sedis legato, precise absque omni pacto et contradictione servare universa mandata et singula, unum vel plura, que sibi fecerit dominus Hugo Ostiensis episcopus, apostolice sedis legatus, per se ipsum vel per nuncium suum sive per litteras suas in civitate Placentie vel alibi, nominatim super omnibus discordiis, controversiis, guerris, captionibus et captivis, rapinis, incendiis et omnibus offensionibus factis inter populum Placentie et societatem populi et fautores eorum ex una parte, et milites Placentie et fautores et societatem eorum ex altera. Et similiter iuravit, quod omnes securitates, cautiones, satisdationes in personis et rebus, bonis mobilibus et immobilibus, quas idem dominus legatus per se ipsum vel per nuncium suum vel per litteras suas a dicto domino Berlingerio et populo Placentie exegerit, undique et quandocumque voluerit, dicto domino legato faciet et dabit et dari faciet. Et omnia mandata et precepta, que pro pace et tregua facienda et observanda sibi et populo Placentie fecerit per se ipsum vel per nuncium suum vel per litteras suas, in omnibus et per omnia observabit et observari faciet. Et quod veniet et mittet ad terminum et terminos undique et quandocumque et quotiescumque sibi denunciatum fuerit per eundem dominum legatum vel per suum nuncium vel per litteras suas. Et similiter iuravit, quod omnia suprascripta faciet iurare successorem vel successores eius, potestatem vel consules, et totam credentiam et omnes alios de civitate et extra civitatem ad voluntatem dicti domini legati, nec fraudem aliquam committet, quominus preceptum audiat et ad eum perveniat et observet. Et si aliquid additum vel diminutum fuerit super premissis omnibus et occasione predictorum a dicto domino legato, illud in omnibus et per omnia observabit et populus Placentie observabit et observari faciet. Eodem modo iuraverunt Iohannes de Vicostano, Obertus Bergundius, Gúilielmus Guadagnabene, Rainaldus Lavandarius, Robertus Tadi, Iacobus Scalferius, Iohannes Liverapanis, Iohannes Bonardus consules iustitiae, Grecus Furus, Guido de Crema, Obertus Rozonus, Rufinus Sicamilica, Gisulfus tinctor, Gislerius Martelli notarius.

In camera domini episcopi Placentie, coram domino Nicolao Regino episcopo, domino Vicedomino episcopo Placentie, domino Aymerico archidiacono Placentie, Gandulfo abbate sancti Systi, domino Rolando abbate sancti Savini, domino Petro preposito sancte Marie

xii. apostolorum, domino Iohanne canonico Mutinensi, fratre Iohanne, fratre Guilielmo, fratre Michaele, fratre Nicholao, fratre Rogerio de ordine predicatorum.

In nomine domini. Amen. Hec est forma iuramenti illorum de societate militum Placentie et eorum partis atque fautorum suorum: — Ego iuro tactis corporaliter sacrosanctis evangeliis domino Hugoni dei gratia Ostiensi et Velletrensi episcopo, apostolice sedis legato, precise etc.[2] — Placentina militia observabit et faciet observari.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, C. 93 nr. 4. — [1] Abschr. *vii.* Schon W. bemerkt, dass 1221 apr. 25 ein sonntag war, nimmt aber dennoch diesen ausstellungstag an; mir scheint ein versehen im wochentage höchst unwahrscheinlich, während die änderung von *vii.* in *iiii.* sehr nahe liegt. — [2] Mutatis mutandis wie vorher.

949. *Bischof (Albert von Trient) lässt seinen amtleuten, welche die theilnahme am Römerzuge verweigerten, ihre lehen absprechen. (Trient) 1221 iuni 20.*

Millesimo ducentesimo xxi., indictione nona, die dominico, xi. exeunte iunio, in camera domini episcopi. Testes: Rodulfus Rubeus, Zachaeus, Warnridus, Ambrosius, Zanbeta, Enricus, Boca Tablada, Bertoldus de Wanga. Dominus episcopus precepit Petro de Malusco, ut laudet, quod iuris esse debet de suis officialibus, quos peciit, ut irent secum Romam in obsidione, nec secum concordare voluerunt. Laudavit, quod dominus debet se intromittere de feodo et tenere ad eius voluntatem. Quod laudum comes Tirolis, O. de Beseno, P. de Porta, P. Vicomarius, Riprandus Otorichi, O. de Pao, Grimoldus, Brianus, Sikerius, O. Rambaldi, Gebardus, Ro. de Mez, M. de Stenego, fratres de Eno, Ior. de Tolvo, Enricus de Murio, Ia. de Tuleno, W. de Clexo et alii.*

Durig aus beglaubigter copie sec. 13 des Trienter archivs im statthaltereiarchive zu Innsbruck.

950. *Hugo, bischof von Ostia und apostolischer legat, entscheidet über den streit zwischen den rittern und dem volke von Piacenza, sich weitere verfügungen vorbehaltend. Bologna 1221. iuli 28.*

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo primo, indictione nona, die mercurii, quinto kalendas augusti, in palatio domini episcopi Bononiensis. In nomine domini nostri Ieshu Christi. Nos Hugo dei gratia Ostiensis et Velletrensis episcopus, apostolice sedis legatus, precipimus vobis Arnaldo Stricto et Rufino de la Porta, ambaxatoribus et procuratoribus militum Placentinorum, auctoritate qua fungimur legationis et ex debito nobis prestiti iuramenti et sub pena trium millium marcharum argenti, nomine vestro et per vos omnibus militibus Placentinis et omnibus, qui sunt de parte vestra, et omnibus fautoribus vestris, ut reddatis et servetis veram et perpetuam pacem et securitatem plenam in personis et rebus, tam in civitate Placentina quam extra civitatem, populo Placentino et omnibus, qui sunt de parte eorum, nominatim de omnibus discordiis, controversiis, guerris, incendiis, damnis datis, rapinis, captionibus et captivis et omnibus offensionibus, iniuriis et maleficiis commissis et factis inter vos milites Placentinos et partem vestram ex una parte, et populum Placentinum et partem suam ex alia, ita quod pro suprascriptis omnibus nullam vindictam, nullam guerram, nullam offensionem, nullam querelam vel retentionem aliquo tempore faciatis, salvis omnibus mandatis nostris, que inferius subscribuntur, et aliis omnibus mandatis, que vobis duximus facienda. Eodem modo precipimus vobis Gandulfo de Fontano et Alberto Siccamilice, ambaxatoribus et procuratoribus populi Placentini, et per vos toti ipsi populo et omnibus, qui sunt de parte vestra, auctoritate etc.[1] — que duximus facienda. — In primis precipimus vobis amba-

xatoribus et procuratoribus militum et populi Placentini et per vos toti militie et populo Placentino auctoritate legationis qua fungimur et ex debito prestiti iuramenti et sub eadem pena tria millium marcarum argenti, quatinus omnes hereticos, tam cives vestros quam extraneos, undecumque sint, utriusque sexus, quocumque nomine censeantur, ab episcopo Placentie vel eius vicario nominatos vel nominandos de civitate et districtu Placentie penitus expellatis, eos ad civitatem et districtum Placentie redire nullatenus de cetero permittentes, nisi prius ad fidem et mandatum ecclesie reversi fuerint sine fraude. Sinagogas eorum, quas vobis mandavimus destruendas, funditus evertentes, eas edificari nullo modo toleretis, ut sint receptaculum sordium, in quibus dominum Ieshum Christum et gloriosissimam matrem eius virginem blasphemant. Item precipimus vobis procuratoribus et ambaxatoribus militie et populi Placentini vice totius militie et populi Placentie et per vos toti ipsi militie et populo auctoritate eadem et ex debito prestiti iuramenti ac sub pena eadem, quatenus in statuto comunis Placentie, super quo iurabunt futuri rectores civitatis vestre, poni faciatis de verbo ad verbum statutum ultimi Lateranensis concilii et leges domini imperatoris Frederici super hereticis expellendis et conservanda ecclesiastica libertate, die coronationis sue in beati Petri basilica promulgatas; et in eodem statuto capitulum illud specialiter precipimus annotari, videlicet quod rectores ipsius civitatis de cetero, qui pro tempore fuerint, predictum statutum concilii et leges predictas teneantur inviolabiliter observare et facere observari; et capitulum ipsum et iam dictum statutum concilii generalis pro hereticis expellendis et conservanda ecclesiastica libertate factum et leges sepe dicte de iam dicto statuto comunis Placentie nullo tempore abradantur. Et si quod ordinamentum vel statutum seu capitulum in statuto Placentino continetur contra iam dictum statutum concilii et leges sepe dictas vel contra ecclesiasticam libertatem, illud infra terminum, quem ordinavimus, abradi penitus facientes ipsum vel simile nullatenus resumetis. Et si quis contra fecerit, eum pro potestate vestra vel rectore minime habeatis. Item precipimus, laudamus et pronuntiamus, ut omnes honores, quos habuerant a sex annis retro [milites][2] Placentie, cum omni integritate habeant et retineant, sicut a predicto tempore superius melius et plenius habuerunt, salvis iuribus, privilegiis et libertatibus episcopi et universalis ecclesie Placentine. Item precipimus, laudamus et pronuntiamus, ut duas portas civitatis Placentie, scilicet sancti Antonini et sancti Laurentii cum portulis et posticis suis milites Placentini expeditas et liberas habeant, ita quod valeant habere ingressum liberum et egressum; et ut omnia fossata et munitiones ac castra a tempore Guidonis de Busto potestatis Placentie facta in civitate aut burgis Placentie aut in confinibus civitatis a Mediolanensibus ordinata versus civitatem Placentie penitus destruantur, nec de cetero alia vel consimilia fiant, nisi de omnium consensu per potestatem et consilium aliud pro necessitate temporis ordinetur. Item precipimus et laudamus et pronuntiamus, ut omnes ecclesiae, milites et populares extrahendi, transportandi et alienandi res, quas habent et habebunt in civitate Placentie et districtu et extra civitatem Placentie et districtum, liberam habeant facultatem, nisi de comuni consensu a potestate vel consulibus et consilio Placentie, utilitate civitatis inspecta, aliud fuerit ordinatum. Item precipimus et laudamus, ut turrim et tiborium maioris ecclesie Placentie pro securitate sua teneant milites Placentini, ita quod propter hoc milites ipsi potestati vel consulibus Placentie inobedientes vel contumaces non existant; quam turrim et tiborium teneant usque ad mandatum nostrum sine[1] incastellatione vel munitione aliqua facienda. Item precipimus vobis procuratoribus militie et per eos toti eidem militiae ex debito praestiti sacramenti et sub eadem pena, quatenus absolvatis Guilielmum Cerutum potestatem vestram a vinculo iuramenti, quo

vobis tenetur occasione regiminis vestri, et tibi Guilielmo precipimus, ut absolvas omnes milites Placentie a vinculo iuramenti, quo tibi tenentur occasione regiminis vel sequele. Item precipimus vobis procuratoribus militie et populi Placentini et per vos toti militie et populo, quatenus mille libras imperialium eidem Guilielmo de comuni Placentie intus et extra infra mensem unum proximum persolvatis pretium salarium, quod iam recepit a militibus Placentinis. Interim autem volumus et precipimus ex debito nobis prestiti iuramenti, ut vos populares episcopo vestro tamquam vicario nostro et vos milites eidem Guilielmo tamquam potestati nostre usque ad mandatum nostrum obedire curetis, persone sue consuetum honorem et securitatem omnimodam exhibentes. Reservamus autem nobis auctoritatem plenam et liberam potestatem statuendi, ordinandi atque precipiendi, secundum quod viderimus expedire, super libertate rusticis et ruralibus Placentinis data et super societatibus militie et populi Placentini et super damnis datis et rebus ablatis ac detentis et pena commissa pro [pace][3] in integrum observata vel fracta. Predicta autem omnia precipimus ex debito prestiti iuramenti ac sub pena trium millium marcharum argenti inviolabiliter observari, salvis omnibus aliis mandatis nostris, que vobis per nos vel nuncium nostrum aut per litteras nostras duxerimus facienda. Si quid vero obscurum vel dubium in supra dictis omnibus contigerit apparere, interpretationi ac declarationi nostre duximus reservandum. Et de predictis omnibus predictus legatus plures cartulas fieri precepit.

Interfuerunt domini Bertoldus dei gratia Aquileiensis patriarcha, Iacobus Taurinensis, Henricus Bononiensis, Nicolaus Reginensis, Guilielmus Cumanus, Iordanus Paduanus, Tixius Tarvisinus, Vicedominus Placentinus et Mainardus Imolensis episcopus*, Azo monasterii sancti Stephani de Bononia abbas, Azo monasterii sancti Benedicti supra Padum Le[ronem] abbas et Guifredus de Pirovano Bononiensis potestas et multi alii testes.

Ego Lantelmus Ferrarius Papiensis imperialis curie notarius his omnibus interfui et hanc cartam michi fieri iussam scribi feci et me subscripsi.

Ego Guilielmus, qui dicor de Lauda, de Mediolano sacri palatii notarius et scriba domini Ottonis de Mandello potestatis Placentie hoc exemplum ex autentico exemplavi, super quo continebatur, ut in hoc exemplo, preter litteras plus vel minus.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, C. 93 nr. 5. — [1] Wie oben. — [2] Abschr. *sive*. — [3] Loch im pergament.

951. *Hugo, bischof von Ostia und apostolischer legat, setzt die ritter von Piacenza in besitz der denselben zugesprochenen rechte. Bologna* ***1221*** *aug.* ***15.***

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo primo, indictione nona, die dominico, quinto decimo mensis augusti, in palatio domini episcopi Bononiensis. Dominus Hugo Ostiensis et Velletrensis episcopus, apostolice sedis legatus, investivit et in possessionem vel quasi possessionem posuit Arnaldum Strictum et Rofinum de Porta procuratores militie Placentie nomine ipsius militiae Placentiae de omnibus honoribus, quos ipsi milites a sex annis retro in comuni Placentie habuerant, quos ipsi militie adiudicavit, prout in cartula sententie continetur. Et inde predictus dominus legatus hanc cartulam fieri precepit.

Interfuerunt domini Vicedominus Placentinus, Rolandus Ferrariensis, Henricus Bononiensis, Henricus Mantuanus, Nicolaus Reginus episcopi, *Tranchedus canonicus Bononiensis et magister Bondi capellanus domini episcopi Bononiensis testes.

Ego Lantelmus Ferrarius imperialis curie notarius interfui et hanc cartulam scripsi.

Ego Gerardus de Raimundo notarius autenticum huius exempli vidi et legi, in quo sic continebatur, ut hic legitur, manu propria exemplavi et subscripsi.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, C. 93 nr. 6.

952. *Hugo, bischof von Ostia und apostolischer legat, hebt für immer die genossenschaften der ritter und des volks zu Piacenza auf. Novara* **1221** *sept.* 28.

Nos Hugo miseratione divina Ostiensis et Velletrensis episcopus, apostolice sedis legatus, considerantes statum civitatis Placentie et ad ipsius pacem et tranquillitatem efficaciter intendentes, ut omnis materia scandalorum et seditionis occasio abscidatur, auctoritate legationis, qua fungimur, cassamus et irritamus atque pronunciamus de cetero non tenere societates militum et populi Placentie seu confederationes, quocumque nomine censeantur, absolventes, immo denuntiantes potius non teneri universos homines ipsarum societatum aliquibus iuramentis, quibus occasione ipsarum societatum se illicite hactenus astrixerunt. Precipimus quoque vobis ambaxatoribus et procuratoribus militie et populi et per vos communitatibus et universis earundem societatum auctoritate legationis, qua fungimur, et ex debito nobis prestiti iuramenti, quatinus nullam societatem de cetero de novo contrahatis vel contractam servetis, et vos milites consulibus et vos populares Guilielmo de Andito potestati vel rectori, quem elegistis, vel alicui rectori alii novo de cetero non obediatis et nullatenus intendatis, nec de cetero aliquem in potestatem, consules vel rectores seu procuratores vel adiutores ullatenus assumatis, denunciantes vos non teneri aliquibus iuramentis, quibus vos obligastis illicite occasione omnium predictorum; nec extra civitatem vestram cum aliquibus societatem vel federationem aliquam faciatis. Preterea precipimus omnibus notariis et aliis hominibus Placentie ex debito nobis prestiti iuramenti, quatinus omnia instrumenta seu schedulas vel scripturas quaslibet societatum Placentie vel confederationum infra triduum post huius publicationem edicti in manibus episcopi et potestatis Placentie assignent; et illa comburi precipimus et mandamus publice coram hominibus civitatis. Insuper ex parte dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius excommunicamus et anathemazamus universos homines Placentie, qui de cetero aliquam societatem de novo contraxerint vel in contractis permanserint aut regimen alicuius societatis receperint vel instrumenta societatum non assignaverint, sicut superius est scriptum. Preterea pronunciamus, laudamus atque precipimus, ut rustici et cortisii Placentini districtus collectas et alia servitia prestent communi Placentie, sicut facient generaliter cives Placentie, et ab omnibus aliis oneribus, exactionibus et gravaminibus communis Placentie de cetero sint immunes, salvo omni iure dominorum principalium eorundem; precipientes universis hominibus Placentinis ex debito nobis prestiti iuramenti, ut prescripta omnia inviolabiliter debeant observare. Hec autem omnia ordinamus atque precipimus salvis omnibus aliis mandatis nostris, plenam nobis potestatem reservantes ordinandi, precipiendi, mutandi et interpretandi, prout viderimus expedire. — Predictus autem dominus legatus precepit michi infrascripto Lantelmo, ut de predictis omnibus plura conficerem instrumenta.

Interfuerunt testes domini Enricus Mediolanensis archiepiscopus, Fulco Papiensis, Guilielmus Cumanus, Nicholaus Reginus, Vicedominus Placentinus, Hugo Vercellensis, Oldebertus Novariensis, Iohannes Pergamensis episcopi et Petrus marchio de Ponzono et multi alii.

Acta sunt hec in palatio domini episcopi Novariensis, anno nativitatis domini

millesimo ducentesimo vigesimo primo, indictione nona, die martis, quarto kalendas octobris.

Ego Lantelmus Papiensis imperiali auctoritate notarius his omnibus interfui et hanc cartulam inde iussu domini legati scripsi.

Millesimo ducentesimo vigesimo primo, indictione decima, die iovis, quinto kalendas novembris, in districtu Bononiensi ad locum ubi dicitur Planurium, coram dominis Nicolao episcopo Regino, Henrico Mantue episcopo, magistro Rainaldo, Ugolino de Albicis, Iacobo de Paula, Lantelmo Ferrario de Papia et multis aliis, dominus Hugo Hostiensis et Velletrensis episcopus apostolice sedis legatus precepit michi Gerardo de Raimundo notario, ut ex originali hoc sumerem exemplum, quod similiter foret autenticum, et illud idem autenticarem et publicarem.

Ego idem Gerardus de Raimundo notarius huic precepto interfui et hoc exemplum ex originali sumpsi et mandato predicti domini legati hoc idem autenticavi et exemplavi atque publicavi.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, C. 93 nr. 7.

953. *Der podesta der volkspartei von Piacenza schwört, bezüglich der streitigkeiten mit der ritterschaft sich der entscheidung Cremona's unterwerfen zu wollen. Piacenza* ***1223*** *ian.* ***22.***

Anno ab incarnatione domini nostri Ieshu Christi millesimo ducentesimo vigesimo secundo, indictione undecima, die decimo exeunte ianuario, in palatio Placentie; in presentia domini Noradi de Malombris et domini Martini de Orsolario et domini Moroelli de Medolato et Riboldi Rubei et Roberti Tadi et Omodei Morbii et Lanfranci de Scoto ibi testium rogatorum, universo consilio collecto ad sonum campane more solito. Dominus Girardus de Dovaria potestas comunis Placentie pro se et pro ipso communi de voluntate omnium de consilio et ad eorum postulationem iuravit omnia precepta ambaxatorum communis Cremone, scilicet domini Coxe de Fabris et domini Surdi de Avocatis, nomine domini Girardi Tercii de Cornazano potestatis communis Cremone pro ipso communi recipientium sine tenore, nominatim pro discordiis, que erant inter populum et milites Placentie, salvo omni honore domini imperatoris Frederici et imperii et sua ratione in totum, scilicet pro salario suo, et remanente prima commissione in sua firmitate et sacramentis factis de suprascripta commissione.

Ego Bartholomaeus de Aymo sacri palatii notarius interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, D. 57; ebenda D. 35 eine zweite übereinstimmende, von einem andern notar herrührende ausfertigung.

954. *Die stadt Cremona ersucht den kaiser Friedrich um verleihung der freien schiffahrt auf der Tagliata und um erweiternde bestätigung eines ihr früher gegebenen privilegs. (Cremona* ***1223*** *feb.)*

Petit potestas communis Cremone, ut concedatis et donetis eis fondum et aquam et usum aque Padi, Talliate sive Cavate, quam de novo duxerunt per *terratorium Guastalle et Luzarie, ita quod nullum teloneum sive pedagium alicui vel aliquibus debeant dare Cremonenses civitatis et districtus et episcopatus, sed libere et absolute possint ire et redire per ipsam aquam sine alicuius contradictione, [cum nullum teloneum ibi adhuc sit positum vel pedaium.] — [Item] petit potestas et commune Cremone, ut innovetis privilegium,

quod vestra maiestas eis concessit et dedit apud Aghino, et confirmetis; petit preterea ut in privilegio addatur iste articulus, videlicet ut si qua data vel concessiones per aliquod privilegium vel per publicum instrumentum aliquo tempore apparerent aliis facta et concessa, irrita sint, cassa et vana imperiali auctoritate, et nullo tempore valeant.

Cereda aus zwei niederschriften im archive zu Cremona, I. 39 und I. 30, wovon sich die zweite von der andern dadurch unterscheidet, dass ihr die eingeklammerten worte fehlen und die bitte um erneuerung des privilegs der andern voransteht. — Die aufzeichnung geschah wohl nur zur instruction für die gesandten der stadt, auf deren bitte der kaiser 1223 märz zu Sora das privileg wegen der Tagliata oder Cavata (vgl. Winkelmann in den Forschungen 7, 316) ausstellte; die zu Hagenau 1219 aug. 29 ausgestellte urk. betrifft die verleihung von Cremona und Insula Fulcheria; vgl. beide urkk. im nachtrage.

955. *Pabst Honorius III befiehlt dem Albert erzbischofe von Magdeburg und reichslegaten, den verkehr mit den excommunizirten Cremonesern zu meiden und den abt von S. Sisto in besitz von Guastalla und Luzzara zu setzen. Lateran 1223 mai 17.*

Honorius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri . . archiepiscopo Magdeburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Si legationis officium tibi ab imperiali potestate commissum officiose vis gerere, sicut crederis et teneris, expedit, ut corripiens inquietos satagas pusillanimos consolari, et quanto contra ecclesias et personas ecclesiasticas multiplicatur superborum iniquitas et superbia iniquorum, tanto contra eos rectitudinis tue zelum erigas fortiorem, ut vigor virtutis valentior vitii corruptela, dum vincit nec vincitur, clarior vigeat ex adverso, tanquam noctis tenebris luce diei eminus effugatis. Cum itaque cives Cremonenses timore divino contempto et tam divini quam humani iuris reverentia vilipensa monasterium sancti Sisti Placentini duabus partibus castri et curtis Vastalle per violentiam spoliarint et curtem Luciarie ad idem monasterium pertinentem contra iustitiam detineant occupatam, sicut abbatis eiusdem monasterii a longo tempore conquestio continuata declaravit, propter quod post cavillosa diffugia, quibus eundem abbatem fatigarunt diutius gravibus laboribus et expensis, spreto iuramento corporaliter prestito, quod iuri parerent, in potestatem et consiliarios excommunicationis et in totam civitatem interdicti sententias fecimus promulgari et prefatum abbatem petitorum verum constituimus possessorem: fraternitatem tuam rogamus et monemus attente per apostolica scripta mandantes, quatinus prudenter attendens quod, sicut non est conventio lucis ad tenebras, ita nec viri ecclesiastici, qualem esse te credimus, ad excommunicatos participatio esse debet, nullum ex illis tibi communicare permittas, immo tanquam precisos ab ecclesiastica unitate omnino devitans et, qnantum in te fuerit, faciens evitari, sepedictum abbatem in possessionem ipsam potestate tibi tradita inducas et tuearis inductum, mandatum nostrum taliter impleturus, quod legatione fungens pro domino temporali eterno non displiceas, sed complaceas, et nos exinde, te dei zelum cognoscentes habere, devotionem tuam dignis favoribus prosequi debeamus. Qui si, quod absit, contrarium faceres, graviter nos reputaremus offendi.

Dat. Laterani, xvi. kalendas iunii, pontificatus nostri anno septimo.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, H. 27. — Ebenda I. 15 eine ganz gleichlautende ausfertigung: *Venerabili fratri . . episcopo Tridentino;* Albert von Trient war damals legat in Tuscien, Albert von Magdeburg in Oberitalien.

956. *Ludwig, Rheinpfalzgraf und herzog von Baiern, schreibt dem bischofe*

(Rudolf) von Verdun, dass er (als reichsverweser) die rechte der bürger von Verdun bestätige, wie sie ihnen vom könige Heinrich verbrieft seien. (Ulm 1227 iuni 20.)

L. dei gratia comes Palatinus Reni et dux Bawarie. Amico suo karissimo episcopo de Virduna servitii et dilectionis affectum. Significamus dilectioni vestre, quemadmodum dominus noster inclitus Romanorum rex dilectis civibus suis de Virduno litteris suis iura ipsorum confirmavit apud Aquisgrani, ita et nos litteris presentibus iura ipsorum confirmamus mandantes, ne aliqua persona humilis vel alta litteras a domino nostro rege confirmatas infringere presumat. Quod qui fecerit domini nostri regis et nostram et totius consilii offensam se non dubitet incurrisse.

Nach abschr. Huillards aus dem chartular von Verdun auf der kaiserl. bibl. zu Paris. — Wohl gleichzeitig ausgestellt mit dem entsprechenden schreiben des königs, oben nr. 322.

957. *Otto cardinaldiacon von S. Nicolaus und legat des apostolischen stuhles gewährt allen, welche den bedürftigen Reuerinnen der heiligen Maria Magdulena zu Worms almosen zukommen lassen, einen vierzigtägigen ablass. Dornik (1230) mai 13.*

Otto divina miseratione sancti Nicholai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus. Universis Christi fidelibus ‖ presentes litteras inspecturis salutem in domino. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessi‖mus, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire, ac eternorum ‖ intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur dilecte in Christo pauperes sorores penitentes sancte Marie Magdalene in Warmacia proprias non habeant facultates, unde valeant sustentari, universitatem vestram rogamus, monemus et exhortamur in domino, ac in remissione vobis iniungimus peccatorum, quatinus de bonis a deo vobis collatis pias elemosinas et grata eis caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram earum inopie consulatur, et vos per hec et alia bona que domino feceritis inspirante ad eterna possitis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatum Petri et Pauli apostolorum meritis et intercessione confisi, omnibus, qui ad loca ipsarum accesserint vel elemosinas suas per nuntios suos destinaverint, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia legationis auctoritate qua fungimur misericorditer relaxamus.

Datum Tornaci, tercio idus maii.

Aus dem orig. zu Darmstadt. — Das beschädigte siegel in rothem wachse hängt.

958. *Pabst Gregor IX beauftragt die bischöfe von Brescia und Vercelli, die vom kaiser Friedrich bezüglich des friedens mit der kirche versprochenen bürgschaften entgegenzunehmen. Lateran (1231) märz 6.*

Gregorius episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus Brixiensi et Vercellensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Cum carissimus in Christo filius Fredericus Romanorum imperator illustris semper augustus et rex Sicilie super pace reformata inter ipsum et ecclesiam observanda se obligaverit ad certam cautionem prestandam ab ecclesia sibi petitam, fraternitati vestre presentium auctoritate mandamus, quatenus

provinciam inter vos, sicut expedire videretis, dividentes, a prelatis, communitatibus civitatum, marchionibus, comitibus, baronibus et aliis nobilibus, quorum nomina vobis in scriptis transmittimus, cautionem recipere procuretis iuxta formam, quam sub bulla nostra vobis mittimus interclusam. Quod si non ambo hiis exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nichilominus exequatur.

Datum Laterani, ii. nonas martii.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus notariatstranssumpt, gefertigt 1231 mai 11 zu Cremona unter zustimmung und besiegelung des bischof Guala von Brescia und des kaiserlichen boten richter Thadeus, im archive zu Cremona, Λ. 42.

959. *Pabst Gregor IX übersendet dem erzbischof von Trier und dessen suffraganen die von ihm gegen die ketzer erlassenen statute und die von dem senator Roms gegen dieselben gemachten verordnungen, um solche bekannt zu machen und in die capitularienbücher eintragen zu lassen. Rieti* **1231** *iuni* **25.**

Gregorius episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus archiepiscopo Trevirensi et suffraganeis eius salutem et apostolicam benedictionem. Solent heretici ad insipientiam suam ecclesie sapientiam exercere, dum erroris spiritibus intendentes deridebant eam tempore iuniores, quorum non dedignabatur patres ponere cum canibus gregis sui, quia suggillantes orthodoxe fidei puritatem, quasi habitantes in desertis torrentium, clam dogmatizabant simplicibus fallatias heretice pravitatis. Quare cum necesse sit hereses esse, non solum inevitabile sed et utile, necessario ecclesie filii docti sunt illorum insipientiam confutare, cum facile sit fabricatores mendatii tanquam stipulam ante faciem ignis disperdi ab assertoribus veritatis. Sed quod dolentes referimus, qui tanquam reptilia venenata insidiari consueverant in occultis virus erroris linguis maliloquis infundendo, nunc animati periculosissima feritate patenter quasi in prelium contra ecclesiam insurgebant, innumeris fraudium comentis nichilominus insistentes; quoniam urbem in absentia nostra intrare non veriti, quibusdam potentibus vitiatis, multa enormia nequiter attemptabant. Sed per misericordiam Iesu Christi, qui ecclesiam suam temptari non patiens ultra quam valeat sustinere, sed faciens cum temptatione proventum, illam semper in tribulationibus dilatavit, revelavit dominus abscondita tenebrarum illorum quosdam convertens, qui multos aversos in diversis regionibus manifestant, quibusdam iudicium, quibusdam misericordiam iam expertis. Unde nos fidei zelo succensi, de communi fratrum nostrorum consilio, tam contra hereticos, quam credentes, receptatores et fautores eorum nova statuta sollempniter promulgentes, ea mandavimus firmiter observari. Senator quoque urbis de voluntate ac consensu tocius populi Romani contra predictos constitutiones suas edidit et iuravit; et iurabunt omnes de cetero senatores. Volentes igitur, ut statuta et constitutiones huiusmodi ubique rite serventur, ecce ipsa vobis sub bulla nostra mittentes, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus nostra statuta in civitatibus et diocesibus vestris semel in mense publicantes et facientes sollempniter publicari, advocatos et officiales, qui pro tempore fuerint, ut constitutiones a senatore prolatas statuant et in capitulariis locorum suorum faciant annotari, moneatis prudenter et efficaciter inducatis. Quod si forte facere noluerint, nobis per vestras litteras intimetis, ut procedamus exinde prout secundum dominum videremus procedendum.

Datum Reate, vii. kal. iulii, pontificatus nostri anno quinto.

Excommunicamus et anatematizamus universos hereticos, catharos, patarenos, paupe-
res de Lugduno, passaginos, ioseppinos, arnaldistas, speronistas et alios quibuscunque nomi-

nibus censeantur, facies quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem colligatas de vanitate conveniunt in id ipsum. Dampnati vero per ecclesiam seculari iudicio relinquantur animadversione debita puniendi, clericis prius a suis ordinibus degradatis. Si qui autem de predictis, postquam fuerant deprehensi, redire voluerint ad agendam condignam penitentiam, in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorum erroribus hereticos similiter iudicamus. Item receptatores, defensatores, fautores hereticorum excommunicationis sententie decernimus subiacere, firmiter statuentes, ut si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, a sua super hec non curaverit presumptione cessare, ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, ut nec testamenti habeat factionem, nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus preterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec cause alique ad eius audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti, sed cum auctore dampnato dampnentur; et in similibus idem precipimus observari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio et beneficio deponatur. Si qui autem tales, postquam ab ecclesia fuerint denotati, evitare contempserint, excommunicationis sententia percellantur, alias animadversione debita puniendi. Qui autem inventi fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis qualitatemque persone propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, anatematis gladio feriantur, et usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur, ita quod si per annum in excommunicatione perstiterint, ex tunc velud heretici condempnentur. Item proclamationes aut appellationes huiusmodi personarum minime audiantur. Item iudices, advocati et notarii nulli eorum officium suum impendant; alioquin eodem officio perpetuo sint privati. Item clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta, nec elemosinas aut oblationes eorum accipiant; similiter hospitalarii ac templarii et quilibet regulares; alioquin suo priventur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis apostolice speciali. Item quicumque tales presumpserint ecclesiastice tradere sepulture, usque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententie se noverint subiacere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus publice extumulent et proiciant huiusmodi corpora dampnatorum et locus ille perpetuo careat sepultura. Item firmiter inhibemus, ne cuique laice persone liceat publice vel privatim de fide catholica disputare; qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Item si quis hereticos sciverit vel aliquos occulta conventicula celebrantes seu a communi conversatione fidelium vita et moribus dissidentes, eos studeat indicare confessori suo vel alii, per quem credat ad prelati sui noticiam pervenire; alioquin excommunicationis sententia percellatur. Filii autem hereticorum, receptorum, defensorum eorum usque ad secundam generationem ad nullum ecclesiasticum beneficium seu officium admittantur. Quod si secus actum fuerit, decernimus irritum et inane. Omnes heretici in urbe, videlicet cathari, patareni, pauperes de Lugduno, passagini, ioseppini, arnaldiste, speroniste et alii cuiuscunque heresis nomine censeantur, credentes, receptatores, fautores et defensores eorum in urbe singulis annis a senatore, quando regiminis sui prestiterit iuramentum, perpetuo diffidentur. Item hereticos, qui fuerint in urbe reperti, presertim per inquisitores datos ab ecclesia vel alios viros catholicos, senator capere teneatur et captos etiam detinere, postquam fuerint per ecclesiam condempnati, infra octo dies animadversione debita puniendos. Bona vero ipsorum omnia infra eorundem terminum publicentur, ita quod de ipsis unam partem percipiant, qui eos revelaverint et hii

qui eos ceperint, senator alteram, et tertia murorum urbis refectionibus deputetur. Item ut ibi fiat receptaculum sordium, ubi fuit latibulum perfidorum, domus illorum, in qua hereticorum aliquem ausu temerario aliqui in urbe presumpserint receptare, nullo reficienda tempore funditus diruatur. Hec idem de domibus illorum urbis, qui manus impositionem receperint ab hereticis, similiter observetur. Item in urbe circa credentes hereticorum erroribus, postquam fuerint per ecclesiam denotati, premissa omnia observentur. Item quicunque de urbe sciverit hereticos in urbe et non revelaverit, xx. librarum pena mulctetur; et si solvendo* non fuerit, diffidetur nec relaxetur diffidatio, nisi digna satisfactione premissa. Item receptatores scienter sive defensores seu fautores hereticorum urbis tercia bonorum suorum parte mulctentur, que murorum urbis refectionibus deputetur. Quod si vel huiusmodi puniti rursus in similem fuerint culpam prolapsi, de urbe penitus expellantur, nec unquam revertantur ad illam, nisi digna satisfactione premissa. Huiusmodi autem persone in urbe minime audiantur, nec quisquam eis in qualibet causa respondere cogatur, sed ipsi cogantur aliis respondere. Iudices autem, advocati et scrinarii nulli eorum suum impendant officium; alioquin suum exequi officium nullatenus permittantur. Nullus preterea talium de urbe admittatur ad testimonium, nec ad aliquod publicum officium vel ad aliquem actum legitimum seu commune consilium assumatur; et qui talem scienter elegerit, tanquam hereticorum fautor predicta pena mulctetur. Senator quando prestat sui regiminis iuramentum, iurabit, quod hec omnia et singula in urbe tempore regiminis sui servabit et pro viribus faciet observari ac teneatur facere iurare premissa omnia successorem. Quod si non iuraverit, pro senatore nullatenus habeatur, et que fecerit, nullam habeant firmitatem, et nullus teneatur sequi eum, etiam si de sequendo ipsum prestiterit iuramentum. Quod si predicta servare contempserit, preter notam periurii penam ducentarum marcarum incurrat, murorum urbis refectionibus applicandam, nec de cetero ad aliquam dignitatem vel officium publicum assumatur, ad quam penam iudices sancte* Martin. ipsum condempnare teneantur; et hec in capitulario iudicum predictorum ponatur et nullo tempore exinde deleatur. Omnes autem predicte pene neque per contionem, neque per consilium, neque ad vocem populi ullo modo aut ingenio aliquo tempore valeant relaxari.

Aus dem Romersdorfer bullarium zu Bingen, sec. 13, bl. 69. — Vgl. Raynald 1231 § 14, wo stücke der gesetze mitgetheilt sind. Sie stimmen in mehreren stellen wörtlich mit den kaiserlichen gesetzen von 1220, Mon. Germ. 4, 243.

960. *Pabst Gregor IX fordert alle christgläubigen unter verheissung eines ablasses zu andächtigem besuche des von der landgräfin Elisabeth (von Thüringen) zu Marburg gestifteten hospitales auf. Anagni* **1232** *oct.* **12.**

Gregorius episcopus servus servorum dei. Universis Christi fidelibus per Teutoniam constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam, qui parce seminat, parce etiam metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur hospitale in Marburg a quondam E. lantgravia sit constructum, in quo pauperibus caritatis subsidia erogantur, universitatem vestram roganus, monemus et hortamur attente, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus, cum pia loca debeant a Christi fidelibus honorari in ipso, qui est bonorum omnium retributor, hospitale predictum

devote ac humiliter visitetis, ut per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos igitur de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus, qui ad hospitale prefatum causa devotionis accesserint, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus; et qui ad eiusdem hospitalis ecclesiam in vigilia, anniversario et die sequenti dedicationis ipsius causa devotionis accesserint, unum annum de ininncta sibi penitentia misericorditer relaxamus.

Datum Anagnie, iiii. idus octobris, pontificatus nostri anno vi.

Aus dem Romersdorfer bullarium zu Bingen, sec. 13, bl. 59.

961. *Pabst Gregor IX beauftragt den erzbischof von Mainz, den abt von Eberbach und den bruder Conrad von Marburg, über die wunder der landgräfin Elisabeth von Thüringen zeugen zu vernehmen. Anagni* **1232** *oct.* **13.**

Gregorius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri archiepiscopo Moguntino et dilectis filiis abbati de Everbach cisterciensis ordinis et fratri C. de Marburg predicatori verbi dei salutem et apostolicam benedictionem. Ut ceci viam, increduli veritatem, mortui vitam invenisse gaudeant et colere delectentur, discretioni vestre per apostolica [scripta] mandamus, quatinus super gloriosis miraculis, quibus clare memorie domna E. lantgravia Turingie auctore Christo dicitur refulgere, secundum scripti tenorem, quod sub bulla nostra mittimus interclusum, habendo pro oculis solum deum testes recipere ac diligenter examinare curetis, ut incredulitatis excussa caligine de dubiis pectoribus et obscuris miraculorum claritas sinceris mentibus illucescat, et eo sit in gentibus gloriosa virtus altissimi, quo dignatur in populis sanctorum splendoribus declarari.

Datum Anagnie, iii. idus octobris, pontificatus nostri anno vi.

Aus dem Romersdorfer bullarium zu Bingen, sec. 13, bl. 59. — Vgl. Reg. Greg. nr. 54.

962. *Die von Cremona ersuchen wegen ihrer innern streitigkeiten den kaiser Friedrich, ihnen einen seiner getreuen zum podesta zu setzen, unter angabe der bezüge und verpflichtungen desselben. (Cremona* **1233**.*)*

Serenissimo et triumphatori domino Friderico dei gratia Romanorum imperatori semper augusto, Ierusalem et Sicilie inclito regi, Guilielmus de Foliano Cremone potestas cum universo consilio et communi, omnique multitudine fidelium subiectorum reverentiam prontam cum perhenni constantia fidei purioris. Cum intra mentis archana sedula cogitatione pensamus, ubi lassati quiescere, ubi gravati requiem invenire placidam valeamus, nullum invenimus adeo tutum locum, nec tante securitatis et refectionis viribus circumclusum, ut est umbra vestre floride maiestatis, ad quam inclinavimus sepe caput; et ex suavitate nimia soporantes, excitavit nos pluries ille perfidus inimicus, qui radices volebat cum frondibus amputare. Nos vero sureximus et omnipotentis auxilium nostrum fuit; interventu cuius illi furenti fuimus robusti et unanimes bellatores, et cum triumpho huc usque propositum eius vanam fecimus et inane, ita quod sub umbra quiescere et de fructu percipere poterimus cum iocunditate plenissima et dulcore, sicut peculiaris ille populus Ieshu Christi terram promissionis intravit, licet diutius exspectasset. Nunc autem cum antiquus hostis nisus fuerit inter nos semina discordie noviter seminare et scisma inducere cum iactura, pro quibus de celestibus est expulsus, turbati fuimus atque moti credentes pariter et timentes, quod occasus noster ob civiles inimicitias, qui non erit domino faciente, defectum

posset vestris magnalibus generare et impedire plurimum ardua facta vestra. Que omnia et singula precordiis oculis preponentes, et nostre volentes concordie et consuete unitatis sinceritati plenissime providere, ad vos recurrimus tanquam ad portum, quo nullatenus invenire possumus tutiorem; celsitudini vestre humiliter supplicantes, quatinus unum virum de vestris fidelibus providum, industrium et discretum, ac omni rectitudinis et iustitie vibramine coruscantem, cuius etiam linguam intelligere valeamus, dignemini concedere nobis pro potestate, domino et rectore huius presentis anni, cuius initium expectamus in festivitate beati Petri proximi nunc venturi; de cuius fide et experientia bonitatis plenam geratis fidem et spem modis omnibus inconcussam, ut nos cum omni provisione regat, uniat, congreget et conservet ad laudem dei et vestram gloriam et honorem, et membra demum suo capiti restituat cum salute. Nec sit ipse de Lumbardia, Tuscia, marchia Tarvisii, marchia Guarnerii, Romaniola, Allamania, neque de Ianua, neque de Sausia oriundus. Cui pro totius anni salario et expensis infortiatorum sive mediatinorum Cremone dabimus libras mille, et domum ad habitandum satis habilem et decentem. Pro qua salarii quantitate debet ducere duos iudices assessores et unum militem socium, pro ut decet; qui et ipsi nati non sint de terris et partibus suprascriptis. Dabimus etiam sibi cum pro factis communis exiverit civitatem in qualibet die pro expensis triginta et duos solidos infortiatorum sive mediatinorum; et hoc si per nostrum episcopatum equitaverit vel districtum; si vero extra nostrum districtum ipsum contigerit equitare, in eo casu pro expensis solidos predicte monete dabimus quadraginta. Equos vero suos faciemus ab initio exstimari; sed nulla exstimatio librarum summam debet excedere quadraginta; quam exstimationem seu aliam minorem debet percipere de comuni, si interfectus vel vulneratus seu aliter maculatus sibi equus fuerit ad prelium vel ad sturmum seu ad impilium pro servitio civitatis. Preterea debet civitatem per quindecim dies ante initium sui regiminis introire; et cum venerit, iurare debebit super clauso statuto, quod neutiquam, donec iuraverit, poterit aperiri. Nec poterit potestas pro suis factis absentiam de regimine facere seu moram, nisi per unum mensem, donec compleverit totum annum. Hec ita breviter idcirco duximus presenti pagine inserenda, quia debemus et soliti sumus nostros dominos et rectores de predictis omnibus per literas reddere certiores; celsitudinem vestram prece humilima implorantes, ut hiis solis scriptis et non aliis, ante hec vel post missis etiam vel mittendis, de predictis fidem dignemini adhibere. Vos itaque, domine gloriose, qui thesaurum nostrum et vitam semper habetis et fertis in gremio maiestatis, taliter dignemini providere nostris profectibus et saluti, quod vita et salus nostra tamquam famule subiective circa vestrum statum et magnitudinem ampliandam semper adesse possint vigiles et per omnia satagentes.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Cremone, D. 26. — Das erwähnte Petersfest muss Peter und Paul sein, da seit 1229 das amtsiahr in der mitte des iahres wechselte; Wilhelm von Foliano war podesta 1232 auf 1233, wo auch bedeutende innere streitigkeiten erwähnt werden. Vgl. Ann. Cremonenses, Mon. Germ. 18, 807. Der brief ist demnach 1233 vor iuni 29 geschrieben und wohl nicht ganz kurz vorher, da der kaiser seit april zu Messina war.

963. *Gerhard von Salm, graf von Catanzaro und reichslegat Lombardiens und der Trevisaner mark, und der kaiserliche schatzmeister Iohann von Brindisi versprechen, um den drohenden abfall Verona's hintanzuhalten, Cremona die zur erfüllung der forderungen Verona's nöthigen summen vorzustrecken. Verona **1234** ian. **16**.*

Nos Girardus de Salmis dei et imperiali gratia comes Catanzarii, sacri Romani im-

perii Lombardie et marchie Trevisane legatus, et [Iohannes][1] de Brundusio, super expensis magnifice imperialis curie constitutus, presenti scripto fatemur, quod cum videremus civitatem Verone in fide domini nostri serenissimi imperatoris Friderici aliquantulum vacillare, et quidam predicte civitatis conabuntur eandem a fide sue maiestatis subtrahere, ad instantiam et petitionem nostram nobilis vir dominus Guilielmus de Andito potestas et consilium civitatis Cremone nobiles viros dominum Girardum Manariam et dominum Nicholaum Batazum[2] Veronam ambaxatores transmiserunt, qui pro parte predictorum potestatis et consilii potestati et consilio Verone promiserunt, quod parati erant tam in personis, quam in rebus, tamquam sociis et amicis karissimis eis pro honore imperii contra inimicos domini nostri illustrissimi imperatoris servitium oportunis temporibus facere et [auxilium]. Potestas autem Verone, videns illos promissiones ingenue facientes, cum quibusdam de consilio suo, qui videbantur civitatem Verone a dominio imperii subtrahere, ab eisdem auxilium speciale postularunt dicentes, quod cum Veronensis civitas erat in elapso tempore oppressa gravaminibus et expensis plurimis fatigata, volebant, quod civitas Cremone civitati Verone viginti millia librarum Veronensium mutuaret et ducentos milites ac centum balistarios pro eorum iuvamine ad suam requisitionem destinarent. Et quia predicti Cremonenses ambaxatores non habebant in mandatis, ut eis certam promissionem facerent, habito consilio unus illorum, scilicet dominus Nicholaus Batazus, ad potestatem et consilium Cremone rediit et eis, que per potestatem Verone et suos consiliarios proposita et petita fuerant, nunciavit. Ipsi vero videntes et sentientes se tum Placentinorum exercitu et tum aliis expensis et gravaminibus pergravatos et dixerunt, quod pecuniam antedictam eis mutuare non poterant, nec etiam milites Veronam suis stipendiis destinare; sed si Mantuani vel alii sui inimici in episcopatum illorum intrarent, et universaliter ad terram Mantuanorum et aliorum inimicorum suorum, tanquam ad terram inimicorum imperii, accedere volebant. Nos autem timentes, ne predicta Veronensis civitas, que multis laboribus fuerat acquisita imperio et plurimis expensis conservata, ammitteretur, volentes insuper adimere omnem materiam malignandi potestati et illis, qui omni opere nitebantur civitatem predictam ad perfidiam deducere Lombardorum, confidentes etiam de clementia et benignitate domini Friderici serenissimi imperatoris, predictis domino Girardo Manaria et domino Nicolao Batazo ambaxatoribus Cremone precipimus, ut potestati Verone, consilio et communi eiusdem nominatis viginti millia librarum Veronensium nomine sue civitatis mutuare promitterent, ita tamen quod [a] Veronensibus de restituendis predictis libris bonam et idoneam securitatem reciperent, et ducentos milites ac centum balistarios, si necesse eis fuerit, transmittere. Quas predictas libras nos potestati, consilio et communi Cremone mutuare promittimus; stipendia etiam militum et balistariorum, si eos transmittere oportebit, similiter promittimus exhibere. Et ipsi dominus Girardus et dominus Nicolaus debent nobis fieri facere securitatem a communitate Cremone, quod nominatas libras nobis vel alii certo nuncio imperiali restituent eo tempore, quo illas a Veronensibus exigerent; verum pro ipsis recuperandis modis omnibus expensis domini imperatoris laborabunt et insistent. Unde ne de promissione predicta subtrahere nos possimus vel modo quolibet resilire, ad eorum securitatem et roboris firmitatem presens scriptum eis fieri fecimus, et sigillis nostris iussimus communiri.

Actum Verone, ... Girardi de Cervo, die lune, sextodecimo ianuarii, septime indictionis.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Verone, G. 97. — [1] So in einem auszuge Wüstenfelds; abschr.: *ch* . . . . — [2] Abschr.; *Banizum*; vgl. weiter unten.

964. *Ecelin von Romano, rector, und die capitäne von Verona geben vollmacht zum empfange des von den gesandten Cremona's an Verona bewilligten darlehens.* ***(Verona 1234.)***

Nobili et illustri viro moribus et scientia radianti domino Guilielmo de Andito, egregio Cremone potestati, Ecelinus de Romano, rector communis Verone, Un. de Scalis, et B. de domino Bonenconto partis Monticulorum et quatuorviginti capitanei salutem et prosperos ad vota successus et victoriam cum triumpho de inimicis. Ecce quod nobiles viros civitatis Verone dominos Mediagonellam causidicum et Pecorarium Mantisi, ambaxatores nostros et procuratores, ad vos mittimus pro accipiendo complemento pecunie debiti viginti millia librarum Veronensium, quas dominus Nicolaus Baracius[1] et dominus Gerardus Manara, communis Cremone ambaxatores, communi Verone[2] mutuaverunt. Unde vos affectuose roganus, quatinus eisdem ambaxatoribus et procuratoribus pecuniam nominatam omni mora, dilatione et causa remota dare dignemini, scientes, quicquid de ipsa pecunia eisdem danda feceritis, firmum habebimus, tamquam nobis ipsis et communi Verone foret data.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Verone, J. 31. — [1] *Batacius?* vgl. nr. 963. — [2] Abschr.: *Cremone.*

965. *Deutsche geistliche fürsten rathen dem pabste zum frieden mit dem kaiser, dessen beschwerden nicht ungegründet seien und den sie wegen ihrer verpflichtungen gegen das reich nicht verlassen dürften.* ***(1239.)***

Principes Alemannie domino pape. In lapide angulari Christo Iesu fundatam ecclesiam militantem duplici robore providentia divina firmavit, dum ipsi sacerdotium ad substantiam prebuit et imperium ad tutelam, que duo sic indivisibiliter[1] invicem per designationem duplicis[2] gladii coniunxit, ut alterutrum perimi vel enervari[3] non valet sine detrimento duorum. Ex quibus non tam probabiliter quam necessario subsequenter infertur, quod utrumque contempnat aut diligat, qui gladiorum alterum diligit vel contempnit; et nos, quos mediatores quodammodo dei et hominis sacerdotes ecclesia et imperium principes stabilivit, ad[4] utrumque sic oportet et expedit habere respectum, quod explere partes officii nostri non possumus, si quantumvis in altero[5] claudicemus. Igitur, reverendissime pater, provisionis et fidei nostre devocionis alloquium diligenter attendite atque[6], prout potestis, ex ipsa negocii qualitate colligite, quoniam ad id debiti nostri nos necessitas impulit et communis utilitas persuasit. Dum enim sollicita meditatione revolvimus, in quantum ecclesie teneamur, dum ex dissensione suborta inter vos et cesarem nostra futura dispendia meditari summa necessitate compellimur, et utilitate previa suggerente, debemus inter vos, prout scimus et possumus, interponere partes nostras. Et cum se nobis oportunitas et casus ingesserit, ut a[7] domino et imperatore nostro primitus ordinemur, veluti tempore suborte discordie cum ipso presentes, ad ipsum in audacia fidei, sed [et] in reverentia maiestatis accessimus, dissensionis huiusmodi originem deposcentes et causam, licet nobis antea penitus [non] ignotam, et cum instantia nichilominus ingerentes, ut ad[8] sacrosanctam ecclesiam matrem suam cum omni devocione rediret. Qui omnibus diligenter expositis, super quibus fuerat ammonitus et excommunicationis sententia dicitur innodatus, ac responsionibus singulorum, prout hec omnia publici testimonii series testabatur, demum si quis posset in ipso verbo vel opere notari defectus[9], ipsum totum fidei et provisioni nostre ac aliorum principum pariter commisit, alias devotionem omnem [ad deum] et ecclesiam pretendendo, quam nos, prout ab homine licuit exteriore colligere, si veritati deesse

nolumus, vidimus et veridice[10] possumus protestari. Qua responsione velud irrefragabili ratione devicti, ad vos patrem et protectorem nostrum de necessitate convertimur, cum reverencia vobis loquimur et in sinceritate consilii suademus, ut tantum exacerbare filium non velitis. Devotionem ipsius paterna pietate respicite, ut[11] a scandalis, ex quibus ipsi catholice fidei possit imminere periculum, caveatur. Ad que, prout diximus[12], pater venerande, presentibus suadenda preter[13] ecclesie dissidium, quod veremur, illa nos ratio specialis inducit, quod in nobis ipsis attendimus ex vestra[14] dissensione scissuram, dum velud ecclesie filii et prelati reverentiam vobis filialem agnoscimus, et velud imperii principes ex iuramento fidelitatis et principatus honore domino et imperatori nostro vel imperio pocius de necessitate compellimur non deesse[15], cuius iustitiam[16], propter quam persecutionem et ex hoc pati conqueritur, producit in medium dominus[17] imperator ad sue cause munimen, preter expresse probationis indicia, vulgaris fame presidium et testimonium[18] generalis opinionis adducens, quod in favorem Mediolanensium et suorum sequacium processeritis taliter contra eum. Quod ad credendum licet apostolice sedis auctoritas et religionis ecclesie sanctitas nos induci de facili non permittant, quod vicarius veritatis rebellium sediciosorum imperii, quod est ecclesie brachium speciale, manifestam calumpniam tueretur, sic tamen hoc periculose silere veremur, ut gravamen ecclesie, quod generalis opinio predicat, taceamus, presertim cum ad testimonium veritatis et per fame favorem non leve probationis indicium adducatur, quod G. de Montelongo legatus vester, apud Mediolanenses continue moram trahens, fideles imperii modis omnibus quibus potest a fide et devotione debita nititur revocare, prout hec omnia dominus[19] imperator suis litteris et multorum testimonio[20] fide dignorum probare posse confidit. Deinde, sanctissime pater, sedis apostolice gravitatem in illa sinceritate devotionis appetimus, qua fidem nostram diligimus et Romanam ecclesiam veneramur, ut contra morbi principia cum medicina salutis et salubritate consilii velociter occurratis, ut in perplexitatem huiusmodi nos et alios prelatos ecclesie ac sacri imperii principes non permittatis adduci, ut cum imperio, cuius membra nos sumus, cui et salva fide deesse non possumus, matris ecclesie dispendia deploremus. Habet enim dominus imperator, quod nobis obviat, quod cum [pro] reformatione imperii, quod est nostrum, personam exponit et thesauros effundat, nos[21] ipsum, immo nos ipsos deserere non possumus, nec aliquatenus debeamus. Nec in contrarium[22] alicuius principibus ex nostris falsa suggestio, qui penes vos[23] propria commoda persequentes in aqua turbida piscari desiderant, vos inducat, cuius ad ultimum voluntatis propositum invenietur instabile et potentia defectiva. Generale negotium et bonum et publicam causam pro reformatione pacis attendite, ad quam, quantumcunque cum reverentia matris ecclesie et honore sacri Romani imperii possumus, libenter offerimus nos paratos.

Aus abschr. in hs. der hofbibliothek zu Wien, Philol. 305, bl. 124. — Gedr. Hahn Collectio monum. 1, 232 und danach Huillard Hist. dipl. 5, 398, mit lücken und abweichungen; im allgemeinen noch stärker verdorben, gewährt doch an manchen stellen unser text sichtlich die besseren lesarten. — Zu den ausstellern des briefs gehören wohl sicher erzbischof Eberhard von Salzburg und die bischöfe Conrad von Freising und Rüdiger von Passau, welche im märz zur zeit der excommunication beim kaiser zu Padua waren (Reg. Frid. nr. 970), wo der erzbischof noch apr. 22 urkundet (Meiller Regesta archiep. Salisb. 279 nr. 472), während in diesem iahre andere deutsche bischöfe am kaiserlichen hofe nicht nachzuweisen sind. — [1] Hs. *invisibiliter*. — [2] *ducis*. — [3] *enumerari*. — [4] *quod ad*. — [5] *alios*. — [6] *atque nos*; richtiger etwa in näherem anschlusse an den andern text: *ad quod nos, prout p. ex i. n. q. colligere, debiti nostri* usw. — [7] *ad*. — [8] *apud*. — [9] *defectum*. — [10] *iuridice*. — [11] *ubi*. — [12] *dignius*. — [13] *te pre suadendo inter*. — [14] *nostra*. — [15] *nondum*. — [16] *instantiam*. — [17] *iustus*. — [18] *testamentum*. — [19] *dum*. — [20] *militari post*. — [21] *non*. — [22] *contractum*. — [23] *nos*.

966. *Otto Rheinpfalzgraf und herzog von Baiern verleiht seinem marschall Zorno und dessen kindern das patronatrecht der kirche zu Hedensheim.* ***1241*** *märz.*

Otto dei gratia comes palatinus Rheni, dux Bawarie. Universis christi ‖ fidelibus, presentem litteram inspecturis, salutem in perpetuum. Quoniam honestum et ‖ laudabile fore non dubitamus, ut virtutes virtutibus et beneficia beneficiis condig‖ne reconpensentur, universis, tam presentibus quam futuris in posterum, tenore presentium duximus declarandum, quod nos Zornoni, dilecto ac fideli marscalco nostro, non inmemores beneficiorum nobis et nostris pueris inpensorum, quem obsequiorum commendanda sedulitas et vere fidelitatis veneranda stabilitas nobis gratum reddidit et acceptum, mediantibus et presentibus viris ydoneis et honestis, predictique Zornonis heredibus, ex nostra mera liberalitate et speciali gratia inperpetuum ecclesie de Hedensheim cum omni iure et spectacione collationis, suis meritis exigentibus, concessimus patronatum; per omnia ratum habituri, quicquid idem Zorno suique heredes omnibus diebus vite sue de prememorata ecclesia duxerint ordinandum.

Testes qui huic facto interfuerunt: comes de Wazzerenburgh, dominus de Vrowenburgh, dominus de Vrowenhoven, Henricus de Bacheraco et alii quam plures.

Actum anno domini m.cc.xl. primo, mense martio, Lantshůde.

Aus dem orig. damals im besitze Fichards, ietzt zu Heidelberg. Schlecht geschrieben; siegel fehlt. — Vgl. Wittelsbach. Reg. s. 20.

967. *Heinrich, könig von Sardinien und reichslegat in Italien, übersendet dem Bonacursus de Palude, generalvicar von Pavia aufwärts, eine klagschrift der abtei S. Salvator zu Pavia zu geeigneter erledigung. Cremona* ***1247*** *mai* ***6****.*

Henricus dei et imperiali gratia rex Sardinie, sacri imperii in Italia legatus. Nobili viro B. de Palude .a Papia superius sacri imperii vicario generali, dilecto imperii fideli, salutem et amorem sincerum. Petitionem venerabilis abbatis, conventus et monasterii sancti Salvatoris de Papia culmini nostro porectam presentibus tibi mittimus inclusam, devotioni tue precipiendo mandantes, quatinus id inde facias, quod honori imperii, qualitati negotii, iuri et iusticie videris convenire.

Datum Cremone, vi. madii, v. indictionis.

Tenor cuius petitionis talis est: — S[ignificant] celsitudini vestre abbas et conventus monasterii sancti Salvatoris Papiensis, quod homines Basereguciі et Frixonarie et quorundam aliorum locorum eidem monasterio pertinentium pleno iure, volentes imperii et ipsius monasterii exactiones et dacita penitus evitare, ipsorum possessiones et bona distrahunt hominibus alienis in preiudicium imperii et ipsius monasterii non modicam lesionem, cum ex ipsis eidem monasterio servire omnimode teneantur et exinde sibi tanquam homines proprii fidelitatis et homagii consuetum et debitum fecerint, ut nostro et proprio domino, iuramentum. Et insuper se tradunt convicinis civitatibus in habitatores et cives, ut possint evitare predicta, et maxime quia nuper sunt per dominum regem Sardinie commissa potestati Terdone, nec attendentes nec timentes, que dudum per eundem abbatem in dictis locis fuerunt firmiter et concorditer stabilita, quod quicunque de hominibus istis faceret predicta vel alio se transferet ibidem domicilium contrahendo, quod universa bona illius transgressoris ex tunc forent fisco dicti monasterii publicata. Unde celsitudini vestre humiliter supplicant ac devote, quatinus predicta ordinamenta imperiali auctoritate dignemini

confirmare, dando vicario in mandatis, quatinus in transgressores, ut decet et convenit, procedere aliquatinus non omittat, faciens ipsa ordinamenta a predictis communibus et hominibus de cetero firmiter observari.

Aus authentischer copie von 1247 mai 11 zu Pavia. — Reg. Entius nr. 10 aus versehen mit ind. 6 und zu 1248. — Die klagschrift war nach ihrer fassung an den kaiser gerichtet.

968. *Conrad, erzbischof von Cöln und apostolischer legat, bestätigt die schenkung der pfarrkirche zu Styven durch erzbischof Philipp von Salzburg an das bisthum Seckau. Cöln* ***1249*** *märz* ***23****.*

Conradus dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, Italie archicancellarius, apostolice sedis legatus. Rei quam rectitudinis vigore muniri et sapere equitatem conspicimus libenter, adicimus, ut tenemur adicere, firmitatem, ut inconvulsa permaneat, debiti roboris munimine sicut convenit accedente. Cum igitur, sicut accepimus intimante nobis venerabili in Christo fratri domino Phylippo Salzburgensi electo, ipse compassus gravaminibus et pressuris ecclesie Seccoviensis sue suffraganee, per dei et ecclesie inimicos multis afflicte miseriis et attrite, parrochialem ecclesiam in Styven tunc vacantem ad mensam et subsidium venerabilis fratris Seccoviensis episcopi et suorum successorum duxerit, accedente capituli Salzburgensis consensu et conniventia, pleno iure tradendam, et per dilectum in Christo virum utique venerabilem et discretum, dominum Conradum prepositum ecclesie sancti Gwidonis Spyrensis, tunc temporis in Austrie et Styrie partibus vice nostra de sedis apostolice speciali mandato legationis fungente officio, fuerit, sicut in ipsius litteris plenius continetur, collacio sive donatio huiusmodi confirmata: nos, qni utilitati sancte matris ecclesie et honori semper ex animo, in quantum possimus, intendere cupimus et debemus, ut ceteri ad ipsius devotionem ecclesie eo ferventiori studio excitentur, quo zelatores ipsius iuxta suarum exigentiam necessitatum subsidiis viderint [et] oportunitatibus respici ac foveri, quod per prefatos electum pariter et prepositum nostre auctoritatis vice fungentem provide circa dicte ecclesie collationem factum extitit, ratum habentes in nomine domini auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beati Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Colonie, anno domini m.cc.xlviii.*, x. kal. aprilis.

Aus einem copialbuche des bisthums Seckau, membr. sec. 14, auf dem Iohanneum zu Graz. — Auszug bei (Pusch) Diplomataria Styriae 1, 321 mit 1249: ebenda die angezogenen urkk. des erzbischofs d. d. Pettau 1248 sept. 20 und des legaten Conrad d. d. Wien 1249 feb. 23; das iahr ist demnach nach Cölner zeitrechnung gezählt. — Die urk. ist zu beachten wegen der bedenken gegen nr. 355.

969. *Ecelin von Romano und genannte Veroneser schwören dem markgrafen Ubert Palavicini, generalvicar des reichs vom Lambro abwärts und podesta von Cremona, und der stadt Cremona gegen alle feinde könig Conrads beizustehen. Verona* ***1252*** *märz* ***31****.*

In Christi nomine. Die dominico, ultimo exeunte martio, in Verona, in hora sancti Blasii, in domo habitationis domini Ecelini de Romano; in presentia dominorum Pellegrini abbatis sancti Felicis de Verona, Alexii Mandugavilani iudicis de Padua, Oldorici de Fossalta, Andree de Azenello de Cremona, Viviani de Ardengis de Padua, Iohannis de Gato de Verona testium, et aliorum. Ibique ad honorem imperii et illustris domini regis Conradi

in regem electi et omnium heredum felicis memorie domini Frederici Romanorum imperatoris et omnium fidelium imperii dominus Ecelinus de Romano iuravit ad sancta dei evangelia defendere, manutenere, adiuvare toto suo posse bona fide sine fraude dominum Ubertum marchionem Pellavicinum, capitaneum generalem ab Ambro inferius et potestatem Cremone, et ipsum commune et civitatem Cremone quod modo est, et illos qui modo regunt predictum commune, et specialiter omnes alios, qui hoc sacramento astricti fuerunt, contra omnes eorum inimicos et rebelles imperii et specialiter domini regis Conradi; et quod non faciet cum aliquibus inimicis domini Uberti Pelavicini capitanei generalis ab Ambro inferius et potestatis Cremone, et communis Cremone quod modo est, et eorum qui modo predictum commune regunt, et rebellibus imperii et specialiter domini regis Conradi pacem, concordium seu treguam vel compositionem absque conscientia, voluntate et requisitione atque beneplacito predicti domini Uberti marchionis Pellavicini, capitanei generalis ab Ambro inferius et potestatis Cremone, et predicte civitatis Cremone que modo est, et illorum qui modo regunt predictam civitatem, et aliorum fidelium imperii, qui simile fecerunt sacramentum. Supradictis ita peractis incontinenti dominus Carnarolus de Monticulis, dominus Tassus de Castrorupto, dominus Bonifacius iudex[1] de Scala, dominus Arduinus iudex de Ilasio, dominus Benvenutus iudex de Ilasio, dominus Monferrarius de Castroveteri, dominus Thomasinus de Grezano, dominus Firmus de Cerreta, dominus Novaresius de Castello, dominus Petrus de Bovo, dominus Pecorarius Montisi[2], dominus Iohannes de Zendamo, dominus Bonomus de Widoné Rubeo, dominus Florius de Vetla, dominus Bonaventura de Sancto Vitali, dominus Menapasius de Mesa, et dominus Thomasinus domini Ciche de Orlada[3], omnes predicti de Verona, ad sancta dei evangelia in omnibus et per omnia, ut dominus Ecelinus de Romano iuraverat, pro ut est superius denotatum, corporaliter iuraverunt.

Anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, indictione decima.

Ego Albertinus de magistro Bonaconsa de Bocamedia notarius sacri palatii interfui et rogatus scripsi.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Cremone, A. 71. — Eine zweite abschr. aus derselben quelle hat die abweichungen: — [1] *iudex* fehlt. — [2] *Mancesi.* — [3] *Colada.* — Ebenda B. 43 findet sich die urkunde, wonach zu Padua 1252 apr. 2 in gegenwart cremonesischer gesandten *dominus Ansedisius de Guidotis, sacri imperii a flumine Olei usque Tridentum per totam Marchiam vicarius generalis et Paduanorum potestas*, und genannte Paduaner denselben schwur in durchweg wörtlich übereinstimmender fassung leisten.

970. *Gotfrid von Eppstein bekennt dem Rheinpfalzgrafen Otto wegen der grafschaft in Wied, die er ihm und seinen söhnen zu lehen gegeben hat, als ledigmann verpflichtet zu sein. Heppenheim* ***1252*** *aug.* ***23.***

Universis presens scriptum visuris Gotfridus de Eppensten salutem. Recognosco et hiis meis litteris publice protestor, quod ego illustri principi domino meo Ottoni palatino comiti Reni duci Bawarie racione comecie in Widen, quam olim avunculus noster comes ibidem tenebat, quam etiam mihi et filiis meis iure concessit feodali, sicut idem comes ei de ipsa homagio, et quod vulgariter dicitur ledecman, actenus tenebatur, cum filiis meis semper ero astrictus, et contra suos hostes quoslibet totis viribus ipsi et suis filiis comitibus palatinis fideliter et perpetuo teneor cum ipsis esse paratus. In cuius facti memoriam et debitam firmitatem presentes litteras sigilli mei munimine roboravi.

Datum Heppenheim, x. kal. septembris, anno domini m.cc. quinquagesimo secundo.

Aus dem pfälzischen copialbuche de 1356, bl. 65, zu Carlsruhe. — Der lehnbrief Otto's d. d. 1252 aug. 10 bei Ioannis Spicilegium 282 und Fischer Geschlechtsregister 71; vgl. Wittelsb. Reg. s. 24, wo das über den ort gesagte hienach zu berichtigen. — Der oben erwähnte mütterliche grossvater Gotfrids war graf Theodorich von Wied. 1306 veräusserte Gotfrids enkel Sifrid von Eppstein diesen antheil an der grafschaft Wied um 5400 mark an Ruprecht grafen von Virneburg. Vgl. Wenck Diplomatische Nachrichten 38 und daher Eigenbrod im Darmstädter Archiv 1, 514. B.

971. *Podesta und rath von Padua beschwören das zwischen Ecelin von Romano, Verona, Padua und Vicenza und andern genannten einerseits und markgraf Ubert Palavicini, generalvicar des reichs in Lombardien und herrn von Cremona, Pavia, Piacenza und Vercelli, diesen städten und den markgrafen von Carretto, und Occimiano andererseits gegen ieden, auch den, der sich kaiser oder könig nennt, geschlossene bündniss. Padua 1254 oct. 19.*

In nomine domini dei eterni. Anno eiusdem nativitatis millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, indictione duodecima, die lune, tertiodecimo exeunte octubri; presentibus dominis Osbergerio de Vivario de Vicentia, Bunucio de Cereda Veronensi, Caro de Vicentia, iudicibus et assessoribus domini Ansedisii de Guidotis potestatis Padue, Andrea de Luschis de Vicentia, Guidone filio domini Pandecampi de Maledo de Vicentia, et domino Groto filio olim domini Geri, qui sunt de Tarvixio, et aliis. In pleno et maiori et generali consilio comunis Padue, more solito et loco consueto ad sonum campane et vocibus preconum ibi congregato, dominus Ansedisius de Guidotis, Padue potestas, et omnes infrascripti de dicto consilio universi et singuli unanimiter et in concordia, nemine contradicente, pro se et comuni Padue laudaverunt, confirmaverunt, ratificaverunt et sibi placere dixerunt societatem, promissiones, pacta et iuramenta universa et singula, que domini Prandus de Ruthena iudex de Padua, Fredericus de Scala et Advogarius de Aleardis de Verona, ambaxatores, nuncii, sindici et procuratores illustris domini Ecelini de Romano et civitatum Verone, Padue et Vicentie, procuratorio nomine pro dicto domino Ecelino et pro dictis civitatibus et earum vice et nomine et cuiuslibet earum, et vice et nomine potestatis Tridenti et Tridenti et eius episcopatus et principatus, et Feltri et Belluni et eorum episcopatus sive episcopatuum et principatus, et amicorum domini Ecelini de Romano de Cuniglano et Cenetensi, et illorum de Prata, et domini Tholberti de Camino, et illorum de Porcilis et suorum sequacium de Foroiulii, et amicorum ipsius domini Ecelini de Romano de Tarvisio et Tarvixana; et dominus Ubertus illustris marchio Pelavicinus, sacri imperii in Lombardia vicarius generalis et civitatum Cremone, Papie, Placentie et Verzellarum perpetualis dominus et potestas, pro se ipso et nomine et vice comunium dictarum civitatum et cuiuslibet earum, Cremone videlicet, Papie, Placentie et Verzellarum, et dominus Boñardus de Sisso, potestas Placentie, pro se et comuni Placentie, et ambaxatores, nuncii, sindici et procuratores dictarum civitatum, Cremone videlicet, Papie, Placentie et Verzellarum, et marchionum de Carreto et de Ocimiano pro se et procuratorio nomine dictarum civitatum et personarum et earum vice et nomine, simul et ad invicem promiserunt, iuraverunt et fecerunt de adiuvando, manutenendo et defendendo se ad invicem, et omnia alia universa et singula secundum continentiam instrumentorum factorum unius tenoris in suprascripto millesimo, die dominico, duodecimo iulii, Placentie in ecclesia sancti Savini; unius videlicet scripti per Gerardinum Michaelis notarium de Vicentia et subscripti per Gabrielem de Durno notarium de Papia; alterius vero scripti per dictum Gabrielem et subscripti per Girardinum predictum. Insuper predictus dominus Ansedisius de Guidotis Padue potestas et omnes infrascripti universi et singuli de dicto consilio pro se et comuni Padue solempni

stipulatione premissa promiserunt domino Leonardo de Unboldo civi Cremone, sindico, actori et procuratori comunis Cremone, ut continetur in instrumento sindicarie et procurationis confecto per Gabrielem de Crema notarium in predicto millesimo, die mercurii, sexto exeunte augusto; sindico etiam comunis Placentie, ut continetur in instrumento sindicarie confecto per Iacobum Signarellum notarium in predicto millesimo, die sabati, tertio exeunte augusto; et domino Guilerio Butigelle de Papia sindico et procuratore comunis Papie, ut continetur in instrumento scripto per Albertum Carisium subscripto per Ottonem Bulzeum notarium de Papia in predicto millesimo, die veneris, quartodecimo mensis augusti, pro dicto domino Uberto marchione Pelavicino, sacri imperii in Lombardia vicario generali et civitatum Cremone, Papie, Placentie et Verzellarum perpetuali domino et potestate, et eius vice et nomine, et pro dictis civitatibus procuratorio nomine pro eis et eorum et cuiuslibet earum vice et nomine recipientibus, recipientibus etiam nomine et vice comunis et hominum Verzellarum et dominorum marchionum de Carreto et de Ocimiano; et ad sancta dei evangelia corporaliter iuraverunt pro se et comuni Padue omnia suprascripta et infrascripta universa et singula attendere et observare et adiuvare, manutenere et defendere predictum dominum Ubertum marchionem Pelavicinum, et comune et homines civitatis Cremone et Cremonensis, et comune et homines Placentie et Placentine, et comune et homines Papie et Papiensis, et comune et homines Verzellarum et eius districtus, scilicet illos qui modo tenent et regunt ipsas civitates, et dominos marchiones de Carreto et de Ocimiano perpetuo cum toto posse suo, cum personis et rebus, cum exercitibus et cavalcatis et modis omnibus, quibus fuerit oportunum, contra quamlibet civitatem et civitates et loca, et contra illum, qui imperator aut rex nominaretur et nuncios eius, et contra omnem personam et personas ecclesiasticam et ecclesiasticas, secularem et seculares; et quod hoc toties facient, quoties ab una vel a pluribus de predictis civitatibus seu personis fuerint requisiti, sicut et quando voluerit aut voluerint, petierit aut petierint requisitor aut requisitores per nuncium seu nuncios vel litteras domini Uberti marchionis Pelavicini predicti; et quod non facient nec component nec tractabunt pacem, compositionem, concordiam, treguam vel pactum cum aliquo, qui imperator vel rex nominaretur, vel nunciis eius, nec cum aliquibus civitatibus vel personis ecclesiasticis vel secularibus, quod non sit semper salvum iuramentum predictum de adiuvando, manutenendo et defendendo se ad invicem pro ut superius continetur. — Nomina vero illorum de dicto consilio, qui laudaverunt, promiserunt et iuraverunt, ut superius legitur, sunt hec etc.[1]

Ego Berardus filius Muri sacri imperii notarius his interfui et de mandato illustris viri domini Ansedisii de Guidotis, Paduanorum potestatis, et predictorum de dicto consilio hoc corroboravi et scripsi.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Padue, B. 31. — Ebenda B. 33 und 38 zwei urkk. d. d. Padua 1254 oct. 20, wonach die *cives civitatis Padue de centenario Pontis Molendinorum*, und ebenso die *de centenario Sancti Urbani* denselben schwur leisten. — Ebenda B. 60 und C. Verone, E. 5 urkk. d. d. Padua 1254 iuni 19 und Verona 1254 iuni 29, wodurch die oben im texte genannten drei boten und procuratoren allgemeine vollmacht zum abschlusse irgendwelcher bündnisse für die bezügliche stadt erhalten; danach dürfte der mai 20 erfolgte tod k. Conrads nächste veranlassung des bündnisses gewesen sein. — [1] Folgen die namen.

972. *Conrad, könig von Ierusalem und Sicilien und herzog von Schwaben, überträgt seinem oheim Manfred, fürsten von Tarent, die reichsverwesung Siciliens bis zu seiner mündigkeit. Wasserburg* **1255** *apr.* **20.**

Conradus secundus dei gratia regnorum Ierusalem et Sicilie rex ac dux Suevie.

Notum facimus universis presens privilegium inspecturis, quod cum in pupillari etate constituti regni nostri gubernacula sufficienter gerere nequeamus, ne ob nostre teneritatis infantiam regni nostri Sicilie preclara hereditas rectore aliquo non suffulti incurrere valeat aliqua detrimenta, ut in ipso iustitia vigeat, iura nostra serventur illesa, et status eius pacificus conservetur, deliberato consilio et consideratione diligenti providimus, una cum dominis ducibus Bavarie, dilectis avunculis nostris, aliisque nostris consanguineis, et domina matre nostra, nobili viro Mamfredo principi Tarentino, dilecto patruo nostro, de cuius fide, prudentia et sufficientia plene confisi, balium ipsius regni nostri usque ad nostros puberes annos committimus, ad cuius manus balium ipsum de iure devolvitur, et eius tutele personam nostram committimus, si infra hec tempora regnum nostrum predictum nos contigerit introire. Dantes ei auctoritatem liberam et generalem amministrationem in ipso regno nostro, tam de demaniis nostris omnibus, quam comitatibus, baroniis, possessionibus omnibus, quas ambitus ipsius regni concludit, necnon et massariis, mobilibus, aliis omnibus ad nos spectantibus, quam nos gereremus in eodem regno, si personaliter adessemus. Collationes civitatum, castrorum, feudorum, obligationes, absolutiones, pacta et compositiones, quascunque fecerit, que nos possumus vel potuerimus facere, rata et firma habemus, tamquam si nos ipsi ea personaliter fecissemus, et promittimus semper inviolabiliter observare. Et ut hoc privilegium perpetue robur optineat firmitatis, ipsum sigillo maiestatis nostre pendenti mandavimus communiri.

Data in castro Guassemburch, vicesimo aprelis, terciedecime indictionis.

Nach abschr. von Pertz aus dem Liber Blancus zu Wien. — Reg. Conradin nr. 1.

973. *Machtboten der stadt Marseille erwählen den Alfons könig von Castilien zum römischen kaiser. Segovia* ***1256*** *sept.* ***13.***

In nomine dei. Amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, indictione xiiii., idus septembris. Ad honorem dei et beate Marie semper virginis et omnium sanctorum eius, et ad honorem excellentissimi domini Anfossi dei gracia regis Castillie, Legionis, Gallecie, Sibilie, Cordube, Murcie et Iaheni, nos Petrus Vetulus Albertinus de Lavania iurisperitus et Iohannes magister cives civitatis vicecomitalis Massiliensis, syndici et arbitratores eiusdem civitatis Massiliensis site in imperio et sub imperio Romano, considerantes et attendentes nobilitatem, industriam, strenuitatem, sapienciam et prudenciam, fidem et potenciam et claram famam prefati domini regis, ac ipsum dominum regem esse christianissimum, ac processisse de stirpe imperiali tam Romana et Constantinopolitana quam Yspana; considerantes eciam Romanum imperium diu vacasse, et propterea inter subiectos in christiano populo domino carentes sediciones et guerras multiplices factas esse ac cedes gravissimas et strages hominum ac hereses diversas et pessimas ortas esse, et quod propter vacacionem predictam cultus divinus minuitur et censure et claves ecclesiastice contempnuntur, ac eciam fides inter vasallos et dominos penitus annullatur, per quam status mundi quietus deberet existere, et quod per nullum alium principem respublica Romanorum et imperium Romanum inspectis et consideratis omnibus posset reparari et modo debito regi et iusticia gubernari et conservari, eciam augmentari ad exaltacionem ecclesie et imperii et nominis christiani: nos quippe dicti syndici nomine et vice communis et universitatis hominum dicte civitatis vicecomitalis Massiliensis et gerendo in hac parte utiliter negocium tocius imperii christiani et eius nomine nominamus, volumus, petimus, postulamus et eligimus predictum dominum Anfossum dei gracia regem Castilie, Toleti, Legionis, Gallecie, Sibilie, Cordube, Murcie et Iaheni presentem in imperatorem nostrum, ut de cetero per eum Romanum imperium gu-

bernetur et electionem de ipso per alios factam nomine imperii acceptamus, ratificamus et approbamus, promittentes eidem legitimo Romanorum imperatori adherere, obedire et servire, tam sibi, quam filio eius et heredi in hoc honore succedenti, ac ipsum et imperium pro eo manutenere et defendere et fideles ei existere et omnia et singula, que ad veram fidelitatem spectant, observare, salvis tamen iuribus et convencionibus, que et quas dominus comes et domina comitissa Provincie in civitate Massiliensi et circa eam habent vel habere dignoscuntur. Qui prefatus dominus rex predictam nominacionem, peticionem, postulacionem et electionem recipiens promisit eisdem nomine dicti imperii et civitatis dicte, dictum imperium et iura ipsius consequi et manutenere et fideliter gubernare. Eciam dicti syndici predicta omnia et singula attendere et complere bona fide nomine dicti communis iuraverunt sacrosanctis evangeliis ab ipsis corporaliter manutactis. Et predicta omnia et singula promiserunt se facturos et curaturos, quod consilium civitatis Massiliensis laudet, approbet et suo sigillo pendenti predicta corroberet et confirmet.

Actum Segovie in capella ecclesie cathedralis; in presencia et testimonio domini Sugerii Zamorensis episcopi, fratris Laurencii legati domini pape in Yspania, Iohannis de Sancto Iacobo notarii dicti domini regis, Poncii Catalani, et mei Guilielmi Lurdi notarii publici Massiliensis, qui mandato et iussu dicti domini regis et rogatu dictorum syndicorum de predictis hoc testimonium scripsi signoque meo signavi.

Baumgartner aus gleichzeitiger abschr. im departementalarchive zu Marseille. — Reg. Reichss. nr. 341.

974. *Pabst Alexander IV schreibt dem bischofe von Parma, dass er die gegen das allgemeine wahlverbot für die ehemaligen anhänger kaiser Friedrichs erfolgte wahl des Iohann de Giroldis zum bischofe von Cremona für nichtig erklärt und das bisthum dem Cazaconte verliehen habe, und beauftragt ihn mit weitern massregeln. Anagni* ***1260*** *iuli* ***19****.*

Alexander episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri . . episcopo Parmensi salutem et apostolicam benedictionem. Petitione dilecti filii Cazacomitis Cremonensis electi nobis exhibita, quod ecclesia Cremonensis pastoris solatio destituta, nos nolentes, quod ecclesia ipsa diutius sine presule remaneret, sed de tali persona, cuius studio et prudentia laudabilibus circa spiritualia et temporalia posset auctore deo proficere incrementis, et providere volentes eundem electum tunc capellanum dilecti filii nostri Ottoboni sancti Adriani diaconi cardinalis, cui clara morum et scientie ac vite merita suffragantur et perhibetur testimonium, quod in spiritualibus et temporalibus sit laudabiliter circumspectus, eidem ecclesie de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis prefecimus in episcopum et pastorem, capitulo ipsius ecclesie nostris dantes litteris in mandatis, ut eundem electum admittentes ilariter et honorifice pertractantes sibi tanquam patri et pastori animarum suarum impenderent obedientiam et reverentiam debitam, ac eius salubribus mandatis et monitis efficaciter intendere procurarent. Porro predictum capitulum contra inhibitionem per venerabilem fratrem nostrum G. patriarcham Aquilegensem, tunc in Lombardie partibus apostolice sedis legatum, auctoritate felicis recordationis Innocentii pape predecessoris nostri factam capitulis, conventibus et collegiis civitatum et locorum illorum, que quondam Frederico olim Romanorum imperatori contra Romanam ecclesiam adheserunt, ne aliquem in episcopum vel prelatum eligere attemptarent, Iohannem de Giroldis archidiaconum Cremonensem in eorum episcopum de facto eligere presumpserunt, ac . . abbas monasterii de Cava, Cisterciensis ordinis Cremonensis diocesis, auctoritate capituli

Mediolanensis, ad quod Mediolanensi sede vacante, que tunc vacabat, electionum consumatio celebratarum in ecclesiis ipsius sedis suffraganeis noscitur pertinere, electionem de dicto archidiacono factam temere confirmavit. Propter quod venerabilis frater noster . . Ebredunensis archiepiscopus, tunc in eisdem partibus legationis fungens officio, eosdem archidiaconum et capitulum Cremonensem ab amministratione spiritualium et temporalium, ac predictum capitulum Mediolanense a confirmatione pontificum suspendit usque ad nostre beneplacitum voluntatis; et nichilominus archidiacono et capitulo Cremonensi ac abbati predictis sub officii et beneficii ammissionis pena iniunxit, ut idem abbas personaliter, predicti vero archidiaconus et capitulum Cremonense per procuratores idoneos certo termino nostro se conspectui presentarent, nostris super hoc beneplacitis parituri. Nosque dilecto filio nostro Octaviano sancte Marie in Via lata diacono cardinali negotium huiusmodi duximus committendum. Et licet coram eo pro dictis archidiacono et capitulo Cremonensi quidam procuratores comparuissent in termino supradicto, quia tamen ipsi mandatum sufficiens non habebant, dictus Octavianus cardinalis eis recedendi concessit licentiam et certum prefixit terminum, infra quem prenominatus archidiaconus et canonici Cremonenses coram eo per procuratorem idoneum comparerent. Sed iidem coram ipso comparere in eodem termino contempnentes, prefato electo debitam obedientiam et reverentiam exhibere ac mandatis ipsius intendere contradicunt, eodem archidiacono amministrationi bonorum episcopatus Cremonensis se dampnabiliter ingerente. Quare sepedictus electus nobis humiliter supplicavit, ut providere sibi super hoc paterna sollicitudine curaremus. Cum autem ea, que de apostolice sedis providentia prodeunt, irritari non debeant, quinimmo firmiter observari, nos nolentes ipsorum archidiaconi et canonicorum contumaciam remanere inultam, electionem factam de dicto archidiacono utpote de facto presumptam cassamus, sed potius cassam et irritam nuntiamus, ac in prefatos archidiaconum et canonicos dicte ecclesie Cremonensis excomunicationis ex nunc sententiam promulgamus, et eundem archidiaconum archidiaconatu et prebenda, et eosdem canonicos prebendis ecclesie Cremonensis ac omnibus aliis beneficiis ecclesiasticis, que obtinent, apostolica auctoritate privamus; ita ut nisi prescripti archidiaconus et canonici eundem electnm usque ad octavas nativitatis beate Marie virginis proximo future admiserint, eique tanquam patri et pastori animarum suarum impenderint obedientiam et reverentiam debitam, eius salubribus mandatis et monitis efficaciter intendendo, ex tunc predictam incurrant sententiam, et predictus archidiaconus archidiaconatu, nec non et canonici omnibus officiis, prebendis et beneficiis huiusmodi sint privati. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus predicta omnia et singula prefatis archidiacono et canonicis per te vel per alium intimare procures, significaturus eis, quod ad alia etiam procedemus gravius contra eos, pro ut exegerit contumacia, duritia et indevotio solita eorundem. Quod si forte infra huiusmodi terminum premissa neglexerint adimplere, tu eos excommunicatos et privatos archidiaconatu, prebendis, officiis et beneficiis predictis publice nunties, et ab aliis per omnia loca, in quibus expedire videris, nuntiari facias et ab omnibus arctius evitari.

Datum Anagnie, xiiii. kalendas augusti, pontificatus nostri anno sexto.

Cereda aus dem orig. im capitelsarchive zu Cremona.

975. ***Manfred könig von Sicilien meldet denen von Florenz, dass er den Iordan von Anglone, grafen von San Severino, als seinen generalvicar nach Tuscien gesendet habe. (1260.)***

Manfredus etc. Potestati, consilio et communi Florentie salutem et omne bonum.

Salubre propositum, quod de incremento et statu pacifico civitatis vestre dominus et pater noster imperator Fridericus, inclite recordationis et fame, in claustro sui pectoris revolvebat, assidue recordantes, nos ab eius naturalis sanguinis alveo derivati ipsius laudanda vestigia sequi proponimus [et] successionis ordinem in omnibus imitari. Propter quod ad reformationem et statum pacificum civitatis vestre et totius Tuscie quolibet sollicitudinis [animo] intendentes, ecce Iordanum de Anglone comitem sancti Severini, dilectum consobrinum, familiarem et fidelem nostrum, ad partes ipsas generalem vicarium nostrum duximus destinandum, devotionem vestram requirentes et ortantes attentius, quatenus predictum comitem recipientes ylariter, et figurantes in eo nostre imaginem [persone], eidem in omnibus et singulis, que ad sui vicariatus officium spectare noscuntur, tamquam vicario nostro per nostram celsitudinem ordinato devote et efficaciter parere et intendere studeatis, ut devotionem vestram exinde effectu merito commendare possimus.

Aus hs. sec. 15 der Bibl. Magliabecchiana, cl. 25, nr. 341, zu Florenz. — Das iahr dürfte von B. danach bestimmt sein, dass graf Iordan in der schlacht bei Montaperto 1260 sept. 4 auf seite der Gibellinen die königlichen hülfstruppen führte.

976. *Conrad könig von Ierusalem und Sicilien und herzog von Schwaben bestätigt dem kloster Rotenmünster alle von seinen vorfahren erhaltenen rechte. Rotweil* ***1262*** *aug. (2).*

Cũnradus secundus dei gratia Ierusalem et Sycilie rex, dux Swevie. Feliciter. Amen. Patere volumus tam presentis quam future etatis Cristi fidelibus universis, quod nos omnia iura, que venerabilis abbatissa et ecclesia in Rotenmünster a progenitoribus nostris felicis recordacionis tenuit hucusque, rata habebimus et firma, eaque tenore presentium ac sigilli nostri firmitate roboris confirmamus. Volentes et petentes seriose, ut dictam ecclesiam cum omnibus suis adtinenciis universis ad nostrum dominium pertinentes in suis negociis diligenter[1] studeant promovere.

Datum apud Rotwyl, viii. nonis[2] augusti, anno domini m.cc.lx. secundo, v. indicionis.

Stälin aus einem copialbuche des klosters auf dem staatsarchive zu Stuttgart. — [1] Hs. *diligentibus.* — [2] Es wird entweder *iiii.* oder *idus* zu lesen sein; das erstere wird auch dadurch wahrscheinlicher, dass wir wissen, dass der könig aug. 1 zu Rotweil hof hielt.

977. *Pabst (Urban IV) tadelt den bischof (Eberhard) von Constanz, dass derselbe den Conradin unter seine vormundschaft genommen, und verbietet demselben, für die wahl ienes zum könige irgendwie thätig zu sein.* ***(1262.)***

Papa episcopo Constanciensi.[1] Patens est et cognitum toti orbi, qualiter quondam Fridericus imperator eiusque progenitores et posteri erga matrem ecclesiam se gesserint et qualem ei retribucionem[2] de beneficiis ab ea perceptis impenderint; quoniam hii aliorum persecutorum excedentes tyrannidem gravioribus eam affecerunt iniuriis et oppressionibus durioribus afflixerunt, et velut intendentes in exterminium eius tendentes furoris arcum et feritatis gladium acuentes diris eam [ubilibet] tribulavere flagellis et usque ad interiora profundis illatis vulneribus sauciarunt. Nam in hoc pravo genere patrum in filios cum sanguine derivata malicia sicut carnis propagacione, sic imitacione operum nati successerunt genitoribus. Ex quo liquide perpendi et conici potest, si ex ipso alique posteritatis reliquie remanserunt, quid sperandum sit in futurum de illis, quidve in posterum expectandum. Vita namque et gesta praedecessorum perversa iniquitatem praenunciant successorum[3], nec horribilis eorum memoria quidquam boni de ipsorum posteritate credere vel sperare

permittit, quia de colubro [quidem] egreditur regulus, et arbor mala noxios fructus profert, pravumque principium nunquam pollicetur bonum finem. Et ideo de Chunrado puero nato quondam Chunradi, Friderici filii, est praecavendum omnino, ne ullo modo nec ullo unquam tempore ad Romani culmen imperii sublimetur, quia in ipso procul dubio pro advocato ipsius ecclesie impugnator, et pro defensore assumetur offensor publicus et turbator.[4] Verum quoniam intelleximus, quod tu puerum ipsum, quod non decuit absque licentia sedis apostolice, sub tua tutela et proteccione pro tue assumens libito voluntatis magnis studiis totisque[5] procuras laboribus, ut idem puer ad eiusdem apicem imperii eligatur et ipsius obtineat principatum, nos consideratis tue antique devocionis et fidei meritis, quibus inter ceteros imperii principes ecclesiasticos claruisti, pensatis etiam persecucionibus, angustiis et pressuris, quibus progenitores eiusdem pueri personas et ecclesias tuas multipliciter vexaverunt, dignam utique ac iustam de hoc ammiracionem in mente concepimus, cum in eisdem progenitoribus perpendisse debueris, quid de ipso puero posses, si solium imperiale conscenderet, expectare. Volumus igitur et fraternitatem tuam monemus et hortamur ac[6] per apostolica scripta tibi[7] in virtute obediencie et sub pena suspensionis et excommunicacionis, quas exnunc in te proferimus et quas eo ipso te incurrere volumus, si contra huiusmodi nostrum preceptum venire temptaveris, districte precipiendo mandantes, quatenus nullo unquam tempore procures per te vel per alium, quod idem Chunradus puer in regem vel imperatorem eligatur, nominetur vel quomodolibet assumatur, nullamque ad hoc opem impendas vel operam, quin immo eius eleccionem, nominacionem, si de illa tractari contingerit, toto posse impedire procures; sub eademque pena tibi auctoritate apostolica prohibemus, ne ipsi Chunrado circa occupacionem aliquarum terrarum ad Romanum imperium pertinencium consilio, auxilio vel favore quoquomodo assistere praesumas, attencius provisurus, ne tibi de ludo[8] ipso contingat, quod ei, qui serpentem in sinu, ignem in gremio et murem in pera nutrivit, contingere consuevit.

Wilhelm Schmidt aus der hs. 490 (phil. 61) bl. 61 auf der hofbibliothek zu Wien; vgl. mit hs. 590 (phil. 305) bl. 55 ebenda, welche die ergänzten worte und folgende abweichungen hat: — [1] *Urbanus episcopus etc. C. episcopo etc.* — [2] *tribulationem.* — [3] *successoris.* — [4] *publ. et t.* fehlt. — [5] *cunctisque.* — [6] *attente.* — [7] fehlt. — [8] *puero.* — Ist Urban IV aussteller, wie die eine hs. angibt und auch keinem bedenken unterliegt, so ist der brief zwischen 1261 aug. 29 und 1264 oct. 2 geschrieben. Für 1262 spricht, dass damals eine wahl Conrads bestimmter in aussicht genommen war; vgl. Reg. Päbste nr. 173; dass weiter in diesem iahre Conradin länger zu Constanz beim bischofe gewesen zu sein scheint. Vgl. Reg. Conradin zu 1262 aug. bis oct.

978. *Pabst Urban IV entbindet den erzbischof (Engelbert) von Cöln von allen in folge seiner gefangennahme durch die bürger von Cöln eingegangenen eidlichen verpflichtungen. Orvieto* ***1264*** *märz 8.*

Archiepiscopo Coloniensi. Coloniensium civium nimis effrenata temeritas non solum fidelitatis debitum, quo tibi et ecclesie Coloniensi tenentur, observancie cultura non colens, verum eciam reverencie filialis officium inofficiose preteriens et ab omni prorsus lege racionis abhorrens, ad nostrum delata nuper auditum horroris materiam audientibus attulit et causam nimirum multe turbacionis ingessit de presumptis in te per eos inaudite presumpcionis excessibus, nobis et fratribus nostris pacienti compaciendum suggerens et in eo presertim excedentibus condolendum, quod ipsi cum gravi animarum suarum periculo se gravibus irretierunt ignominiose, resperserunt prodicionis infamia et facies suas tante note ignominia repleverunt. Sicut enim habet communis circa predicta relacio, cum tu in archiepiscopali Coloniensi palacio inopinati non previdens casus eventum, quem eventurum nullius

hactenus exempli similitudo predixerat, cuiusque tibi coniecturam nulla contra te civium ipsorum aperta turbacio seu quevis diffidacio vel tua erga ipsos demerita indicebant, more solito imminentibus tibi vacans negociis morareris, cives ipsi et nonnulli sequaces eorun te spiritualem ipsorum patrem et temporalem dominum persequentes, spiritu concitati nequicie ac diabolico furore commoti deique timore postposito et debite fidelitatis federe violato, in dictum palacium, licet multe inmunitatis privilegio ut dicitur insignitum, invasione temeraria subito venientes in personam tuam sacrilegas manus inicere teque ausu nephario capere captumque ac contumeliis probrosis affectum et probris contumeliosis illusum veluti reum mortis deducere per plateas et demum in quadam turri captivum, nobili viri domino de Falkember[g] germano tuo in augmentum sceleris nichilominus captivato, tam diu sub arta detinere custodia presumpserunt, donec prestitisti corporaliter iuramentum, quod super hiis per te vel per alium querimoniam non deponeres contra eos, nec aliquid ipsis propterea gravamen inferres vel procurares inferri, quinimmo ad ipsorum absolucionem pro posse tuo fideliter laborares. Nos igitur qui fratrum et coepiscoporum nostrorum offensas proprias reputamus, illatas tibi tam graves, tam atroces et enormes iniurias non tam in tuum opprobrium, quam in illius contemptum cadere, qui evangelica veritate testante se in suis ministris recipi testatur et sperni, nec minus in predicte Coloniensis ecclesie ac ecclesiastice libertatis grande dispendium vergere non indigne pensantes, ac volentes propterea, frater, inductum contra hec iusiurandi vinculum, quo te detentus in carcere, ut predicitur, obligasti, de apostolice dissolvere plenitudine potestatis: te ab huiusmodi iuramento, quo tam grandi malefactorum astutia diceris obligatus, ut eo non obstante ius tuum persequi ac iniuriam in te ipsi ecclesie tue illatam ulcisci libere valeas, sicut huiusmodi iuramento non prestito id licite facere potuisses, nec propterea reatum periurii seu quamvis infamie notam incurras, cum trahi non debeat ad coacte voluntatis opprobrium, quod illicita conditio necessitatis extorsit, auctoritate presentium duximus absolvendum. Ceterum quia nonnulli presbyteri et clerici Colonienses, predictorum excessuum non ignari, coram prefatis sacrilegis scienter presumpserunt et presumunt celebrare divina, ne ipsorum insolentia remaneat impunita, volumus quod tam auctoritate nostra, quam tua contra eos officii tui debitum exequaris.

Datum apud Urbem veterem, viii. idus martii.

Ficker aus hs. sec. 14 der Bibl. Vallicelliana, C. 49, bl. 149 zu Rom. — Das ende gedr. bei Raynald ad 1264 § 41. — Reg. Päbste nr. 184.

979. *Pabst Urban IV löst die bischöfe (Heinrich) von Lüttich, (Gerhard) von Münster und andere von den bei der lösung des erzbischofs von Cöln aus der gefangenschaft gegebenen eidlichen versprechungen. (Orvieto 1264 märz.)*

Episcopo Leodiensi. Coloniensium civium etc.[1] — — captivato detinere sub arta custodia presumpserunt. Cumque hoc ad tuam noticiam pervenisset, tu ad eundem archiepiscopum metropolitanum tuum gerens debite compassionis affectum, te personaliter, sicut accepimus, Coloniam trantulisti et ibi, venerabili fratre nostro Monasteriensi episcopo ac nobili viro duce Luczeburgensi et comite Guelrensi ac pluribus aliis convocatis, circa liberacionem eiusdem archiepiscopi una cum eis sollicitos impendisti labores. Verum malefactorum duricies ad eundem archiepiscopum liberandum aliquibus persuasionibus molliri vel inclinari non potuit, donec archiepiscopus ipse prestitit corporaliter iuramentum, quod super hiis per se vel per alium querelam non deponeret contra eos nec ob id aliquid ipsis gravamen inferret vel procuraret inferri, quinimmo pro ipsorum absolucione fideliter labo-

raret. Te quoque nichilominus et episcopum ipsum ac nobiles predictos et alios oportuit urgente huiusmodi necessitate iurare, quod si prefatus archiepiscopus ea, que iureiurando promiserit, non servaret, vos contra ipsum eisdem civibus totis asistere viribus deberetis, vos ad id per patentes vestras litteras et cauciones alias obligando, ad quod prefatus dominus de Falkember[g] se dicitur similiter obligasse. Nos igitur, qui fratrum et coepiscoporum etc.[1] — — ad absolvendum. Unde cum eidem archiepiscopo ad ius huiusmodi prosequendum et dictam ecclesie sue iniuriam ulciscendam iuxta prescriptam formam procedere liceat, propter quod fore constat illicitum, si forsan tu et predicti episcopus et nobiles pretextu iuramenti, caucionum et obligacionum super hoc prestitorum a vobis assisteretis memoratis sacrilegis contra dictum archiepiscopum ius et iniuriam huiusmodi prosequentem, nos volentes memorate Coloniensi ecclesie specialiter ac vobis nichilominus salubri super hoc consilio providere, te ac episcopum et nobiles prefatos a predictis iuramentis per vos prestitis, ut eis, nec non et caucionibus ac obligacionibus antedictis, quas ex officii nostri debito cassamus et nullius decernimus existere firmitatis, nequaquam obstantibus civibus memoratis contra dictum archiepiscopum assistere in premissis minime teneamini, presencium auctoritate duximus absolvendos; nichilominus tibi et eisdem episcopo ac nobilibus sub pena excommunicacionis districtius inhibentes, ne civibus ipsis in premissis quomolibet assistere presumatis.

Ficker aus hs. sec. 14 der Bibl. Vallicelliana, C. 49, bl. 149 zu Rom. — [1] Mutandis mutatis übereinstimmend mit nr. 978.

980. *Manfred, könig von Sicilien, befiehlt wiederholt dem pfalzgrafen Guido Novellus, generalvicar von Tuscien, mit aller macht gegen Rom vorzurücken, wohin auch er zur sicher gehofften besiegung des grafen (Carl) von Provence aufzubrechen bereit sei. Bei Benevent* ***1265*** *iuni* ***7****.*

Guido Novellus dei gracia comes in Tuscia palatinus, regius vicarius generalis. Nobilibus et prudentibus viris potestati, consilio et communi sancti Miniatis, domini regis fidelibus, amicis suis salutem et amorem sincerum. Nuper a sacra regia maiestate litteras recepimus in hac forma: — Manfredus dei gracia rex Sicilie. Guidoni Novello comiti palatino, vicario in Tuscia generali, dilecto sororio, familiari et fideli suo, graciam suam et bonam voluntatem. Pluries[1] tibi per inculcatas litteras scripsisse recolimus, ut cum toto exfortio tuo et iurisditionis tibi decrete versus Urbem instanter et potenter accederes, una nobiscum de emulo nostro comite Provincie, qui in terra ipsa velud avis in cavea est reclusus, oblate nobis victorie et poculum cautnm gloriose et laudabiliter recepturus. Et quia nos cum magnifico et potenti exercitu contra emulum nostrum robusto pectore et cum omni celeritate procedimus, et adhuc de predicto adventu tuo, quem huiusmodi parate nobis victorie omnino volumus particione non carere, certitudinem aliquam non habemus: dilectioni tue precipimus firmiter et mandamus, ut si unquam exaltationem nostram et finale exterminium predicti emuli nostri desideras, tu cum omnibus illis, qui bonum nostrum tenentur diligere, ad partes Urbis cum magnifico exercitu accedere [non] postponas, significaturus nobis statim, quomodo et quando te venire contingerit, quia nos indubitanter tuum et aliorum nostrorum fidelium et devotorum amicorum presidium exspectantes, versus partes Urbis continuatis dietis felicibus auspiciis dirigimus gressus nostros, de predicto emulo nostro, sicut nobis firmiter promittitur, oblaturi victoriam.

Data in campis prope Beneventum, vii. iunii, viii. indictione.

Aus hs. sec. 15 der Bibl. Magliabecchiana, cl. 25 nr. 341, zu Florenz. — [1] Hs. *plures*.

981. *Carl könig von Sicilien meldet dem pabste Clemens IV die auffindung und bestattung der leiche könig Manfreds. (Benevent* ***1266*** *märz.)*

Triumphum michi concessum celitus de Manfredo hoste publico apud Beneventum, nuper memini sanctitati vestre meis litteris declarasse. Verum quia invalescenti verbo de casu eiusdem hostis in conflictu investigari feci in campo inter corpora mortuorum pro eo, quod nullus rumor ipsum Manfridum ad locum aliquem predicabat fuge auxilio pervenisse, contigit, quod die dominica xxviii. februarii corpus eius inventum est, nudum penitus inter cadavera peremtorum. Ne ergo error in tanto sibi negocio [locum] vendicaret, Riccardo comiti Casertano fideli nostro, Iordano et Bartholomeo olim dictis comitibus, et fratribus eorum, aliisque, [qui] eum familiariter noverant et tractaverant dum vivebat, ostendi feci. Qui cognoscentes corpus predictum ipsum esse olim Manfridum preter omne dubium communiter asserebant. Ideoque naturali pietate inductus, corpus ipsum cum quadam honorificencia sepulture non ecclesiastice tradi feci. Datum etc.

Aus einer sicilischen chronik in hs. sec. 15 der Bibl. Vatic. Vat. 6206 zu Rom. Es geht vorher der bei Raynald ad 1266 § 12 besser gedruckte bericht des königs über die schlacht, hier vollständig datirt: *Data Beneventi, xxvii. februarii, regni mei anno primo,* worauf mit der einführung: *Idem Karolus domino summo pontifici scripsit de morte dicti regis Manfredi,* obiges schreiben folgt.

982. *Otakar könig von Böhmen verspricht die bürger von Eger bei ihren vom römischen reiche hergebrachten freiheiten zu erhalten und ihnen ihre lehen zu belassen und gewährt ihnen zollfreiheit in allen seinen gebieten. Eger* ***1266*** *mai 4.*

In nomine domini. Amen. Nos Ottakus* dei gratia Boemorum ‖ rex, dux Austrie et Stirie ac marchio Moravie, omnibus imperpetuum. Ad memoriam gestorum regalium ‖ exemptis calumpniarum quarumlibet schrupulis perpetuo observandam expedit, ut eadem iuxta consue‖tudinem approbatam antiquitus et inductam scripturarum vocabulis mancipentur. Hinc est, quod scire volumus universos et singulos, tam posteros quam presentes, quod fidelibus nostris, civibus Egrensibus universis, omnes libertates et iura, quibus temporibus inclite recordationis imperatorum regumque Romanorum et actenus sunt gavisi, que et possunt rationabiliter edocere, inmutabilia volumus conservare. Item infeudationes ipsis civibus factas titulo infeudationis quocumque per imperatores *reges Romanos, palatinum Rheni comitem Lodwicum, et Chunradinum filium regis Chunradi, eisdem inmutatas conservabimus et intactas. Item dictos cives nostros gratia speciali ipsis facta per nos, videlicet quod per regnum nostrum et omnium terrarum nostrarum districtus cum suis mercimoniis quibuscunque sine theloneorum et mutarum solutionibus et exactionibus libere debeant pertransire, volumus libere congaudere. Item thelonea statuta indebite ac de novo, pariter et conductus, pronuncianus irrita atque cassa. Et ut premissa singula robur perpetue teneant firmitatis, et ne infringi valeant in aliqua sui parte, presens scriptum privilegii sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri.

Actum in Egra, anno domini m.cc.lx. sexto, ix. indictione, testibus qui presentes hiis aderant annotatis: Ierossio de Wzperch, Zmielone de Luhtenburch, Ierozlao fratre Galli, Andrea camerario, Ulrico de Nova domo camerario, Gallo pincerna et aliis pluribus fide dignis.

Datum ibidem iiii. non. madii, per manus magistri Petri venerabilis prepositi Wissegradensis, regni nostri cancellarii, regni nostri anno quinto.

Aus dem orig. zu Eger. Siegel hängt. — Reg. Otak. s. 441.

983. *Conrad könig von Ierusalem und Sicilien, herzog von Schwaben, bekundet, dass Rudolf von Klingenstein und dessen söhne die eigenschaft genannter besitzungen dem kloster zu Söflingen durch seine hand übertragen haben. Fridberg (bei Augsburg)* ***1267*** *märz* ***24.***

Chonradus secundus dei gracia Ierusalem et Sicilie rex, dux Suevie. Tenore presencium profitemur ‖ et constare volumus universis, tam presentibus quam futuris, quod dilecti fideles nostri Rudolfus ‖ de Chlinginstayn, Wernherius et Hainricus filii sui, omnem prorietatem bonorum suorum, que ‖ habebant Gremhaym, Swenningen et Sevelingen, in remedium et memoriam animarum suarum et suorum progenitorum cenobio ordinis sanctimonialium et* sancte Clare in Sevelingen contulerunt et tradiderunt voluntate propria per manum nostram proprietatis titulo libere ac perpetuo possidendam.

Huius donationis testes sunt: Lodvicus inclitus comes palatinus Rehni* dux Bawarie, Hermannus avunculus noster, B. de Nyfen, Hermannus de Hagniberch, Ch. de Haldinberch, S. de Mindilberch, Heinricus de Ysoltisriete, et alii quam plures. In cuius rei testimonium presentem paginam scribi iussimus et sigilli nostri munimine roborari.

Datum apud Frideberch, anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, nono kalend. aprilis, decime indictionis.

Aus dem orig. zu Stuttgart. Siegel abgefallen. — Reg. Conradin nr. 40.

984. *Pabst Clemens IV bestätigt die eingerückten satzungen der durch seine boten zu Cremona gegründeten genossenschaft des friedens und des glaubens und des durch seine boten den parteien auferlegten friedens. Viterbo* ***1267*** *märz* ***31.***

Clemens episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis magistris Bernardo de Castineto et Bartholomeo abbati de Trebis capellanis nostris, nec non capitaneis, confalonariis, sapientibus et omnibus de consortio Cremonensi salutem et apostolicam benedictionem. Speramus a domino factum esse, qui corda fidelium sui spiritus illustratione fecundat, quod mentes vestras ad ipsum tamquam benedictionis filii dirigentes in civitate Cremonensi consortium pacis et fidei statuistis, per quod ibidem fidei catholice cultus vigoris incrementa suscipiet, eadem civitas, que dissensione fluctuavit intestina diutius, divina favente clementia statum pacificum obtinebit. Huiusmodi quoque consortium per capitula distincta formatum vos filii capitanei, confanonarii, sapientes et alii servare perpetuo promisistis, astringendo vos ad hoc corporalibus iuramentis, pro ut in litteris inde confectis plenius continetur. Cupientes igitur ut opus tam fructuosum et utile robur obtineat perpetue firmitatis, predictum consortium et omnia, que in serie continentur ipsius, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem predictarum litterarum de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, qui talis est:

Ad reprimendas fallaces vulpecularum astutias, que vineam domini sabahot subdolis machinationibus destruere moliuntur, quandam ficte sanctitatis speciem ex operibus, que fundamento recte et catholice carent fidei, non sine fermento ypocrisis pretendendo, ut licentius sui perversi dogmatis virus effundere valeant in rudis semplicitatis homines et eos, qui nondum plenam instructionem vere fidei susceperint, incitari debet mens et intentio cunctorum fidelium, ut invocato auxilio desuper illius, qui regit in virga ferrea, si omni errore deposito ad cognitionem ipsius et cultum vere fidei suos animos non informent et a sua insania resipiscant, tunc seducti nefandis suasionibus humani generis inimici tamquam

vas figuli confringantur et ut platearum lutum fetidum deleantur. Quapropter nos magister Bernardus de Casteneto canonicus Aurelianensis et Bartholomeus abbas sancti Theodori de Trebis, domini pape capellani et nuncii, de religiosorum virorum consilio et communis Cremone expresso consensu cum dei omnipotentis auxilio, confisi de intercessionibus virginis gloriose, ordinamus ad ipsius dei et predicte virginis laudem [et] gloriam, et honorem domini nostri Clementis pape iiii. et sancte Romane ecclesie et augmentum cultus fidei christiane, in civitate Cremone quoddam consortium, quod cognominetur Consortium Fidei et Pacis, quod consortium cum dei adiutorio perpetuis temporibus perseveret. Erit autem omnium et singulorum dicti consortii officium principale persequi et comprehendere hereticos, credentes eorum, receptatores, defensores et quocumque modo fautores omnes et singulos, quocumque nomine censeantur, in civitate et districtu Cremone iuxta formam iuramenti, quod prestabunt dicti consortii singuli, inferius annotatam. Erit et eorundem officium civitatem et districtum Cremone conservare in devotione et obedientia sancte Romane ecclesie et domini nostri summi pontificis et suorum successorum canonice electorum; nec non et resistendi quibuscumque volentibus facere in civitate et districtu predictis seditionem seu tumultum, aut pacem infringere in aliquo auctoritate sedis apostolice reformatam aut etiam reformandam; et in omnibus premissis et aliis, que spectent ad bonum regimen, dare potestati, que pro tempore fuerit, indefesse consilium, auxilium et favorem. Sane in predicto consortio non recipientur, nisi viri catholici et qui bonum statum sue desiderent civitatis. Et si forsan aliquis recipi peteret, qui esset de crimine notatus haeresis etiam vel suspectus, non recipiatur ad illud, antequam se purgaverit ad notitiam inquisitorum seu inquisitoris heretice pravitatis eiusdem, qui a sede apostolica pro tempore sunt deputati, aut ad eorundem inquisitorum seu inquisitoris notitiam pro predicto crimine cum omni mansuetudine penitentiam egerit salutarem. Omnes autem et singuli prefati consortii potestati civitatis Cremone, ut alii Cremonenses cives, suberunt secundum deum et iustitiam et dicte sue civitatis statum pacificum et tranquillum. Regetur autem dictum consortium per viginti quatuor capitaneos, scilicet sex per portam, et octo confanonarios, scilicet duos per portam, viros catholicos bene et laudabilis opinionis, qui de ipso consortio presentibus et consentientibus . . priore fratrum predicatorum et . . custode fratrum minorum vel guardiano, si custos absens fuerit, qui pro tempore fuerit, quolibet anno ad dictum regimen cum omni paritate in kalendis martii eligentur. Totum vero predictum consortium et dicti capitanei et confanonarii facient et disponent in factis maioribus, que fuerint ordinanda et disponenda, et cum fratrum predictorum consilio et assensu. Si autem aliquis dicti consortii aliquo tempore inventus fuerit hereticorum cuiuscumque secte credens, fautor seu defensor, receptator aut quocumque modo adiutor, incontinenti cum hoc per inquisitorem seu inquisitores, qui pro tempore fuerint a sede apostolica deputati, dictis capitaneis et confanonariis extiterit nunciatum et per eos dicto consortio, omnes et singuli cum potestate, qui similiter pro tempore fuerit, facient et curabunt, quod ille quicumque fuerit bonis omnibus spoliatus sine spe venie damnatione perpetui exilii percellatur. Ordinamus etiam, quod si aliquis dicti consortii rixas cum quibuscumque vicinis suis vel alio ausu temerario presumpserit suscitare in civitate vel districtu Cremone, si omni morositate explosa se de hoc ad notitiam dictorum fratrum et omnimodam voluntatem neglexerit emendare, vel tumultum seu seditionem fecerit, et hoc sufficienter fuerit dilucidis probationibus declaratum, ab ipso consortio illico in perpetuum expellatur, et per potestatem communis aliter etiam puniatur, ut de sapientium consilio rationabiliter videbitur puniendus. Nolumus enim, ut qui presunt aliis a tumultibus, rumoribus et iniuriis cohercendis, actores fiant eorum, que in

se videntur et aliis ex solo consortii participio reprobasse. Veniunt insuper omnes et singuli dicti consortii sine armis ad sonum campane magne turratii ter ad tractum corde pulsantis ad plenam plateam communis; et cum armis, quoties dicta campana pulsabitur ad martellum, nisi ex causa legittima fuerint impediti. Iurabunt autem omnes et singuli, cum volunt dicto aggregari consortio, in hunc modum: — Ego iuro ad hec sancta dei evangelia, que manibus meis teneo, dum vixero rectam fidem et catholicam, quam sancta Romana ecclesia credit et predicat, manutenere et defendere, quandiu vixero toto posse hereticos, quocumque nomine censeantur, et eorum credentes, receptatores, fautores, adiutores, defensores quocumque modo persequi, et perfectos hereticos capere iuxta posse et ad capiendum, ubicumque fuero, prebere consilium et auxilium et favorem in tota civitate et districtu Cremone. Inquisitori seu inquisitoribus pravitatis heretice, qui pro tempore fuerint a sede apostolica deputati, assistam corde, sermone et opere, pro ut melius et ferventius potero et dominus ministrabit, ut inquisitionis officium libere et sine impedimento aliquo fiat perpetuo contra hereticos, credentes, receptatores, fautores, adiutores, defensores eorum et omnes alios fidei catholice adversantes, et quod in eis omnibus et singulis puniendis serventur per omnia statuta, ordinamenta, constitutiones canonice et imperiales promulgate vel promulgande, que sunt vel fuerint a sede apostolica approbate. Iuro etiam, quod iuxta meum posse faciam et curabo, quod civitas et districtus Cremone sit perpetuo in devotione et obedientia sancte Romane ecclesie et domini Clementis pape iiii. et suorum successorum canonice electorum, et quod a dicta devotione et obedientia predicte civitatis et districtus aliquis non discedat; et quod pax et pacis reformatio servetur perpetuo in dictis civitate et districtu Cremone, secundum quod auctoritate sedis apostolice est vel fuerit ordinatum, et quod resistam quibuscumque volentibus facere in predicta civitate et districtu seditionem et tumultum, aut pacem in aliquo infringere antedictam; et in omnibus predictis et aliis, que spectant ad bonum regimen, dare potestati, que pro tempore fuerit, consilium, auxilium et favorem; et quod capitaneis et confanonariis predicti consortii, qui pro tempore fuerint, obedientiam [faciam] maxime in hiis, in quibus prioris fratrum predicatorum et custodis vel guardiani fratrum minorum de Cremona, qui pro tempore fuerint, prefati consilium habuerint et assensum. Veniam etiam cum armis et sine armis ad sonum campane, iuxta quod ordinatum est, quoties opus erit. Et quod in premissis et eorum quolibet faciendo, manutenendo, complendo et ut compleatur curando servabo tantum equitatem et iustitiam, omnem etiam specialem favorem et dilectionem deponam [et] odium et rancorem in eis omnibus predictis et singulis observandis. Et quod clerus sua debita gaudeat libertate. Iuro etiam, quod si quis in isto consortio per inquisitorem seu inquisitores heretice pravitatis a sede apostolica deputatos seu etiam deputandos detectus fuerit esse hereticorum cuiuscunque secte, quocumque nomine censeantur, credens, receptor, fautor aut quocumque modo adiutor, faciam et curabo, quod a dicto consortio exterminetur omnino; et quod potestas Cremone, qui pro tempore fuerit, eum bonis omnibus spoliatum sine spe venie perpetui exilii damnatione percellat, reservata ipsis inquisitoribus vel inquisitori potestate iuxta suum arbitrium eum ulterius, secundum quod ei visum fuerit, puniendi. Iuro etiam, quod nunquam secundum meum posse permittam, quod in civitate vel districtu Cremone fiant alia nova consortia vel societates vel communitates gentium aliquarum, nisi esset pars istius consortii et ei subessent, quod solum locum habeat in diocesi et districtu; vel quod novum dominium fiat aut detur alicui. Et quod legatis et nunciis sedis apostolice presentibus et futuris obediam et eis dabo auxilium, consilium et favorem viribus indefessis in hiis, quibus ab ipsis vel eorum aliquo fuerim requisitus. Et quod non permittam secun-

dum posse meum, quod aliquo tempore fiant statuta seu ordinamenta aliqua in civitate et districtu Cremone contra ecclesiasticum libertatem; faciam etiam et curabo, quod facta iam, si que talia poterint reperiri, de capitularibus civitatis Cremone penitus deleantur; et quod iuxta ordinationem venerabilium virorum dominorum magistri Bernardi de Casteneto canonici Aurelianensis et Bartholomei abbatis de Trebis, domini pape capellanorum et sedis apostolice nunciorum, perseveret perpetuis temporibus et regatur, salva in omnibus addendi, diminuendi et mutandi sedis apostolice et sancte Romane ecclesie voluntate; in hiis vero, que ad officium inquisitionis pertinent, parebo inquisitori seu inquisitoribus heretice pravitatis in perpetuum et futuris temporibus, nullo domini episcopi Cremonensis vel alterius consilio expectato. Iuro etiam, quod faciam et curabo, quod prefata omnia per singulos dicti consortii post electionem capitaneorum, confanonariorum et sapientium annis singulis solemniter promittantur corporali prestito iuramento. Iuro insuper, quod ad domum aliquam alicuius ad congregandum non veniam cum armis aut sine armis, vel conveniam cum quibuscumque in plateam aliquam sive stratam aut porticum pro parte vel occasione partis aut in partis favorem, nec parti alicui plus intendam, sed equus ero omnibus omni parte et partis favore dimissis, et ad statum totius communis solum intendam. Et quod non faciam aliquo tempore iuramentum aliquod, quod obviet in aliquo ad omnia vel singula antedicta. Et si rumor vel tumultus fiat per aliquos, contrarius illis ero, et incontinenti cum insonuerit omnibus aliis dimissis negotiis ad plateam communis veniam ad faciendum, quod capitanei et confanonarii dicti consortii duxerint cum debito consilio ordinandum. Quod si contrarium fecero in solidum vel pro parte, ex nunc volo et assentio, si per capitaneos et confanonarios tertio requisitus de hoc, in quo me contigisset pecasse, ad eorum notitiam negligerem emendare, bonis meis omnibus sine spe venie spoliari et sicut proditor dei et sancte Romane ecclesie, patrie proprieque subversor per potestatem communis sine excusatione aliqua condemnari. — Capitanei, confanunarii et sapientes cum electi fuerint coram toto consortio sic iurabunt: — Ego iuro ad sancta dei evangelia, que manibus meis teneo, bene et fideliter regere consortium istum et ordinare et disponere omnia et singula, magna, que fuerint disponenda, cum prioris fratrum predicatorum et custodis fratrum minorum de Cremona vel guardiani, si custos absens fuerit, consilio et assensu, [et consilio] inquisitoris seu inquisitorum, qui sunt vel qui pro tempore fuerint heretice pravitatis a sede apostolica deputati, in hiis que spectant ad inquisitionis officium. Iuro etiam, quod faciam et curabo, quod circa regimen dicti consortii per omnia observetur ordinatio facta per venerabiles viros magistrum Bernardum de Castaneto canonicum Aurelianensem et Bartholomeum abbatem de Trebis, domini pape capellanos et nuncios, et quod iuxta posse meum faciam et curabo, quod omnes et singuli dicti consortii faciant et observent, quicquid secundum dictorum dominorum ordinationem promiserunt et iuraverunt se perpetuo servaturos, salva in omnibus summi pontificis et sancte Romane ecclesie voluntate.

In nomine domini nostri Ieshu Christi et beate Marie virginis matris eius, ad honorem ipsius et sancte Romane ecclesie et domini Clementis pape iiii. et civitatis Cremone statum pacificum et tranquillum. Nos magister Bernardus de Castaneto canonicus Aurelianensis et Barholomeus abbas sancti Theodori de Trebis, domini pape capellani et nuncii, dicimus et ordinamus auctoritate domini pape, qua fungimur in hac parte, quod omnes confinati civitatis et dioecesis Cremonensis ad loca sua libere et sine impedimento aliquo revertantur; salvo quod in suo primo ingressu, qui de civitate erunt, ad nos veniant daturi nobis super pace servanda, que per nos fuerit auctoritate sedis apostolice ordinata, sub pena quam voluerimus idoneam cautionem; et illi, qui erunt districtus, illud idem faciant,

cum per nos fuerint requisiti. Ordinamus etiam, quod omnes carcerati Cremonenses, ubicumque detineantur in civitate vel districtu Cremone, [qui] pro parte vel occasione partis sunt capti, libere sine impedimento aliquo a carceribus liberentur; sic quod cum liberati erunt, qui extra civitatem manebant, non ingrediantur civitatem, nisi de nostra licentia speciali et ad nostram voluntatem pro pace servanda obsidibus a se datis; dent insuper nobis in primo suo ingressu [pro] pace servanda sub pena, qua voluerimus, idoneam cautionem. Bannitorum vero banna omnium, qui pro parte vel occasione partis banniti sunt, exceptis eis, qui treguam per nos indictam invenientur rupisse, cassamus, annullamus et nullius esse momenti et valoris deinceps penitus nunciamus; volentes quod ad civitatem Cremone minime revertantur, nisi de nostra licentia speciali et ad nostram voluntatem pro pace servanda obsidibus a se datis; qui dent nobis etiam in primo suo ingressu pro pace servanda sub pena, quam voluerimus, idoneam cautionem; eorum tamen uxores et familie et liberi masculi a quindecim annis et infra ac femine cuiuscumque etatis deinceps quandocumque voluerint ad civitatem libere revertantur. Et determinando predicta dicimus, quod confinati, carcerati et banniti veniant, cum venient, sine forensibus et sine rumore et armis, non simul sed divisim, et bini aut tres vel quatuor ad plus simul; et quod dicti carcerati et banniti in primo suo adventu prestatis nobis cautionibus supradictis veniant ad potestatem communis iuraturi sua et communis mandata. Et volumus et mandamus, quod ab hac hora in antea sit inter vos intrinsecos et omnes confinatos, carceratos ac bannitos predictos bona ac perpetua pax et unitas voluntatem. Damna data in personis et possessionibus et personarum iniurias omnia remittimus hinc et inde; de mobilibus et debitis dictis carceratis et bannitis ablatis in nobis retinemus cum omni moderatione ordinandum. Hec omnia ordinamus, volumus et mandamus ab utraque parte servari in virtute prestiti iuramenti et sub pena viginti milium marcharum argenti, salva domini nostri summi pontificis et sancte Romane ecclesie voluntate. Que reformatio fuit post recitationem illico approbata per omnes Cremonenses congregatos in platea communis ad arengum seu publicum parlamentum.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Data Viterbii, ii. kalendas aprilis, pontificatus nostri anno tertio.

Cereda aus dem archive zu Cremona, I. 45.

985. *Die von Cremona bestellen einen bevollmächtigten, um nach anordnung genannter boten des pabstes mit den Mailändern und ihren andern feinden den frieden abzuschliessen. Cremona* ***1267*** *apr.* **28.**

In Christi nomine. Amen. In pleno et generali consilio super palatio veteri communis Cremone ad sonum campane et voces preconum more solito congregato. Nobilis vir dominus Raynaldus Scottus potestas Cremonensis parabola et voluntate illorum de consilio et ipsi consiliarii cum eo nomine communis Cremone fecerunt et constituerunt Guazium de Goxio presentem suum et communis Cremonensis certum nuntium, actorem, sindicum et procuratorem, et quo nomine melius dici potest, ad faciendum, ordinandum et componendum conventionem, treuguam, finem, remissionem, concordium et pacem cum hominibus et communibus seu communitatibus Mediolani, Laude, Cumi*, Novarie, Vercellarum, Parme, Regii, Mutine, Pergami, Brixie et Mantue et Ferrarie, et generaliter cum omnibus inimicis communis Cremone, secundum quod fuerit ordinatum per venerabiles viros magistrum

Bernardum de Castaneto et magistrum Bartholomeum abbatem de Trebis, apostolice sedis legatos, de omnibus offensionibus, dampnis et iniuriis a dictis communitatibus vel aliqua earum vel ab hominibus earundem per districtos* ipsarum datis, factis vel illatis communi vel hominibus Cremone seu districtus, et ad recipiendum a dictis communitatibus et qualibet earum et earum sindicis conventionem, treuguam, finem, remissionem et pacem de omnibus offensionibus, dampnis et iniuriis a communi vel hominibus Cremone seu districtus datis, factis vel illatis predictis communitatibus seu alicui earum vel hominibus ipsarum civitatum seu communitatum vel districtus ipsarum. Et ut dictus sindicus possit dicere et facere in predictis et occasione predictorum, sicut ipse potestas et commune Cremone dicere et facere possent, promittendo se firmum et ratum habituros id totum, quod dictus sindicus fecerit in predictis et occasione predictorum, dantes et concedentes ei liberam et generalem administrationem. Et quod dictus sindicus possit iurare super animas omnium suprascriptorum, quod habebunt firma et rata omnia suprascripta et contra non venient aliquo tempore. Et inde obligaverunt pigneri pro predictis omnia bona suprascripti communis Cremone, michi Venturino notario stipulanti et recipienti nomine et vice eorum omnium, quorum intererit vel interesse posset.

Actum millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, decime indictionis, die iovis, vigesimo octavo aprilis; presentibus Thomaxio Roba, Nicoletto de Ganduliis, Villano de Oliveriis, Iacobo de Alfiano testibus rogatis.

Ego Venturinus de Fraganesco notarius, tunc scriba communis Cremonensis, interfui et mandato suprascripti potestatis et illorum de consilio scripsi.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Cremone, K. 2.

986. *Conrad könig von Ierusalem und Sicilien, herzog von Schwaben, bekundet, dass Rudolf von Klingenstein und dessen sohn Heinrich das patronat der kirche zu Gremhaim durch seine hand dem kloster zu Söflingen übertrugen. Augsburg* ***1267*** *mai* ***10****.*

Conradus secundus dei gracia Ierusalem et Sycilie rex, dux Swevie. Tenore presencium profitemur ‖ et constare volumus universis presentibus et futuris, quod dilecti fideles nostri Rudolfus de Chlingenstain et ‖ Hainricus filius suus ius patronatus ecclesie in Gremhain, quod ipsis proprietatis titulo pertinebat, cenobio ‖ ordinis sanctimonialium et sancte Clare in Sevelingen contulerunt et tradiderunt voluntate propria per manus nostras proprietatis titulo libere et perpetuo possidendum.

Huius autem donationis et confirmationis testes sunt: Volkmarus de Chômnata, Hermannus de Hagniberch, C. de Haldenberch, Gervicus Gûsso, Hainricus de Uningen. Ad huius itaque rei memoriam et stabilem firmitatem presentes litteras fieri iussimus, sigilli nostri munimine roboratas.

Actum et datum Auguste, anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, vi. idus maii, decime indictionis.

Aus dem orig. zu Stuttgart. Siegel abgefallen. — Reg. Conradin nr. 43.

987. *Pabst Clemens IV schreibt dem predigermönche Wilhelm von Tuningen, dass er den Carl könig von Sizilien zum reichsvicar in Tuszien bestellt habe, und fordert ihn auf, den Iohann de Braisilva, marschall und stellvertreter desselben, zu unterstützen. Viterbo* ***1268*** *mai* ***2****.*

Clemens episcopus servus servorum dei. Dilecto filio fratri Guillelmo de Tuningo

ordinis predicatorum salutem etc. Hoste pacis ab olim angulos Tuscie turbationum malleis impetente, status illarum partium pacificus corruptionis vulnera pertulit et in cordibus gentium succensis ignibus odiorum ac dissensionibus undique suscitatis quies inibi periit, bellicus labor invaluit et non solum bellis civilibus, sed etiam intestinis contingit illam diutius provinciam sauciari, ac preter innumera personarum rerumque dispendia, que iugiter ex guerrarum discriminibus evenerunt, fidelium devotio tepuit et cultus divini nominis traditus neglectui reperitur. Conspicientes itaque regionem ipsam sic positam in maligno, eamque tam hostili plaga eripere cupientes, ad christianissimum principem carissimum in Christo filium nostrum C. Sicilie regem illustrem, Christi pugilem indefessum, direximus fiducialiter nostre considerationis intentum et eum, in cuius desideriis geritur pacificare discordes et ad viam salutis reducere per devium oberrantes, nuper in partibus Tuscie Romano subiectis imperio vicarium eiusdem imperii, generali solido* regimine destituti, duximus statuendum. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus te ad partes illas personaliter conferens dilecto filio nobili viro I. de Braisilva, marescallo dicti regis, cui de beneplacito nostro commisit idem rex plene in illis partibus vices suas, sanum consilium prebeas ad earundem partium statum pacificum conservandum. Illos autem pacis turbatores, qui in partibus illis extiterint, ad viam salutis reducere studeas monitis salutaribus et mandatis; in eo, si super his tibi parere contempserint, censuram ecclesiasticam exercendi plenam et liberam concedimus tibi auctoritate presentium potestatem, non obstantibus aliquibus privilegiis vel indulgentiis communiter vel divisim quibuscunque personis ab apostolica sede concessis, per que nullum contra premissa cuiquam volumus presidium adhiberi.

Datum Viterbii, sexto nonas maii, pontificatus nostri anno quarto.

Ficker aus hs. der Bibl. Vallicelliana, B. 12, bl. 387 zu Rom, aus dem orig., an welchem die bleibulle des pabstes hing. — Raynald zu 1267 § 5 führt den brief aus derselben quelle an, setzt ihn aber zu 1267. Aber abgesehen von der datirung erklärte der pabst noch 1267 mai 16 dem könige Richard, dass er Carl keineswegs zum reichsvicar, sondern nur zum pacis servator in Tuscien bestellt habe.

988. *Carl könig von Sizilien schreibt der stadt Lucca, dass Conradin und seine hauptanhänger gefangen und zum tode verurtheilt seien, dass Pisa keine gnade zu erwarten habe, Lucca aber nach verdienst belohnt werden solle, und dass er zum lebenslänglichen senator von Rom ernannt worden sei. (Rom 1268 oct.)*

Carolus etc. Potestati etc. Luc. etc. salutem et omne bonum. Devotionis vestre benigne recepimus litteras et intelleximus per easdem, qualiter emulorum procacitas falsis semper opinionibus assueta de persona nostra sinistra seminare conatur, et indulte nobis de Curradino et sequacibus suis finali victorie derogare, ut eorum infelicitas occultetur, cum omnipotens dissipans conventicula inimicorum malisque sua virtute finem imponens conclusit in nostris manibus omnes precipuos inimicos, Corradinum videlicet, dompnum Henricum olim senatorem urbis, ac ducem Austrie, Galvanum Lancie eiusque filium, iam in capitali sententia condempnatos. Vos, si contraria referantur ab emulis, non curetis, quoniam quod facile nolunt credere, satis mature videbunt suis capitibus iminere. Super hiis autem, quod Pisanorum nuntios venturos scripsistis ad veniam postulandum, scire vos volumus, quod apud sedem apostolicam et apud nos non aliam invenient veniam, quam pro suis excessibus meruerunt. Confortemini ergo et super tam glorioso triumpho in eius,

qui dedit, potentiam exultantes, ad gravandum et deprimendum omnes hostes eo animosius insistatis, quo principalibus contritis capitibus nulla resistentia est in membris; scituri, quod nos statum vestrum sic intendimus iuxta vestrorum meritorum exigentiam ampliare et nostris beneficiis et favoribus honorare, quod merito gaudere possitis, constantes atque fideles in ecclesie Romane [et] nostris servitiis extitisse. Nec ignorare vos volumus, quod nos in senatorem urbis sumus perpetuo ad vitam assumpti, manentes in ipsa urbe ac fruentes per dei gratiam corporis sospitate, exinde compositis per dies aliquot urbis negotiis in regnum nostrum protinus redituri ad cunctorum proditorum exterminium et ruinam.

Ficker aus hs. der Bibl. Angelica, D. 8. 17., zu Rom. — Da Conradin bereits als verurtheilt bezeichnet ist, so wird der brief nicht lange vor dessen hinrichtung, oct. 29, geschrieben sein.

989. *(Otakar könig von Böhmen) übersendet dem pabst (Gregor X) den mit dem könige Stephan von Ungarn abgeschlossenen friedensbrief, bittet ihn denselben zu bestätigen, und berichtet von einem in der vorausgegangenen schlacht bemerkten wunder. (1272.)*

. . . . . rege Bela secundum oblatam nobis a magno comite Rulando de Posonia formam maluimus pacis federa reformare, quam vastando et debilitando magnum Ungarie regnum ad idem et nostri terras dominii Thartaris aditum aperire. Prenotate itaque compositionis formam, predictorum regum, regine et ducis Bele sigillis signatam, vestro apostolatui transmittentes, suppliciter petimus eandem a sede apostolica confirmari, et ut opere pretium est apostolico in ewum patrocinio communiri. Fertur eciam quod in congressu dictorum exercituum a quibusdam exercitus Boemici nobilibus et fidedignis viris visa fuit aquila alba, habens aureum caput et collum, vexillum beati Wenceslai, quod tunc per burgravium castri Pragensis in prelio gestabatur, sequi et vicissim crescere, quousque extensis alis totum principis Boemici exercitum operiret. Nam et ipse burgravius Iarossius nomine met* retulit, idem vexillum sancti Wenceslai martyris in huiusmodi belli tanto discrimine nullam passum fuisse penitus lesionem; plura eciam sancti Wenceslai et aliorum patronorum Boemie patrocinia ibidem visa a pluribus referuntur.

Aus einem formelbuche sec. 15, bl. 32, zu Coblenz; das vorausgehende blatt mit dem beginne des briefes fehlt. — Der pabst ertheilte die erbetene bestätigung 1272 mai 5, Reg. Päbste nr. 201; lange vorher wird der brief auch nicht geschrieben sein; denn der friede war zwar schon 1271 im iuli (Reg. Otakar nr. 239) abgeschlossen, aber der nach längerer sedisvacanz 1271 sept. 1 gewählte pabst war damals im heiligen lande und wurde erst 1272 märz 27 zu Rom geweiht.

990. *Ein ungenannter berichtet über den feldzug könig Otakars von Böhmen gegen Ungarn. (1273 oct.)*

Qualiter contra Hungaros gentem fallacem, Cumanamque perfidiam regie processerit excellencie celsitudo, etsi multilinguis fame relatibus ad vestram poterit noticiam pervenisse, vobis tamen tenore presencium nudam claramque describimus veritatem, ut nostris redditi litteris cerciores, securi valeatis de domini nostri successibus exultare. Primum quidem cum magestas regia dolis Hungarie concitata, quasi amplius desimulare non valens, ut ipsam ingrederetur in gentes erexerat animos, et sue convertens intencionis propositum iusserat exercitum congregari, quidam frater ordinis Minorum pro parte Hungarorum regem nostrum adiit, et super facto treugarum secum tractatum habens, treugas iniit cum eodem. Quo quidem facto, quoniam gentis illius est fides, fidem aliquam non servare, veritas, non dicere veritatem, et opinatur esse periurium, periuria non comittere, et mendacium esse reputat nil mentiri, statim veniens contra treugas, ingressa fuit Moraviam

cum innummerabili multitudine Comanorum. Quod ibi auribus domini innotuit regis, immenso exercitu congregato versus eos leonum direxit signa victorum* celeri eis festinacione cupiens obviare; et dum communis haberet opinio quod ipsi secum dubie mortis deberent inire discrimina sibique bellicis gressibus repugnare, adventu regio velud de celo fulminis ictu cadentis exterriti fugere salubrius reputantes terga verterunt. Verum tamen quamvis per fuge subsidium se conarentur eximere a gladii facie persequntur* non sic illesi evadere poterunt, quin ex ipsis plurimi caderent subsequentium dextra, et unda fluminis innumeros absorberet. Perfidis itaque fugatis Ungaris et Comanis, cum iam nullum in campis inveniret obicem regie supereminencia maiestatis, ad expugnanda castra suam convertit potenciam. Et castro Posonii machinarum inpulsionibus aliisque tormentorum generibus viriliter expugnato, infra brevi spatium temporis totus comitatus Posonii, quem hactenus tenebat magister Egidius, cum villis atque castris armis triumphalibus aquisitis regali fuit subditus dicioni. Hiis denique absque nostrorum lesione peractis, ad quandam civitatem se postmodum contulit magnificencia principalis, que Iaurium dicitur, et est dignitate predita kathedre pastoralis; qua quidem obtenta potenter, ceterisque ipsius episcopatus villis et munitionibus expugnatis et aquisitis, in celsi brachii potentatu illam continuato cursu dominus rex ingressus fuit felicem Pannoniam, que beatum Martinum gignere meruit et ipsam sibi totam regii potentia culminis vendicavit. Demum vero versus septentrionalis plage zonam algidam se convertens, obsedit Suppronium, et ipsum frequentibus ac terribilibus machinarum ictibus flagellatum non dedignata est regalis dignitas non suscipere, que semper prostratis consuevit parcere et pulchrius reputat misericorditer agere quam sevire etc. Amen dicant omnia*. Alleluia.

Aus einem formelbuche sec. 15, bl. 33, zu Coblenz. — Der brief wird in den ersten tagen des october geschrieben sein, während deren die übergabe von Oedenburg erfolgt sein muss, da der könig oct. 14 schon wieder zu Krems ist. Vgl. Reg. Otakar nr. 259. 260.

991. *(Pabst Gregor X) fordert den Römischen könig Rudolf auf, in der wiederholt versicherten ergebenheit zu verharren.* ***1274*** *märz* ***25.***

R. Romanorum regem electo. Grata nec immerito per tue magnitudinis litteras nostris presentatas conspectibus tue devocionis oblacio eo nimirum venit actencior, quo iterata frequencius maioris firmitatis indicia sua iteracione presentat. Illius itaque omnipotenciam, in cuius manu principum corda consistunt, humiliter implorantes, ut te cunctosque principes et magnates in sinceritate fidei et devocionis ad se ac suam ecclesiam eorumque ministros ardore conservet, magnificencie tue sincero suademus affectu, quatinus creatoris tui beneplacita per continuacionem devocionis huius et per omnes alias vias et modos, quos videre poteris, in lumine vultus eius pro viribus te coaptans, invariabili proposito in eorum prosecucione persistas; per hoc enim et anime tue salus a te constanter omnibus preferenda ipso auctore proveniet, et que prosequi eo inspirante decreveris, felicius ipso dirigente procedent.

Ficker aus dem Reg. Berardi de Neapoli, ep. 53, in hs. sec. 14 der Bibl. Vaticana, Vat. 3977, bl. 18 zu Rom. — Datum nach Palacky Reise 44.

992. *(Pabst Gregor X) belobt den Römischen könig Rudolf wegen dessen ergebenheit gegen die kirche und der bereitwilligkeit zur unternehmung eines kreuzzuges. (Lyon* ***1274*** *iuni.)*

Radulpho in Romanorum regem electo. Dilectus filius magister O.[1] prepositus s.

Guidonis Spirensis, cancellarius tuus et nuncius, quem contemplacione mittentis ac sue probitatis obtentu benigne recepimus, in nostra et fratrum nostrorum presencia constitutus, litteris, in quibus adhiberi fidem hiis, que pro parte tua proponeret, peciisti, nobis et eisdem fratribus presentatis, devocionem tuam prudenter exposuit et asseruit[2] te in propositi solliditate dispositum et paratum, ad honorem dei et ecclesie Romane conatibus totis intendere, ceteras ecclesias et personas ecclesiasticas favoris continuacione fovere, ipsis favorabiliter in immunitatibus suis assistere[3], illarum propulsare iniurias et iura pro viribus augmentare, ad universalem orbis pacem efficaci laborare studio, sic te [asserens] ad illam voluntarium, sic totis desideriis suspirantem, quod et si quibus esset de te ipso qualiscunque suspiccio, te super illa sedanda beneplacitis apostolice sedis exponis prosecuturum remedia, que sedes eadem ad huius sedacionem duxerit providenda; demum in oblacionis nomine tuo proposite[4] calce supposuit, te ab olim ad terram illam, quam unigenitus dei filius per necessariam humano generi ortus sui extulit graciam[5], decoravit presencia, passionis beneficio et aspersione sui sanguinis consecravit, illum concepisse devocionis ardorem, ut[6] affectu semper desideraris intenso et huius cotidie desiderium intendatur, quod patris eterni eiusdem humani generis redemptoris et naturalis genitoris tui, cuius ut asseritur inibi ossa quiescunt, possis visitare sepulcra et ipsius terre necessitatibus, prout nunc maxime miserabilis eius exposcit condicio, subvenire. Profecto, fili, talia de te gratanter audivimus, quia in prosecucione illorum sic ori dextera concurrente, quod verba comitetur effectus, ea deo novimus esse grata, quia nobis acceptam admodum tue salutem anime, si constanter in illis perstiteris, repromittunt, quia nostris desideriis et totius christianitatis utilitatibus, tam in promocione pacis toti mundo perutilis, quam in terre prefate subvencione concurrunt. Ideoque magnificenciam tuam monemus, rogamus et hortamur in domino, sano tibi consilio suadentes, quatinus illi te gratum reddens, qui tibi talis et tante gracie spiritum inspiravit, eidem in humiliacione cordis vinculum labiorum exsolvas et apud eum devoti animi persistas instancia, ut sic in suis semitis perficiat gressus tuos, quod ab illis nequaquam tua vestigia moveantur, sed que[7] verborum offers dulcedine, in operis gratitudine prosequaris. Hec et alia, que idem prepositus plenius intellexit, excellencie tue ipsius fidelis relacio exponere poterit[8] ministerio vive vocis.

Ficker aus dem Reg. Berardi de Neapoli, ep. 52, in hs. sec. 14 der Bibl. Vaticana, Vat. 3977, bl. 18 zu Rom. — Zeit und Ort können nach Reg. Rud. nr. 79. Päbste nr. 207 nicht zweifelhaft sein, zumal der kanzler später nicht mehr erwähnt wird und noch im iahre 1274 gestorben ist. — [1] Hs. *C.* — [2] Hs. *asseruit.* — [3] Hs. *insistere.* — [4] Hs. *posite.* — [5] Hs. *necessaria — gratia.* — [6] Hs. *et.* — [7] Hs. *quem.* — [8] Hs. potuit.

993. ***(Pabst Gregor X) beglaubigt bei dem könige (Carl) von Sicilien den bischof von Perigueux, um aus dessen berichte zu entnehmen, dass das, was in sachen des reichs geschehe, dem könige nicht zum nachtheile gereiche. (1274.)***

Regi Sicilie illustri. Ne animi tui pacem vera supprimens aut falsa suggerens tercia lingua perturbet, sed revelata tibi nostre sollicitudinis puritate, quam ad stabiliendum semper tuum statum in prosperis et preservandum totis conatibus ab adversis singularis caritas, quam ad te gerimus, in nostris precordiis solida stabilitate firmavit, cuiuslibet inquiete sollicitacionis et sollicite inquietudinis cesset occasio, venerabilem fratrem nostrum Petragoricensem episcopum, virum quidem providum, tui sicut nosse credimus zelatorem honoris, de fidelitate ac multa experiencia commendatum, ad tuam presenciam destinamus, serenitatem regiam tue potissime consideracione utilitatis hortantes et patris more sano

tibi consilio suadentes, quatinus in hiis, que de ipsius oro audieris, non quid vellet vel aliquorum suggerat inconsulta facilitas, sed quid velle decet in talibus, quid dictet racio, quid dei beneplacito congruat, quid iusticia, quid honestas exposcit, diligenter attendas. Si enim hoc tranquillo iudicio discusseris, proculdubio per ea, que tibi memoratus episcopus apperiet, patenter intelliges in hiis, que acta sunt et agenda circa imperii negocium iminent, magnificencie tue paterna diligencia plenius fore provisum, quam multorum industria, de quorum confidis consilio, scivisset forsitan racionabiliter postulare; nec tamen, sicut ex referendis tibi per eundem episcopum manifeste avertere poteris, esse intendimus facta non solum provisione contenti, sed alias eciam adhibere, per quas electus ad imperii eiusdem regimen, nisi per te steterit, tibi plenius unietur. In predictis itaque sepefato episcopo secure fidem adhibeas et consulte salubribus nostris exponendis excellencie tue per ipsum monitis acquiescas.

Ficker aus dem Reg. Berardi de Neapoli, ep. 59. in hs. sec. 14 der Bibl. Vaticana, Vat. 3977. bl. 20 zu Rom. — Eine stelle daraus gedr. bei Raynald ad 1274 § 60.

994. *(Pabst Gregor X) fordert den könig (Carl) von Sicilien auf, seinen anordnungen in den angelegenheiten des kaiserreichs zuzustimmen.* ***(1274.)***

Regi Sicilie illustri. Frequenter constans intencionis nostre propositum celsitudini regie nisi iuvasse meminimus, verbo et opere ostendentes, quod tua et ecclesie negocia ea reputamus inseparabilitate coniuncta, ut in affectionis nostre iudicio estimentur per coniunccionis individue unionem penitus indivisa. Propter quod sinceritatem regiam decet pro certo supponere, quod tuis libenter ac sollicite obviamus incommodis et, quantum sine dei et iusticie offensa possumus, promovendis commodis, cum datur oportunitas, studiose vacamus. Hec, fili karissime, in negocio imperii, quod pre manibus inminet, hucusque diligenti attencione servavimus et non solum in ipso, [que] dei et honestatis consideracio pacietur, servare proponimus in futurum, verum eciam in aliis, que te contingencia varietas humane condicionis inducet. Ideoque regalem excellenciam hortamur et obsecramur in domino, in paterne caritatis affectu sincero tibi consilio nichilominus suadentes, quatinus in hiis, que circa premissa dilectus filius Iohannes de Meffleto, tuus consiliarius, familiaris et nuncius, celsitudini tue retulerit, ad deum ac innumerabilia et immensa bona eidem accepta exinde ut speratur firmiter proventura specialiter referens consideracionem[1] attente et quod nostre intencionis existit, sic in tuis negociis providere, quod debebis merito te reputare [non] contemptum, indices[2] promptitudinem tui consensus, imo pocius prompte cooperacionis auxilium [et] sic eorum, [que], prout relacio eiusdem Iohannis aperiet, sunt in premissis inchoata, feliciter consumacioni [te] coaptes, ut nec impedimenti quod absit periculum senciant, nec dispendium morose dilacionis incurrant, sed consumata celeriter desideratos fructus accelerent, tibique non solum apud deum de premio retribucionis eterne provideant, sed et propter alias presentis utilitates temporis perpetuum inter homines memoriale producant. Ceterum quia idem I. plenius vos verbo poterit in multis instruere, quam[3] alius eorum que tractantur ignarus, communis utilitatis gracia suademus, ut ipsum ad presenciam nostram cum qua poteris celeritate remittas.

Ficker aus dem Reg. Berardi de Neapoli, ep. 60, in hs. sec. 14 der Bibl. Vaticana, Vat. 3977, bl. 20 zu Rom. Ueberschrift: *Ut rex hiis que super negocio imperii ex parte pape referuntur eidem suum prestet assensum.* — [1] Hs. *consideracionis.* — [2] Hs. *indicium.* — [3] Hs. *quaque.*

995. *(Pabst Gregor X) fordert den Römischen könig (Rudolf) auf, die ge-*

sandten der stadt Mailand gnädig- und zuvorkommend zu empfangen. ***(1275** ian.?)*

Regi Romanorum illustri. Insignis Mediolanensis civitas devocionem suam signis evidentibus indicans, manifesta illius indicia regie celsitudini representat, dilectum filium nobilem virum . . et . . suos ambassiatores et nuncios ad regalem presenciam destinando. Decet igitur immo et expedit, spiritum devocionis huius proculdubio multipliciter acceptande non extinguere duricia, sed exhibicione clemencie pocius adaugeri. Quocirca serenitati regie affectu sincero consulimus et sano consilio suademus, quatenus prudenter attendens, quanti nominis quanteque potencie sit civitas memorata, quantumque tibi possit esse perutilis, dictos ambassatores sereno vultu et leta mente recipiens peticiones porrigendas ab eis clementer audias et illis, quantum cum deo poteris, liberaliter acquiescas, ut eiusdem civitatis exemplo, que inter alias Ytalie sui statuş eminencia velud in specula posita quasi omnium in se convertit intuitum, ceteras ad tua servicia provoces et exemplari suggestione ad confidenciam de regali percipiende clemencia benignitatis invites.

Ficker aus hs. sec. 14 der Bibl. Vallicellianà, C. 49. bl. 54, verglichen mit Reg. Berardi de Neapoli, ep. 90, in hs. sec. 14 der Bibl. Vaticana, Vat. 3977, bl. 25, zu Rom.

996. *(Pabst Gregor X) belobt den Römischen könig (Rudolf) wegen seiner bereitwilligkeit zu einem bündnisse mit dem könige von Sicilien und zur förderung eines verwandtschaftsverhältnisses zwischen diesem und dem herzoge Ludwig von Baiern, und meldet, dass er wegen der bevorstehenden zusammenkunft mit dem könige von Castilien über ihre zusammenkunft ietzt genaueres nicht bestimmen könne.* ***(Orange 1275** mai.)*

Romanorum regi illustri. Grata nobis occurrit missarum nuper tuarum series litterarum, que te regem pacificum manifestant, voluntatem tuam ad pacem et concordiam cum variis principibus, et specialiter cum charissimo in Christo filio nostro Carolo rege Sicilie illustri, ex eo paratam et ordinate dispositam, prout tibi frequenti exhortatione suggessimus, apertius reseravit, [et] quod inter eundem regem et dilectum filium nobilem virum L. ducem Bavarie, comitem palatinum, ineunde parentele federa regalis solicitudinis studio preparata descripsit. Hec quidem tanto acceptiora sunt nobis, quanto ea divinis beneplacitis et tuis novimus commodis aptiora. Ex his namque regalis magnificentie solium solidatum augmenta suscipiet, tueque virtus potentie quanto quietior, tanto efficacior evidenciori clarebit effectu. Ideoque serenitatem regiam rogamus et hortamur in domino, quatenus ad talia tuum semper animum dirigens laudande huius sollicitudinis tue principia indefesso proposito solicite prosequaris. Ceterum in itinere constituti et vicini iam loco, in quo ad hoc concorditer deputato carissimus in Christo filius noster rex Castelle ac Legionis illustris eidem loco similiter iam propinquus nostram debet adire presenciam, ubi et quando occurrere nobis debeas, per latorem presencium tibi non potuimus respondere, sed tractatu cum eodem rege auctore domino feliciter consumato, id celsitudini regie premittendis propterea litteris et nuncio curabimus intimare.

Ficker aus hs. der Bibl. Vallicelliana, C. 49. bl. 49, zu Rom. — Der anfang gedr. bei Raynald ad 1275 § 5. — Ort nach Palacky Reise 45.

997. *(Pabst Gregor X) fordert den Römischen könig (Rudolf) wiederholt auf, truppen in die Lombardei zu senden, und beglaubigt bei ihm den Gerhard von Gransee, erwählten von Verdun.* ***(1275** iuli?)*

Regi Romanorum illustri. Tuis consulere comodis et providere cupientes honori dudum

tibi affectu paterno suasimus, ut in Lombardiam miliciam destinares, super hoc litteras frequentius iterantes, quarum series periculorum, que dicte milicie retardacio minabatur, seriosius reseravit instanciam, et utilitates, quas ipsius acceleratio promittebat, apertius designavit. Sed quia coniecturis tunc comminata discrimina iam rerum evidentia manifestat, quibus tamen adhuc potest sollicita festinancia obviari, properandum et providendum omnimodis, ut eis, quibus indulsit moram solummodo missionis initium processum, evestigio mittende milicie properatio interdicat. Ad quod tibi efficacius vive vocis ministerio suggerendum dilectum filium G. de Grandisono, Virdunensem electum, ad tuam presenciam destinamus, ut quo in premissis et in aliis te contingentibus venit instructior, eo in illis fides sibi adhibeatur certior et eorum, ad que pro celeriori promocione ac solidiori conservacione tui status instamus, execucio promptior subsequatur.

Ficker aus hs. sec. 14 der Bibl. Vallicelliana, C. 49. bl. 54, zu Rom.

998. *Der hofkanzler Rudolf und seine genossen, boten könig Rudolfs, erklären, dass sie von der stadt Piacenza den treuschwur für den könig nur verlangen unbeschadet der rechte der kirche, der verträge mit könig Carl von Sicilien und der freiheiten der stadt, worauf bischof Wilhelm von Ferrara, apostolischer legat, der stadt die leistung des treuschwures befiehlt. Piacenza* **1275** *oct.* **13**.

In dei nomine amen. Anno ab eius incarnatione m.cc.lxxv., indictione quarta, die iovis, decimo[1] intrante octubri, in domo comunis Placentie, coram dominis Raimondino de Ioculo, Guillino de Manzolino, Iohanne de Bilionis iudicibus et assessoribus domini Cazzinemici domini Alberti de Cazinimicis potestatis Placentie et Aspectato de Uliveto socio ipsius potestatis et Rainaldo Sagenibono iudice et aliis quam plurimis testibus, in generali consilio Placentie in domo predicta congregato sono campane etc., presente in eodem consilio domino Iuliano de Archidiaconis iudice et tunc vicario domini Manarini de Manariis capitanei societatis mercatorum et paraticorum civitatis Placentie et convocatis in ipso consilio consulibus dicte societatis et societatum populi Placentini, lectis et divulgatis ibidem in ipso consilio litteris legationis venerabilis patris domini Guillelmi dei gracia episcopi Ferrariensis sedis apostolice legati, et lectis literis legationis venerabilis patris domini Rodulfi canzellarii imperialis aule et fratris Berengerii prioris hospitalis Hierosolimitani per Alamaniam et illustris viri domini Henrici comitis de Furstemberg, prefatus venerabilis pater dominus Rodulfus etc. per se et nomine predictorum dominorum fratris Berengerii prioris etc. et illustris viri domini Henrici comitis etc. ibidem presentium, qui omnes legati sunt illustrissimi viri domini Rodulfi Romanorum regis, electi in imperatorem, et eorum voluntate et consensu, et in presentia prelibati venerabilis patris domini Guillelmi Ferariensis episcopi etc., sedens in sede, in qua sedent potestas et capitaneus, presentibus dictis dominis potestate et vicario dicti domini capitanei et omnibus universis de dicto consilio, literaliter antequam fieret aliqua mentio de sacramento et fidelitate prestandis ipsis legatis, recipientibus nomine et vice antedicti serenissimi domini Rodulfi Romanorum regis, electi in imperatorem, divulgavit et narravit, quod volebat et petebat sacramentum et fidelitatem fieri sibi et dictis sociis suis, legatis ad hoc specialiter constitutis, nomine prefati domini regis recipientibus a potestate, capitaneo, consilio et comuni Placentie, salvo quod dixit et protestatus [est] per se et nomine predicto, quod dictum sacramentum et fidelitas fieret sibi et dictis sociis suis ad hec constitutis, et etiam fuerat de intentione dicti domini regis et eius mandato, salvis et retentis omnibus et singulis honoribus et iurisdic-

tionibus, privilegiis, mandatis et preceptis sancte Romane ecclesie et domini pape et salvis honoribus et iurisdictionibus, conventionibus, pactis et societatibus, quas et que serenissimus dominus rex Karolus habet cum comuni Placentie et comune Placentie cum eo, et salvis singulis honoribus, libertatibus et singulis iurisdictionibus, quas comune Placentie habet vel hactenus habuit in quolibet casu, tacite vel expresse, angariis et perangariis, quocumque nomine censeantur vel intelligi possent, ita quod per illud sacramentum et illam fidelitatem, quod et quam sibi petit fieri, non fiat aliquod preiudicium ecclesiasticis libertatibus seu preceptis, nec non conventionibus predicti domini regis Karoli et honoribus et iurisdictionibus comunis Placentie, ut superius est expressum, nec in aliquo derogetur aut derogari videatur ullo casu vel modo seu intentione, interpretatione aliqua vel consensu, tacite vel expresse, expresse et non expresse. Quibus ita factis dominus Guido de Suzaria legum prefessor de voluntate et consensu predictorum legatorum vulgariter exposuit in dicto consilio nostra lingua ea omnia et singula, que dicta fuere et narrata, proposita et protestata litteris per dominum canzelarium antedictum. Unde venerabilis pater dominus Guillelmus episcopus etc. et legatus sedis apostolice ad hec specialiter constitutus ex parte summi pontificis, audita prius dicta protestatione, auctoritate, qua fungebatur in hac parte expresse, iniunxit et precepit predictis podestati, vicario capitanei et consilio universo ibi congregato, ut predictum sacramentum et fidelitatem eo modo, ut superius est expressum per dominum canzellarium antedictum, facere debere omnino sub pena excommunicationis et interdicti, si hoc facere denegarent.

† Ego Nicolaus de Caxano notarius predictum instrumentum imbreviavi et Iohanni cartario ad ponendum et finiendum dedi et comisi et ipsum in hoc registro subscripsi et signo meo confirmavi.

Nach dem drucke: (Boselli) Delle storie Piacentine libri XII (Piacenza 1793) 1, 352. — Vgl. die beurkundung der leistung des schwurs bei Lünig Cod. dipl. Italiae 2, 1437. — [1] Dr. *decimo tertio*, wogegen bei Lünig *decimo*, was nach dem wochentage das richtige ist.

999. *Pabst Nicolaus III schreibt dem könige Rudolf unter einem rückblick auf dessen verhandlungen mit seinen vorgängern, dass er dringend einen frieden desselben mit dem könige Carl von Sicilien wünsche, dass derselbe nicht mit einem heere nach Italien kommen, sondern machtboten senden und den Exarchat und die Pentapolis der kirche herausgeben möge. Rom* **1277** *dec.* **12**.

Nicolaus etc. regi Romanorum. Solet nota etc.[1] — animos coegerunt. Et quidem, fili carissime, a tua memoria excidisse non credimus, quam diligenti studio quantaque instancia tempore memorati predecessoris nostri Gregorii extitit laboratum, ut tuis in via pacifica gressibus positis, tue promotionis negotium quietius et securius duceretur. Ad quod utique promovendum varios dictus predecessor perutiles tractatus assumpsit. Qui, predecessore ipso, sicut domino placuit, humanis rebus exempto, finalis consummationis effectum consequi nequiverunt. Quare pie memorie Innocentius papa, predecessor noster, consulte considerans, quod statui publico, et tuis precipue commodis, quibus sicut eius scripta testantur, in hoc providere pio intendebat affectu, multipliciter congruebat, ut tractatus huiusmodi ante tue serenitatis adventum in Italiam firmitate debita vallarentur, magnitudinem regiam duxit per apostolicas litteras rogandam in domino et hortandam, suo tibi consilio nichilominus persuadens, ut cum omni celeritate, qua posses, aliquos viros ydoneos, pacem et concordiam gerentes in votis, et a te plenum habentes ad premissa tuo nomine firmanda mandatum, ad suam presentiam destinares, cum omnino foret expediens et sue

propterea voluntatis existeret, ut iter ad veniendum in Italiam nequaquam assumeres, nec si forsitan assumpseras ulterius prosequereris assumptum, antequam premissa forent soliditate aliqua congrua roborata; venerabili fratri nostro Bernardo episcopo tunc electo Albiensi ad tuam propter hoc presentiam destinato, qui causas utiles et necessarias, que non inmerito predecessorem ipsum Innocentium ad ista movebant, et voluntatem suam super illis, quamquam in predictis litteris patenter expressam, manifestius aperiret, quam ex affectu sincero consuluit et cum fratribus suis consulta deliberatione prehabita voluit adimpleri. Tandem venerabili fratri nostro Basiliensi episcopo, tuo tunc nuncio, ad sedem apostolicam accedente, ac memorato rege [Sicilie] apud sedem existente predictam, prefatus predecessor I., dum prosecutioni tractatuum eorundem cum diligentia et sollicitudine multa vacaret, in eum incidit infirmitatis articulum, in quo infra paucos dies cursum presentis vite finivit, propter quod ex eisdem tractatibus non est desideratus exitus subsecutus. Postmodum vero recolende memorie Adrianus papa, predecessor noster, eidem Innocentio in apostolatu immediate succedens, voluit, ut idem rex se conferret Viterbium pro memoratis tractatibus prosequendis, ubi nos tunc in minori officio constitutos, venerabilem fratrem Sabinensem episcopum et dilectum filium nostrum I. sancte Marie in Cosmedin diaconum cardinalem super prosecutione huius deputavit. Sed quia dictus predecessor Adrianus post promotionem suam brevi tempore supervixit, assumpta prosecutio ad id, quod prosequentium intendebat diligentia, non pervenit. Demum autem pie recordationis Iohannes papa, predecessor noster, ad apicem apostolice dignitatis assumptus, quamquam libenter super tractatibus ipsis fuisset eorundem predecessorum suorum studia prosecutus, quia tamen nec prefatus Basiliensis episcopus, nec quivis alius ad hoc transmissus a te mandatum habens ad premissa tuo firmanda nomine in Romana curia presens erat, ipse laudabiles in hiis eorundem predecessorum suorum semitas prosequendo, circa predictos, adventum et prosecutionem tractatuum, eadem consilia, exhortationes, preces et suasiones iterans, dilectum filium fratrem Bartholomeum de Amelia, ordinis Minorum, ob eandem causam, ob quam memoratus episcopus Albiensis per eundem predictum Innocentium missus fuerat, ad tuam presentiam destinavit. Profecto intendebat hiis eorundem predecessorum, et specialiter Innocentii et Iohannis paterna provisio quieti communi et tuis singulariter, sicut in litteris eorundem exprimitur, utilitatibus providere, ut omni diligentia caveretur, ne propter tuum vel dicte milicie seu gentis adventum in Ytaliam ad seditiosorum susurra vel immissiones malivolas aliquid turbationis insurgeret, quod dictorum consumationi tractatuum impedimenti obicem ministraret. Verum licet et tu, memorato pontifice Iohanne adhuc vivente, venerabilem fratrem nostrum Tridentinum episcopum propter hoc ad predictam sedem duxeris destinandum, qui eodem pontifice Iohanne de hac luce subtracto a curia prefata recessit, et nuncii prefati regis propter hoc eandem sedem evestigio adeuntes se pro parte ipsius regis paratos obtulerint, ad tractatus ipsos prosequendos, et prout esset expediens consumandos: tamen propter memorati pontificis Iohannis obitum, et ipsius episcopi Tridentini recessum nullus in eisdem tractatibus potuit haberi processus. Et ideo predictum collegium, adhuc eadem sede vacanto, ne interim, que per eosdem pontifices, precipue Innocentium et Iohannem, de ipsius collegii consilio processerunt, non sine veresimili grandis coniectura discriminis, negligere viderentur, eorundem pontificum provisioni laudabili de collegii eiusdem consilio inchoate adherens, super premissis adventu in Ytaliam et nuntiis tuis ad prosecutionem et consumationem eorundem tractatuum destinandis ad sedem eandem, necnon et premittendis litteris, que prenunciarent tempus adventus nunciorum ipsorum, ut provideri posset qualiter et dicti regis nuntii

apud sedem ipsam concurrerent in eadem, prefatis consiliis, exhortationibus, precibus et suasionibus per suas celsitudini tue directas litteras iterum repetitis, cum speraret idem collegium, quod illo, in cuius ditione cuncta sunt posita, misericorditer faciente, interim esset ipsi ecclesie de pastore provisum, qui tuis et sepefati regis nuntiis presentibus predictis tractatibus sollerter intenderet, et eos feliciter auctore domino consumaret, instanter petiit, ut que de premisso tuo adventu per eosdem pontifices Innocentium et Iohannem de ipsius collegii, ut premittitur, consilio fuere provisa, diligenter observans nullam contra pretactam providentium intentionem in Italiam miliciam sive gentem medio tempore destinares, facturus quod huiusmodi milicia sive gens ab itinere cepto desisteret, si ad hoc forsitan assumpsisset; consultius attendendo, quod ex hoc contra votum et beneplacitum sedis et collegii predictorum prefatis tractatibus non levis impedimenti parari posset occasio, et iidem tractatus quam periculosissime impediri. Ea insuper que circa eiusdem ecclesie terras, et specialiter exarchatum Ravenne et Pentapolim prefati pontifices Innocencius et Iohannes per predictos suos nuncios et litteras petierunt, idem collegium cum precum instancia repetens affectuose petiit et rogavit, ipsa tunc saltim celeri executione compleri, dilecto filio religioso viro fratre Martino de Tuscan. ordinis predicatorum ad presentiam tuam misso, ut tibi prefatas ipsius collegii litteras representans, que continebantur in eis exponeret oraculo vive vocis.[2] Post premissa quoque regalis excellencia dilectum filium Conradum de Hervelingin[3], familiarem et notarium tuum, necnon et litteras filialis compassionis ad vacacionem ipsius ecclesie tunc instantem eidem collegio destinavit. Que inter cetera continentes, quod notarius ipse de sollempnium nunciorum tuorum adventu, qui super premissis et aliis tua vota contingentibus intima tue mentis aperient, sufficienter idem collegium informaret, petierunt eidem notario in premissis fidem indubiam efficaciter adhiberi. Prefatus vero notarius ex parte tua eisdem tuis litteris predicto collegio presentatis et ab ipso diligenter inspectis, asseruit te paratum statim cum in tuam noticiam provisio ipsius ecclesie deveniret, ad sedem ipsam huiusmodi nuncios destinare. Cum igitur humilitatem nostram etc.[4]

Datum Rome apud sanctum Petrum, ii. idus decembris.

Aus hs. sec. 14 der Bibl. Vallicelliana, C. 49. bl. 63, zu Rom. — Reg. Päbste nr. 233. — [1] Das folgende aus derselben quelle bei Raynald ad 1277 § 54. — [2] Bis hieher wesentlich gleichen inhaltes mit dem schreiben der cardinäle bei Raynald § 48. — [3] Hs. *Hernelingin*; vgl. Kopp Reichsgesch. 1, 282. — [4] Das folgende bei Raynald § 55.

1000. *Die von Verona ersuchen den Meinhard, grafen von Tirol und Görz, dringend, ihnen gegen die von Padua und Vicenza persönlich zu hülfe zu kommen. Verona 1278 nov. 14.*

Illustri et preclaro domino M. Tyrolis et Goricie comiti et ecclesiarum Aquilegiensis, Brixinensis et Tridenti advocato, suo tamquam domino speciali, Petruszannus ‖ de Ripa potestas, Albertus de Scala capitaneus populi, sapientes, consilium et commune Veronensium salutem et tocius altitudinis et glorie incrementum. Dominacioni et ma‖gnificencie vestre sepe et sepius scripsimus, qualiter inimici nostri perfidi Paduani cum Vicentinis et quantitate equitum et peditum marchionis Estensis sunt in ob‖sidione castri nostri Colonie; quos vestro auxilio mediante et fratrum nostrorum Mantuanorum intendimus finaliter suffocare et ad mortem conducere, ita quod poterimus dicere vos et nos et cum veritate firmare, quod guerra erit finita et victa taliter, quod *vobis cessabit guerre et periculi labor. Propter quod expedit, quod vos personaliter cum exforcio vestro toto venire dignemini

in nostrum auxilium et succursum, affectantes sicut debetis habere maiorem honorem et maius nomen et maiorem gloriam, quam umquam habuerit baro seu princeps in partibus Lombardie. Et bene sciatis, quod gens que non esset magna et fortis sine vobis non esset nobis auxilium neque vigor, imo per non magnam gentem diminuerentur vires nostre, et minus timeremur, et inimici qui sciunt, quod de vobis et succursu vestro maxime super omnia confidimus et speramus, exaltarentur et vires suas magnificarent et nos non timerent. Quare dominacionem, altipotenciam et magnificenciam vestram instantissime modis omnibus deprecamur, quatenus vobis placeat penitus personaliter omni dilacione postposita in nostrum servicium pervenire cum omni vestro exforcio, sicut de vobis confidimus et speramus. Veniatis ergo pro deo, veniatis et non tardetis, si umquam nos diligitis, honore vestri nostrique gracia et amore. Nec habeatis respectum ad centum milites cum balisteriis et servientibus, quos ad nos mittitis, ut vestre littere continent, quin personaliter cum potencia vestra tota in nostrum auxilium veniatis, scientes pro certo, quod solum pro personali adventu vestro inimicos reputamus confusos.

Datum Verone, xiiii. novembris, vi. indictionis.

Ficker aus dem orig. in der Bibl. Dipauliana 973, bl. 16 im Ferdinandeum zu Innsbruck.

1001. *Pabst Martin IV tadelt die von Lucca, dass sie das reichsunmittelbare Pescia, weil es dem reichsboten Rudolf huldigte, zerstörten, und verbietet ihnen weiteres vorgehen gegen die orte im Val di Nievole.* ***(1281 sept.)***

Martinus episcopus servus servorum dei. Potestati, consilio et communi Lucanensi spiritum consilii sanioris. Orrende feritatis immanitas, quam nuper non sine presumptuose temeritatis audatia in castrum Piscie in valle Nebule constructum ac eius incolis dampnabiliter perpetrastis, nostri pectoris intima quasi gladius sautiavit acutus, instanter excitans animum ad proferendum in vos et civitatem vestram condigne iudicium ultionis. Audivimus siquidem et obstupuere quamplurimum sensus nostri, quod cum dilectus filius Rudolfus cancellarius et nunctius karissimi in Christo filii nostri Rudolfi Romanorum regis semper augusti, qui de nostra licentia spetiali pridem cum nostris sub certa forma confectis litteris ad Tuscie partes se contulit a civitatibus, castris et terris imperii recepturus eiusdem regis nomine fidelitatis solitum iuramentum, ab hominibus predicti castri Piscie ad imperium sine ullo[1] medio pertinentis sacramentum huiusmodi recepisset, vos occasione huiusmodi contra predictos homines minus debite indignatione concepta, cum[2] sicud dicitur iura quedam in castro vendicetis eodem, post appellationem ad nos a vobis prout proponitur interiectam, ad predictum castrum congregatis undique viribus hostiliter accedentes ac tandem illud per violentiam capientes ipsum ignis incendio consumpsistis, dilectorum filiorum fratrum ordinis minorum aliasque dicti castri ecclesias ad honorem divini nominis dedicatas sacrilegis manibus diruendo, bonis omnibus inventis ibidem non sine multe cupiditatis vitio nequiter asportatis; nec hiis extitit vestra satiata crudelitas, sed peiora malis addentes et nephandis actibus nephandiora cumulantes opera in eiusdem castri habitatores absque sexus et etatis electu, effectu pietatis eminus relegato et humanitatis debito prorsus excluso, furentibus gladiis desevistis, innocentem sanguinem inhumaniter effundentes; nichilominus adversus alia predicte vallis castra et terras ad imperium predictum spectantia procedere intendendo, in multam divine magestatis offensam, apostolice sedis et nostrum gravamen, iniuriam et contemptum, ac regis et fratrum ipsorum, nec non et clericorum ac hominum dicti castri grande immo permaximum preiudicium et gravamen. Licet igitur tam enormis huiusmodi temeritatis excessus vindicte acerbitatem exigeret gravioris et

acrioris percellendus existens verbere[3] discipline, quia tamen magne devotionis et fidei, quibus erga Romanam ecclesiam retroactis temporibus civitas vestra resplenduit, fore immemores non valemus et propter hoc iustum animi nostri motum volentes ad tempus apostolice benignitatis clementiam temperare, universitati vestre per apostolica scripta et nichilominus sub spiritualibus et temporalibus penis, quas vobis et eidem civitati iuxta beneplacitum nostrum duxerimus inflingendas, districte precipiendo mandamus, quatenus pro nostra et apostolice sedis reverentia deinceps a talibus desistentes omnino, contra castra et terras alias supradictas nullatenus procedatis, et si contra illa forsitan exivistis, ad civitatem prefatam sublato difficultatis et dilationis obstaculo redeatis, illo vos in hac parte consilio dirigendo, quod possitis exinde non inmerito comendari. Nos enim auctore domino taliter super hiis in brevi curabimns efficaciter providere, quod iura, si qua vobis in castris et terris debentur eisdem, vobis et civitati predicte illesa et integra servabuntur, eique ac vobis et etiam circumposite regioni pacifici status et prosperi duratura tranquilitas producetur. Scire autem vos volumus et pro certo tenere, quod si contra huiusmodi mandatum nostrum venire, quod non credimus, presumpseritis, nos et ad penas inflingendas easdem et alias etiam contra vos et civitatem predictam, prout expedire viderimus, procedemus. Datum etc.

Ficker aus hs. sec. 14 der Bibl. Angelica, D. 8. 17, zu Rom. — Pescia wurde 1281 aug. 20 zerstört; vgl. Memorie di Lucca 3, 52. — [1] Hs. *sicud nullo*. — [2] Hs. *causa*. — [3] Hs. *verbe*.

1002. *Rudolf hofcanzler und generalvicar in Tuszien belehnt den bischof von Arezzo, nachdem ihm dieser den eid der treue für könig und reich geschworen, mit allen demselben zustehenden reichslehnbaren rechten, gerichtsbarkeiten und regalien. San Miniato* ***(1281-1282)***.

Rudolfus imperialis aule cancellarius et serenissimi domini R. Romanorum regis semper augusti in Tuscia vicarius generalis. Universis sacri Romani imperii fidelibus, amicis suis, [salutem] et sincere dilectionis affectum. Etsi munificentie imperialis gratiam libenter singulis exibemus, quos fideles imperio ab operum experimento cognoscimus, quadam tamen prerogativa sollicite cogitationis inducimur et assidua meditatione pensamus, qualiter personis ecclesiasticis gratiosius et libentius liberalitatis dexteram extendamus. Ea propter per presens privilegium volumus esse notum, quod nos attendentes fidem puram, devotionem sinceram et grata servitia, que venerabilis pater dominus G. episcopus Aretinus, devotus et fidelis princeps imperii, exibuit hactenus et exibet incessanter ac exhibere poterit in futurum ad honores et profectus eiusdem domini nostri regis et imperii ampliandos, volentes quoque ipsum episcopum propterea amplecti benignius gratia et favore, recepto ab eo corporeo iuramento, quod ab hac hora in antea fidelis erit eidem domino nostro regi et imperio Romano et non erit in consilio, consensu, facto, verbo, opere, ubi ipse dominus rex, eius filii, nuntii vel officiales perdant vitam, membrum vel suum rectum honorem aut mala captione capiantur; consilium, quod per se aut per nuntios suos seu litteras sibi crediturus erit, se sciente ad eius dampnum seu preiudicium nulli pandet; si dampnum eius tractari sciverit, pro posse suo impediet, ne fiat; quod si per se impedire non poterit, per nuntium aut litteras eius significare curabit, ut ad eius notitiam perducatur; imperium Romanum et regalia eius et spetialiter in Italia manutenebit propriis viribus, et defendet, que habet ubicunque seu tenet, ad acquirendum vero adiutorio erit; officium sibi commissum dignitati sue conveniens in Italia bene et fideliter exercebit; iura et iurisdictiones Romani imperii, ubicunque consistere sciet, revelabit et conservabit et eorum

auctor et actor erit; nuntios predicti domini regis recipiet et fideliter ac benigne in eundo, stando, redeundo tractabit: auctoritate nobis commissa omnia iura, iurisdictiones et regalia, que habet, tenet et possidet ipse vel alia persona pro eo seu predecessores sui habuerunt, tenuerunt et hactenus possiderunt in feudum olim a divis augustis, que tamen ab ipso vel predecessoribus suis alienata non essent, in civitate Aretina, eius districtu et in castris, opidis, burgis, villis et locis aliis quibuscunque, nec non universitatibus, collegiis, personis, possessionibus, honoribus, usibus, patronatibus ecclesiarum, terris cultis et incultis, aquis et aquarum decursibus, molendinis, piscariis, silvis, venationibus, montibus, planis, vallibus, pascuis, iustitiis, pedagiis et rationibus singulis, ubicunque et in quibuscunque consistant, eidem episcopo vice et nomine Aretine ecclesie in perpetuum de spetiali gratia et ex certa nostra scientia damus, concedimus et etiam confirmamus, honore et iurisdictione imperii semper salvis, investientes eundem episcopum sollempniter per librum sacre scripture iure honorifici et recti feudi de omnibus et singulis supradictis, ita quod ipse ea omnia habeat, teneat et possideat pacifice et quiete sine contradictione domini regis et Romani imperii predictorum et alicuius persone parve vel magne, ecclesiastice vel secularis, communis, collegii et universitatis vel alterius cuiuscunque. Siquis autem predicta vel aliquod predictorum violare, infringere aut contradicere presumpserit, preter indignationem eiusdem domini regis et nostram, quam eum volumus incurrisse, penam mille marcharum boni argenti componat, cuius pene medietas fisco, alia vero eidem episcopo applicetur. In cuius rei testimonium et certitudinem plenariam presens privilegium publicari manu .... notarii nostri et eidem episcopo tradi fecimus, nostri pendentis sigilli ac subscriptione dicti notarii roboratum.

Datum in arce sancti Miniati, presentibus etc., in anno domini a nativitate etc.

Ficker aus hs. sec. 14 der Bibl. Angelica, D. 8. 17, zu Rom. — Rudolf wurde 1281 ian. 5 zugleich mit dem bischofe Iohann von Gurk zum reichsvicar ernannt, Reg. Rud. nr. 566; mai 21 wurden beide vom pabste den tuszischen ständen empfohlen, Reg. Päbste nr. 243; Rudolf allein urkundet dann als reichsvicar 1281 oct. 29 und 1282 iuli 10, beidemal *in arce s. Miniatis*, Lami Deliciae 3, 265 und Reg. Reichss. nr. 141; für eine genauere zeitbestimmung dieser und der folgenden urkk. fehlt es danach an haltpunkten.

1003. *Rudolf (hofcanzler und generalvicar in Tuszien) befiehlt dem vicar von Fucecchio, dafür zu sorgen, dass seinem notar Peter der sold gezahlt werde, den ihm die leute von Massa Pescatoria schulden. (1281-1282.)*

Rudolfus etc. Vicario Ficecchii salutem et omne bonum. Magister Petrus de Urbe lator presentium, dilectus notarius et familiaris noster, exposuit coram nobis, quod cum ipse olim in terra Maxe Piscatorie per certum tempus pontarie officium exercuerit ex hominum dicte terre electione legitima, dicti homines salarium sibi debitum ratione dicti officii non solverunt. Cumque nobis humiliter supplicavit, ut solvi sibi dictum salarium mandaremus, eius supplicationibus benignius annuentes, vobis commissa nobis auctoritate mandamus, quatenus, si premissis veritas suffragatur, homines dicte terre ad solvendum eidem notario nostro salarium consuetum summarie et sine iudicii strepitu compellatis per omnem modum, quo utilius videretis expedire, ita quod idem iam dictum salarium sine difficultate et diminutione aliqua consequatur, et nos non oporteat propterea rescribere iterato.

Ficker aus hs. sec. 14 der Bibl. Angelica, D. 8. 17, zu Rom.

1004. *(Rudolf hofcanzler und generalvicar in Tuszien) trifft strafbestimmungen*

gegen solche, welche sich durch bitten oder geld bestochen an andern vergreifen, und sichert allen parteien ungehinderte appellation zu. ***(1281-1282.)***

Decet rectorem et dominum commissam sibi provinciam sub vigore iustitie gubernandam facinorosis purgare hominibus et iniquis, ut fideles atque devoti qua meruere sub pacis tranquillitate quiescant et eorum corpora conserventur illesa, maxime cum ipsa iura decernant, quod mors unius interdum multorum dicitur esse salus. Nos igitur predictis adherere volentes presente constitutione decernimus, ut siquis spiritu diabolico iustigatus mediante prece vel pretio aliquem offenderit in persona, licite capiatur a quolibet et etiam offendatur inpune, et quod in loco, ubi deliquisse probabitur, ibi iuxta qualitatem commissi criminis secundum iustitiam pena debita puniatur, et quod nulla civitas, castrum, villa vel burgum decrete nobis provincie malefactores huiusmodi receptare presumant, imo ipsos capere studeant de personis et captos ad nos vel ad rectorem loci, ubi facinus commiserint, puniendos sub fida custodia debeant destinare. Communitatem namque cuiuslibet civitatis dicte provincie, que presentem constitutionem nostram observare neglexerit, in mille marcis argenti decrevimus esse multandam, et commune cuiuslibet castri, burgi seu ville eiusdem provincie, similem temeritatem attentans, in quingentis marcis argenti regie camere Tuscie volumus condempnari, moderamine vero dictarum penarum nostro arbitrio nichilominus reservato. Appellationes vero, quarum beneficio gaudent pro ultimo remedio litigantes, omnibus et singulis dicte provincie libere precipimus observari, ut quisquis a qualibet condempnatione seu sententia, a qua gravatum se senserit, ad nostram audientiam libere valeat appellare. Singulos namque officiales dicte provincie ac terrarum comunitates, si contrafecerint, arbitraria pena curabimus condempnare. Volumus insuper et mandamus, prescriptas constitutiones nostras per singulas terras et loca dicte provincie voce preconia divulgari.

Ficker aus hs. der Bibl. Angelica, D. 8. 17., zu Rom.

1005. *Giselbert erzbischof von Bremen und achtzehn genannte bischöfe gewähren allen, welche zum neubau der abgebrannten Mariengradenkirche zu Mainz etwas beisteuern, einen vierzigtägigen ablass. Wirzburg* ***1287*** *märz* ***23.***

Universis Christi fidelibus Giselbertus Bremensis archiepiscopus, ac Arnoldus Babenbergensis, Theodoricus Olmucensis, Reinboto Eistetensis, Thobias Pragensis, Heinricus Tridentinus, Emicho Frisingensis, ‖ Rudolfus Constanciensis, Burchardus Lubicensis, Petrus Basiliensis, Fridericus Churiensis, Chunradus Tullensis, Bernhardus Pataviensis, ‖ Witigo Misnensis, Otto Padeburgensis, Henricus Mersburgensis, Bruno Nuenburgensis, Cunradus Verdensis et *Bouchardus Metensis episcopi, salutem in domino Iesu Christo. ‖ Licet hiis*, de cuius munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter serviatur, de habundancia pietatis sue merita supplicum excedens et vota bene servientibus multo maiora tribuat, quam valeant promereri, desiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem, fideles Christi ad conplacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgenciis videlicet et remissionibus, invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Cum igitur dilecti in Christo . . prepositus, decanus et capitulum ecclesie sancte Marie ad gradus in civitate Maguntina ipsam ecclesiam ignis incendio consumptam opere sumptuoso proponant honorifice edificare et ampliare, nec ipsis ad hoc proprie facultates suppetant, nisi Christi fidelium subventionibus talem structuram valeant consumare, universitatem vestram monemus, rogamus et exhortamur in domino in remissionem vestrorum peccaminum iniungentes, quatinus a deo vobis collatas pias elemosinas et grata karitatis subsidia ad tam pium opus

largiter erogetis, ut per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos vero de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad structuram predicte ecclesie manus porrexerint adiutrices, vel causa devocionis in festis subscriptis, videlicet nativitatis, die cene domini, resurrectionis, ascensionis et pentecostes, in singulis festis beate Marie virginis, omnium sanctorum, in dedicatione ipsius ecclesie, in festo beati Udalrici confessoris atque pontificis et per omnes octavas predictarum sollempnitatum visitaverint ipsam ecclesiam singuli, singulas quadraginta dierum indulgencias de iniunctis sibi penitenciis, dum modo loci dyocesani ad id consensus accesserit, annis singulis misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas.

Datum Herbipoli, anno domini m.cc.lxxxvii., mense marcii, dominica Iudica.

Aus dem orig. zu Darmstadt. Mit vielen siegeln.

1006. *(Tobias) bischof von Prag und die böhmischen barone versprechen, Guda, tochter könig Rudolfs und gemahlin könig (Wenzels) von Böhmen, nach des letztern tode ihrem vater zurückzusenden und sie bei ihrem witthum zu schützen. (1287 iuni.)*

Nos The*. dei gracia Pragensis episcopus . . et . . barones regni Bohemie in publicam deducimus noticiam per presentes, quod licet ex puro corde preclare domine nostre Gude, serenissimi domini nostri Rudolfi regis Romanorum filie, commodum et honorem sinceris semper affectibus fideliter procurare velimus, et ei tanquam regine ac domine nostre prompta devocione parere summis desideriis affectemus, tamen ut ipsa de nobis plenius confidere et confidentius presumere valeat, et ut nostra devotio necnon et voluntas evidentius appareat, spontanea voluntate prestito iuramento eidem domine regine sine dolo qualibet et fraude promittimus vera fide, quod eam semper fide pura congruis honoribus et obsequiis venerari volentes, si eam domino nostro karissimo domino O.* regi Bohemie et marchione Moravie marito suo, prole aliqua ex ea suscepta vel sine herede, mortis preventione, quod absit, viduare continget, nos ipsam occasione remota qualibet, patri suo domino R. Romanorum regi predicto aut alii[1] ex fratribus et amicis, quem ad hoc elegerit, vel domino F. burgraphio de Nuremberg, quantum per ipsum aut amicos eius requisiti fuerimus, respondabimus ac procurabimus presentari benivole et amice, omni qua poterimus reverencia et honore. Insuper quod eandem reginam dominam nostram in bonis tibi per prefatum dominum nostrum [regem] Bohemie in Glacensi provincia nomine dotalicii iam collati in hiis et in aliis, que sibi idem dictus rex alias postmodum conferet, pacifice possidentem fideliter fovebimus, tenebimus et defensabimus toto posse. In cuius promissionis nostre testimonium etc.

Aus einer briefsammlung sec. 14 zu Colmar. — Guda, seit 1278 verlobt, heirathete 1287 und kam iuni 4 nach Prag, in welche zeit der brief gehören wird. — [1] Hs. *ut aliter*.

1007. *Ludwig Rheinpfalzgraf und herzog von Baiern bestimmt bei bestellung des witthums für Elisabeth, tochter herzogs Friedrich von Lothringen und verlobte seines erstgebornen Ludwig, dass alle seine söhne zweiter ehe im falle ihrer vermählung ein recht auf ausantwortung von gütern gleichen werthes haben sollen. Mainz 1288 ian. 7.*

Nos Ludowicus dei gratia comes palatinus Reni, dux Bavarie. Notum facimus pre-

Illustri ac magnifico domino Iohanni Superantio dei gratia Venetiarum, Dalmatie etc. Bertoldus comes de Marsteten dictus de Niffen, serenissimi domini Ludowici Romanorum regis semper augusti in partibus Italie vicarius generalis, salutem et gratos ad vota successus. Intellectis gratanter vestre magnificentie litteris tam de spoliatione Bertutii de Molino, quam restitutione septem ballarum robatarum inter Angleriam et Sextum, facientibus mentionem amicitie vestre, breviter respondemus, quod non solum pacta habita inter commune vestrum et commune Mediolani servare volentes, verum modo cupientes vobis et dicto communi vestro in omnibus complacere, statim ballas omnes erreptas et alia restitui fecimus Bertutio memorato, denarios vero nondum redditos reddi faciemus eidem qualibet sine mora, et sic dictum Bertutium de predictis reddidimus tacitum et contentum. Ad restituendas vero ballas, que robate fuerunt inter Angleriam et Sextum tum propter inimicorum vicinitatem, tum propter rebellionem dictorum communium non possemus aliqualiter intendere de presenti; expulsis autem et in ruinam positis hostibus ipsis, quod statim erit iniuncto nobis potenti presidio, quod continuo prestolamur, et proinde dictis communibus ad nostram reductis obedientiam, restitutionem earum recuperabimus cum effectu. Quocirca magnitudinem et prudentiam vestram attente rogamus, quatinus terminum vestris litteris assignatum aut annullare velitis, aut illum ad tempus debitum prorogare, cum nostra sit excusatio satis patens.

Data Mediolani, die septimo iulii.

Aus den Commemoriali 2, 434 im archive zu Wien. — Reg. Reichss. nr. 415.

1028. *Lupolt herzog von Oesterreich und dessen helfer gewähren der stadt Hagenau einen frieden, wonach dieselbe bis Iohannistag unter bestimmten voraussetzungen den Ludwig herzog von Baiern als könig einlassen darf, andernfalls aber herzog Lupolt zum schirmer nehmen soll. 1324 oct. 3.*

Dirre gegenwertige brief tut kunt allen den, die in gesehent oder gehorent lesen, daz zwuschent dem hochgebornen fürsten herzoge Lupolte von Österriche unde von Styr unde allen sinen helfern und dienern ein site, und den wisen und den bescheiden lüten . . dem

meister, dem rate und den burgern gemeinliche von Hagenowe ander site, ein getruwer fride gemachet ist unde gelobet, von beden theilen zu haltende bi guten truwen, ane alle geverde, untze an sante Iohanneses tag zu sunichten, der nu zu nehest kumet, und den tag allen, also daz . . der meister, der rat und die burgere von Hagenowe da zwuschent niemanne in ire stat zu Hagenowe lassen sulent, dem vorgenanten herzogen noch sinen helfern oder dienern schaden zu tunde darus noch darin ane alle geverde. Es enwere danne, daz herzoge Ludewig von Peyern da zwuschent kome hie dissite des forstes zu in mit herscraft unde mit solichem gewalte, alse ein kunig sich zu velde legen sol. Vuget es in danne, so mugent sie in empfahen unde ime raten unde helfen, unde sol da mitte der fride niht gebrochen sin. Köm er aber da zwuschent also niht, so sulent sich die egenanten burger beherren unde zu einem schirmer nemen den vorgenanten herzoge Lupolte von Osterriche oder under sinen drien dienern einen, wer in allerbest vuget, alse beret ist. Und sullent ouch dem hulden und in vur einen herren unde einen schirmer haben untze an einen einmutigen kunig ane alle geverde. In disem friden sol sin mit . . den von Hagenowe her Eberhart von Frundesberg zu glicher wis, alse irre burgere einre. Unde were, daz eine missehelle in disem friden wurde von dis krieges wegen, also, daz ein teil spreche, der fride were an ime gebrochen, und der ander spreche, er enwere nit gebrochen, dazu sol man von beden teiln biderbe lute schicken, die daz erkennent, und waz die mittenander oder der merre teil under in bringent unde sprechent, daz sol der teil von des wegen der fride gebrochen ist, danach in eime manote ufrichten ane geverde. Und des zu eime urkunde, so sint des vorgenanten herzoge Lupoltes, des erwirdigen herren bischof Iohanneses von Strazburg, marcgrave Rudolfes des eltern von Baden und herrn Otten von Ohssenstein ingesigele an disen brief gehenket.

Wir Lupolt von gotz gnaden herzoge zu Osterriche und zu Styr, Iohanns von den selben gnaden bischof von Strazburg, Rudolf der marcgrave von Baden unde Otto herre von Ohssenstein veriehent, daz dirre fride alsus gemachet ist, und gelobent in ouch also zu haltende mit guten truwen ane alle geverde. Und des zu eime urkunde, so gen wir den vorgenanten burgern von Hagenowe disen brief besigelt mit unsern ingesigeln.

Dis geschach an der mittewochen nach sante Michahels tag, des iares da man zalte von gots geburte druzehen hundert unde vier und zwenzig iar.

Aus abschr. Bodmanns auf der stadtbibliothek zu Frankfurt. — Reg. Reichss. nr. 174. Lupolt s. 519.

1029. *Iohann könig von Böhmen verleiht den brüdern Wolfram, Mathäus und Tetzko von Panewitz das den königen von Böhmen zuständig gewesene patronatrecht zu Rengersdorf im lande Glatz. Beuthen* ***1327*** *feb.* ***24.***

Nos Ioannes dei gratia Bohemiae et Poloniae rex ac Lucemburgicus comes. Scire volumus tenore praesentium universis, quod [in] dilectorum fidelium nostrorum Wolframi, Mathaei et Tetzkonis, fratrum de Panevicz, placita, quae nobis hucusque exhibuerunt, servitia benignum convertentes intuitum, ipsis ius patronatus, quod in ecclesia parochiali in villa nostra Rengersdorf, Glacensis provinciae, nobis competit, et titulo, quo ad praedecessores nostros, quondam illustres reges Bohemiae, et consequenter ad nos pertinuit, de liberalitate regia duximus conferrendum, volentes quod praedictorum fratrum senior quicunque pro tempore extiterit ipsam ecclesiam comferre [valeat], quandocunque vacaverit et iure fuerit conferrenda; vel eis non exstantibus, quicunque ex praedictorum Wolframi et Mathaei heredibus senior fuerit, idipsum faciendi plenariam habeat potestatem; ipsis

autem non forsitan exstantibus, senior heres praedicti Tytzkonis praefatam ecclesiam conferre valeat pleno iure. Favemus autem praedictis fratribus et eorum heredibus, [ut] praedictum iuspatronatus cum praedicta villa Rengersdorf, quandocumque eam alienare voluerint, vendere et in quamcumque personam sibi placuerit venditionis titulo cum saepe dicta villa Rengersdorf transferre valeant pleno iure. In cuius rei testimonium praesentes litteras fieri et sigillo nostro maiori iussimus communiri.

Datum in Boutung, anno domini m.ccc.xxvii., sexto cal. martii.

Kögler aus nicht angegebener quelle; mitgetheilt aus dessen nachlasse an B. durch landesältesten I. von Humbracht auf Rengersdorf. — Reg. Ioh. nr. 392.

1030. *Iohann könig von Böhmen befiehlt allen behörden der stadt und des bezirks Cremona, der kirche von Cremona die ihr entfremdeten besitzungen, insbesondere Genivolta und Piadena, zurückzustellen. Cremona* ***1331*** *feb.* ***26.***

Iohannes dei gratia Boemie et Polonie rex, Luxemburgensis comes, civitatum Brixie, Cremone etc. dominus. Vicariis, iudicibus, rectoribus aliisque officialibus nostris, nec non consiliis, communibus, *hominibus et singularibus personis civitatis Cremone eiusque episcopatus, territorii et districtus, fidelibus nostris, salutem cum plenitudine omni boni. Cum cordi nostro insedeat religionis et catholice fidei zelatores, ipsamque fidem colentes et venerantes, in eorum omnibus iuribus et rationibus defensare, pia miseratione permoti versus ecclesiastica privilegia, iurisdictiones et iura Cremonensis ecclesie atque ad episcopalem pertinentia dignitatem et comodum, que huc usque longis retroactis temporibus propter enormes et intollerabiles condictiones pravi status et inique conditionis civitatis iam dicte lacerata fuerunt, a multis emulis occupata et irreverenter a pluribus violata, harum tenore vobis precipiendo mandamus, quatenus omnia iura, bona, honores, privilegia, iurisdictiones et res ad dictam ecclesiam et ipsum reverendum episcopum spectantia et pertinentia, et que solite sunt spectare temporibus memoratis in dictis civitate, castris, terris, villis et locis, episcopatu, territorio et districtu, ab illicitis possessoribus earundem, sive teneantur ab aliis occupata vel non, illico restitui faciatis, ipsamque ecclesiam et episcopum memoratum in ipsis possessionibus, bonis, rebus, iuribus et privilegiis ad dictum episcopum, ecclesiam et episcopatum spectantibus manutenere et defendere studeatis, ita quod ipsis possit sine alicuius contradictione vel molestia gaudere, uti, frui pacifice et quiete; firmiter cognoscentes, quod si contra huiusmodi nostrum privilegium per aliquem fuerit forsitan attemptatum, preter indignationem nostram et nostre gratie ammissionem temeratores eiusdem penis gravissimis puniemus. Volumus etiam et mandamus, quod castra et terre Iovisalte et Platine cum iuribus et pertinentiis ad dictum episcopatum spectantibus in eisdem castris et terris pro nunc eidem episcopo libere dimittantur. Custodiam tamen turris et roche de Platina pro conservatione status pacifici dicte terre nobis et nostre ordinationis beneplacito reservamus. In cuius rei testimonium atque robur presentes conscribi et nostro sigillo iussimus communiri.*

Datum Cremone, anno a nativitate domini millesimo trecentesimo trigesimo primo, die vigesimo sexto februarii.

Cereda aus einer auf geheiss des bischofs Hugolin zu Cremona 1330 (calc. Florent.) märz 14 aus dem mit hängendem siegel des königs versehenen originale genommenen notariellen abschr. im archive zu Cremona.

1031. *Lapus von S. Gemignano, vicar von Piadena für könig Iohann von Böhmen,*

setzt einen bevollmächtigten des bischofs Hugolin von Cremona in besitz von Piadena unter vorbehalt des thurmes und der burg. Piadena 1331 märz 6.

Anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo trigesimo, indictione quartadecima, die sexto mensis martii, in castro Platine districtus Cremone domini episcopi Cremonensis; presentibus domino presbitero Stephano de Cuchinis rectore ecclesie dicti castri, et nobilibus viris dominis Iacobino de Amatis, Stephano de Ponzonibus, Iohanne et Gaidoldo de Guazonibus, Iohannino de Trezo, Andriolo de Drizona, Andriolo de Codelupis civibus Cremonensibus, Bernardo de Petrezanis, Armizolo de Armicis, Lafranco dicto Macho, et Cabrino de Teziis habitatoribus dicti castri, atque aliis pluribus civibus Cremonensibus et habitatoribus dicti castri testibus ibi rogatis. Nobilis vir dominus Lapus de Sancto Iemiiano, vicarius dicti castri pro infrascripto domino nostro rege iuxta tenorem quarundam litterarum, quas ipsi domino Vicario presentavit ex parte nobilis et potentis militis domini Baldi de Ballastris, vicarii civitatis et districtus Cremone pro serenissimo principe domino Iohanne Boemie et Polonie rege, Luxemburgensi comite ac civitatis et districtus Cremone domino generali, discretus vir Franceschinus Petacius de Parma procurator venerabilis patris et domini domini fratris Hugolini dei et apostolice sedis gratia episcopi Cremonensis, de cuius procura in carta facta a Bartholomeo de Foxio notario continetur, posuit et induxit prefatum dominum Franzeschinum presentem et recipientem procuratorio nomine et vice dicti domini episcopi Cremonensis in tenutam et corporalem possessionem dicti castri Platine et omnium iurium et pertinentiarum eiusdem, preterquam de turri et rocha dicti castri, que pro dicto domino nostro rege custodiri debet et custoditur pro conservatione status pacifici dicti castri, per catenas pontis dicti castri et per claves et clavaturas porte et pontis dicti castri, et cetera quoque et singula faciendo et operando, que ad inductionem vere tenute et corporalis possessionis pertinere iure legitimo dignoscuntur. — Post que continuo prefatus dominus Franzeschinus suprascripto modo et nomine ibidem presentibus testibus suprascriptis consignavit et dedit in manibus dicti domini Lapi vicarii recipientis claves predictas pro conservando possessionem dicti castri dicto domino episcopo, et dictum castrum et eius possessionem custodiendo comisit eidem recipienti usque ad prefati domini episcopi libitum voluntatis.

Ego Davidinus de Restaliiis civis Cremonensis, publicus imperiali auctoritate notarius ac scriba et notarius prefati domini episcopi, interfui omnibus et singulis suprascriptis et hanc cartam seu cartas rogatus scripsi meoque solito signo et nomine roborando signavi.

Cereda aus dem archive zu Cremona. — Vgl. nr. 1030.

1032. *Iohann könig von Böhmen meldet dem Franz Dandolo dogen von Venedig, dass ietzt, nachdem er Guastalla eingenommen, der weg auf dem Po sicher sei, und beglaubigt bei ihm den Guido de Sala. Parma 1331 apr. 10.*

Magnifico et potenti viro domino Francisco Dandulo, illustri Venetiarum, Dalmatie atque Chroatie duci et quarte partis et dimidie totius imperii Romanie domino, amico carissimo, Ioannes dei gratia Boemie et Polonie rex, Lucemburgensis comes, Brixie etc. dominus, salutem cum plenitudine omnis boni. Licet alias illustri amicitie vestre notum *facimus ordinem per nos scriptum super securitate itineris aque Paudi, ut eadem securitas vestre magnificentie et mercatoribus Venetiis commorantibus clarius innotescat, vobis tenore presencium duximus nuntiandum, quod castrum Guastalle positum super Paudum, ex quo forsan mercatoribus aliqua dubietas imminebat, nuper habuimus ipsumque ob securi-

tatem predictam a gentibus nostris equestribus et aliis facimus cum diligentia custodiri. Propter quod et alia, que pro dicta securitate sollicitudo regia procuravit, per aquam Paudi predictam mercatoribus quibuscunque et mercantiis et mercibus liber et tutus undique patet transitus et conductus. Super quibus et aliis potentie *nostre verbali relatione difusius explicandis providum virum Guidonem de Sala, familiarem nostrum dilectum, ad vos censuimus destinandum, cuius relatibus fidem velitis indubiam adhibere.

Data Parme, die decimo mensis aprilis, quarte decime indictionis.

* Aus abschr. in den Commemoriali 3a, 175 im reichsarchive zu Wien; es folgt dort noch die entsprechende instruction für den gesandten. — Reg. Ioh. nr. 401.

1033. *Heinrich Rheinpfalzgraf und herzog von Baiern verpflichtet sich, wenn er zum könige gewählt sein werde, dem könige Philipp von Frankreich beizustehen und ihm alle reichsrechte in genannten landen (nämlich dem gesammten königreiche Burgund) und im gebiete von Cammerich pfandweise zu überlassen. Frankfurt 1333 dec. 7.*

Henricus dei gracia comes palatinus Rheni et dux Bawarie. Universis presentes litteras inspecturis salutem et fidem presentibus. Cum pro pace universali ecclesie et regni ac imperii Romanorum, necnon bono tocius christianitatis, et specialiter ad promotionem et directionem felicem generalis passagii transmarini noviter indicti pro recuperatione et subsidio terre sancte tractatus extiterit inter carissimum dominum nostrum, dominum Ludovicum, qui se gerit pro imperatore Romano ex una parte, et plures ex principibus seu maiorem partem eorum, ad quos electio regis Romanorum spectare dignoscitur ex alia, mediante domino Iohanne rege Bohemie illustri, socero nostro carissimo, ut idem dominus Ludovicus cedat omni iuri et statui imperii et regni Romanorum, et ut principes predicti et alii ad quos pertinet procedant ad novam electionem regis Romanorum, tanquam imperio et regno Romanorum vacante de iure et de facto, ad quod idem dominus Ludovicus et maior pars ipsorum electorum iam suum prebuerunt assensum, volentes ut nos ad statum huiusmodi assumamur, sicut per eorum patentes litteras super hoc editas nobis constat; et nos pro bono communi et ex causis supra dictis, si deus annuerit, ad subeunda onera status predicti, si dicti principes et alii electores in convenienti numero cum solemnitate solita et debita nos ad hoc eligendum et assumendum duxerint, sub spe divine gratie nos disposuerimus, quantum in tanto ac tali negotio facere potuimus, bono modo, non ex ambitionis vitio, sed ex officio caritatis, ut tanti boni esse valeamus participes et aliqualiter effectores, propriis in hac parte laboribus non parcentes, sed ipsos affectantes intentius, ut quietem aliis preparemus; et cum illustrissimus princeps dominus Philippus Francie rex, ut predicta ad effectum perducantur optatum pro pace ecclesie et quiete fidelium ac directione passagii supradicti, quod ipse tanquam christianissimus princeps ad exaltacionem catholice fidei et Christi nominis gloriose assumpsit devotius, et cuius per Romanam ecclesiam factus est capitaneus generalis, dederit iam multipliciter et dare promiserit opus et operam efficaces, quibus mediantibus divina gratia precedente speramus firmiter predicta feliciter ad finem propositum perventura: volentes eidem pro tanta benivolentia, quam ad personam nostram et ad regnum seu imperium Romanorum exhibuit, et inposterum etiam favente domino speramus firmius exhibebit, vices rependere ut tenemur, et eius laudabile propositum sic debite gratitudinis officio confovere, quod semper ad* viribus prosequendum opus tam laudabiliter et utiliter inchoatum eius magnificentia roboretur, et ne possit quomodolibet suspicari, ne pax regni vel imperii Romanorum, ad quam laborat fideliter, sibi

vel regno suo Francorum quomodolibet, quod esset iniquissimum, imposterum converteretur ad noxam, et per hoc a tam pro* utili et laudabili opere et nobis honorifico venenosis aliquorum susurrationibus retrahi, sed nostram bonam intentionem agnoscens, apertius manum suam extendat ad fortia, et eius desiderium ad predicta ferventius accendatur, eidem pro se et successoribus regibus Francie [et] regno suo perpetuam pacem, firmam et fidelem confederationem et alligationem promittimus bona fide, et ad quemcunque statum, sive regis Romanorum sive imperatoris, nos deo auspice venire contigerit, ipsum regem Francie seu eius successores reges aut regnum ipsum non molestabimus, impediemus vel quomodolibet perturbabimus super iuribus, libertate seu limitibus, que ad presens obtinet seu in quorum possessione vel quasi qualitercumque ipse rex vel regnum Francie existit ad presens, nec ullo ingenio vel modo quocumque, clam vel palam, directe vel per obliquum, procurabimus vel faciemus imposterum a quocumque quomodolibet molestari, impediri vel perturbari ex causa quacunque, sive ratione iurium prelationum vel maioritatum regalium vel imperialium regni vel imperii Romanorum, vel alia causa quacunque; sed ipsum regem Philippum, successores suos in perpetuum reges Francorum, et regnum ipsum in sua pace, libertate, exemptione, franchisiis, iuribus, honoribus, nobilitatibus, terminis et limitibus, in quibus seu quorum possessione vel quasi ad presens existunt, erga seu contra ipsum imperium vel regnum Romanorum vel alios quoscunque pacifice perpetuo remanere promittimus ac tenebimus, quantum ad nos pertinet vel pertinebat quomodolibet in futurum, sive pro iure regni vel imperii Romanorum vel pro quocunque iure alio undecunque et quomodolibet veniente. Et si per aliquem alium, cuiuscunque status, honoris, excellentie vel conditionis existent, predicta pax, libertas, franchisie, exemptio, iura, honores, nobilitates, termini et limites, que ad presens obtinet rex et regnum Francorum, et in quorum possessione vel quasi existunt vel aliquid ipsorum tempore ipsius regis Philippi vel successorum suorum regum Francorum, quomodolibet de facto impedirentur, molestarentur vel turbarentur: nos ad quemcunque statum pervenerimus, regium vel imperatorium seu alium, ipsum regem Francorum, eius successores et regnum sicut bonus amicus [et] fidelis confederatus adiuvabimus pro posse nostro bona fide, cum super hoc a rege Francie, qui pro tempore fuerit, fuerimus per eius litteras vel nuntios requisiti, contra omnem impeditorem, molestatorem vel turbatorem cuiuscunque status, conditionis, excellentie vel honoris extiterit, et erimus fautores et adiutores fideles ad reprimendum, tollendum vel vindicandum et in statum ac libertatem et quietem pristinas reponendum omne impedimentum, molestationem vel turbationem predictas. Insuper attendentes, quod idem rex Francorum pro predictis implendis iam magnas pecuniarum quantitates expendit et liberaliter erogavit, et multo plura pro prosecutione predictorum et ipsorum consumatione felici ipsum oportebit imposterum multipliciter erogare; ac debita consideratione pensantes, quod non esset equum neque conveniens, quod pro tanta utilitate regni seu imperii Romanorum per ipsum regem liberaliter procuranda, dicti regis erarium gravaretur et regni Francorum, quod in nullo subicitur regno seu imperio Romanorum, pro alieni regni commodis facultates exponi, cum secundum debitam rationem, ubi procurantur commoda, ibi debeant et onera collocari: idcirco nos quoad hoc opportune ac rationabiliter providere volentes, temporalitatem archiepiscopatus Arelatensis et civitatem et omnia, que tenent ac tenere debent archiepiscopus, capitulum, ecclesia Arelatensis, civitas et nobiles ac quicunque alii de dictis civitate et archiepiscopatu a regno seu imperio Romanorum regalias*, feoda, abbatias, monetas, monetagia et portus, et generaliter quecunque alia quocunque nomine nuncupatur; item comitatum Provincie ac Forcalqueri regalias, feoda, ut supra, salinas, thelonea et gabellas;

item temporalitatem episcopatus Avinionensis et civitatem et omnia, que tenent et tenere debent episcopus, capitulum, ecclesia, civitas, cetera ut supra; item temporalitatem episcopatus princerie Aurengiensis et civitatem, regalias, feoda, ut supra; item temporalitatem episcopatus Sancti Pauli et civitatem, regalias et cetera ut supra; item temporalitatem episcopatus Massiliensis et civitatem et omnia, que tenent et tenere debent, et cetera ut supra; item civitates Valentie et Dye et temporalitates episcopatuum comitatus Valentinorum et omnia, que tenent et tenere debent, ut supra; item temporalitatem archiepiscopatus Ebredunensis et civitatem et omnia, que tenent et tenere debent ut supra; item temporalitatem archiepiscopatus Viennensis et civitatem et omnia, que tenent ut supra; item Delfinatum et comitatum Dalbonensis feoda, tenementa et omnia alia pertinentia ad predicta et terram de Foussigny; item comitatum Sabaudie et terram Bressie et omnia alia pertinentia ad comitatum supradictum; item temporalitatem episcopatus Gebenensis et comitatum et omnia alia, que tenent ut supra; item temporalitatem archiepiscopatus Lugdunensis et episcopatus Vivariensis pro terra temporalitatis dictarum ecclesiarum, que est extra terminos regni infra metas imperii; item comitatum Burgundie, regalias, et cetera ut supra; item temporalitatem arehiepiscopatus Bisuntinensis et civitatem, regalias, ut supra; item omnia alia spectantia et pertinentia ad predicta regalias, feoda, ecclesias cathedrales et alias, religiosas vel seculares, patronatus quarumlibet ecclesiarum secularium vel regularium, presentationes ad quecunque beneficia seu collationes, cheminos, gardas, ripparias, portus, passagia et omnia alia, dominationes, potestates, honores, monetas, monetagia, salinas, thelonia et gabellas; item temporalitatem episcopatus Cameracensis, ecclesiam, comitatum et civitatem Cameracensem, et de Cameracesio regalias, feoda et cetera ut supra; item temporalitatem episcopatus Seonensis et civitatem, regalias, et cetera ut supra; item temporalitatem episcopatus *Lauseunensis et civitatem et omnia, que tenent et cetera; item omne id quod includitur et inclavatur in omnibus et singulis supradictis, et de comitatu Burgundiensi usque ad mare Massiliense, et de ripariis Rhodani et Seonensi usque ad terminos et metas Lombardie illos montes includendo cum pertinentiis eorum, et omnia alia quecunque, villas, castra, fortalitia, dominationes, iurisdictiones et omnia alia, que sunt et esse debent de iure omnium et singulorum predictorum, et generaliter omnia alia pertinentia et existentia infra terminos dominationum, baroniarum, archiepiscopatuum et episcopatuum predictorum, quicunque ea tenent prelati, ecclesie, barones, ville aut alie persone singulares, cuiuscunque conditionis existant: in ipsum regem Philippum cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, habito super hoc tractatu, consilio et consensu maioris partis principum Allemannie, ad quos ius electionis regis Romanorum dignoscitur pertinere, pro tam felici expeditione et provisione ipsius regni seu imperii Romanorum in pignus seu gaieriam duximus omni modo et iure, quibus melius possumus, transferenda, ita quod ab ipso domino Philippo rege et suis successoribus regibus Francie titulo et iure gaierie teneantur et possideantur pacifice, et exinde ipse rex et eius successores de omnibus iuribus et iurisdictionibus et domaniis et quibuscunque redditibus, honoribus et obventionibus pertinentibus ad Romanorum regem seu imperium in locis predictis libere faciant fructus suos et ea teneant et possideant sicut sua et sicut propria bona regni sui, nulla nobis, ad quemcunque statum nos devenisse contigerit, seu regno vel imperio Romanorum superioritate retenta vel alio aliquo iure. Precipimus etiam ex nunc, quantum possumus, et precipere promittimus bona fide, cum ad statum regium autore domino pervenerimus supradictum, omnibus et singulis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prepositis, prelatis seu ecclesiarum rectoribus, secularibus vel regularibus, atque collegiis ecclesiarum regularium vel secula-

rium quocunque nomine censeantur, necnon principibus, ducibus, comitibus, baronibus, militibus, nobilibus et non nobilibus, civitatibus, castris, burgis, villis, comitatibus, universitatibus et eorum rectoribus et singularibus personis prenominatis et prenominatorum locorum, districtuum, territoriorum infra dictos terminos constitutis et comprehensis et conclavatis, quocunque nomine censeantur et cuiuscunque *preminentie, status, dignitatis, conditionis existant, fidelibus, vassallis, feodalibus vel alias quomodolibet astrictis, subiectis vel submissis, obligatis seu confederatis vel colligatis regno vel imperio Romanorum: ut ipsi omnes et singuli ita obediant ex integro dicto regi Francorum et eius successoribus regibus, ac eis cum effectu respondeant de feodis, vassallatiis, regaliis, fidelitatibus, submissionibus, obligationibus, iuribus, iurisdictionibus, confederationibus, alligationibus, sicut faciunt vel facere tenentur regi vel imperatori Romanorum, et ipsi regi seu eius [successoribus] regibus Francie faciant homagia, fidelitates, iuramenta, submissiones, obligationes, reverentias et honores, que seu quas regi vel imperatori Romanorum facere debent de consuetudine vel de iure. Nos enim quoad omnia supradicta, quidquid iuris regi vel imperatori Romanorum qualitercunque competet in premissis omnibus et quolibet premissorum, in prefatum regem Francie et eius successores reges Francie ex causa predicta plene et libere ex nunc, quantum possumus, duximus transferendum, cedendum et delegandum, et promittimus bona fide hec omnia translationes, delegationes, cessiones, cum ad statum regium devenerimus, meliori modo et forma, quibus poterimus, sub nomine et sigillo regio de novo facere ac eciam innovare et perpetuo observare et contra ea quomodolibet non venire, quousque per nos, si ad statum regni vel imperii nos devenire contingat, vel per aliquem regem vel imperatorem Romanorum, successorem nostrum, dicta gaieria per exsolutionem trecentarum millium marcarum argenti puri, boni et legalis et aere non contaminati, una die, in civitate Parisiensi, ipsi regi Francie vel eius thesaurariis ex integro in simul et non per partes facienda, gaieria et omnia predicta in dicta gaieria comprehensa fuerint et non aliter liberata. Ad ipsam etenim summam trecentarum millium marcharum argenti boni et puri sic solvendum, ut predicitur, ipsi regi et eius successoribus regibus Francie, dicta omnia efficaciter obligamus; et volumus et concedimus ipsi regi, quod predicta omnia et singula propria auctoritate per se vel deputandos ab eo libere valeat occupare, tenere, possidere, *explectare, et omnes fructus, obventiones et emolumenta sibi applicare, in quibuscunque consistant, et suos facere ipse et successores sui reges, absque deductione vel diminucione quacumque de predicta summa trecentarum millium marcharum argenti quomodolibet facienda. Promittimus insuper bona fide, iuramento ad sancta dei evangelia prestito, quod cum ad statum regis Romanorum nos auctore deo contigerit devenire, omnes promissiones, obligationes, conventiones, confederationes et gaieriam predictas innovabimus et de novo faciemus sub nomine et sigillo ipsius regie dignitatis, et per principes et electores regis Romanorum procurabimus bona fide, quantum ad ipsos pertinet, efficaciter confirmari, non obstante quacunque promissione, quocumque iuramento, quod de cetero facere nos contingeret ipsi regie dignitati in nostra coronatione vel alias ubicunque vel quandocunque, in qualicunque forma verborum, etiam de non alienando vel distrahendo vel diminuendo res vel iura seu honorem regni vel imperii Romanorum, et de ipsis hactenus per nos seu predecessores nostros alienatis, distractis vel diminutis recuperandis et regno seu imperio applicandis et reincorporandis; quam promissionem vel iuramentum, si ea nos facere contigerit, ad predicta omnia et singula in presentibus contenta litteris extendi non intendimus nec volumus, nec ad ipsa referri, nec eis per hoc preiudicium aliquod quomodolibet generari, que ad bonum commune et utilitatem ipsius regni et imperii tractata sunt

et etiam concordata. Ad hoc pro maiori firmitate omnium premissorum rogamus et affectuose tenore presentium requirimus dominum regem Bohemie illustrem, socerum nostrum carissimum, ut pro premissis per nos dicto domino regi Francorum et eius successoribus regibus fideliter attendendis, observandis et adimplendis, fideiussorem et plegium se pro nobis constituat, et suas litteras patentes super hoc concedat prefato domino Philippo regi Francorum. Ad uberiorem etiam firmitatem et cautelam plenissimam omnium predictorum, supplicamus devotius sanctissimo in Christo patri et domino, domino Iohanni divina providentia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici, et eius successoribus summis pontificibus, ut pro bono communi fidelium meliori modo et forma, quibus fieri poterit, ad plenissimam securitatem dicti regis Francie et successorum suorum, cum sui interpositione decreti et per censuram ecclesiasticam dignetur predicta omnia et singula roborare, confirmare et ad eorum observantiam, si opus fuerit, nos et quoscunque alios coercere. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus [appendendum].

Datum Francofordie, die septima mensis decembris, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo tercio.

Nach dem drucke: Histoire de la vacance du trone impérial (Paris, Lavillette, 1780. 8) s. 224 mit der vorbemerkung: extrait du neuvième volume des tables de Dupuits, manuscrit de la bibliotheque du Roi. — Nach Pütters Litteratur des deutschen Staatsrechts fortges. von Klüber 4, 696 ist dieses werk nichts anderes als ein verstümmelter abdruck von: Mémoires instructifs sur la vacance du trone impérial etc. par le baron de D* (d. h. Jean Rousset) Amsterdam 1741. 8. — Reg. Reichss. nr. 358. Wittelsb. s. 121.**

1034. *Iohann könig von Böhmen verbürgt sich dem könige Philipp von Frankreich, dass herzog Heinrich von Baiern die ienem für den fall seiner königswahl gemachten versprechungen einhalten werde. Poissy **1334** feb. **16**.*

Ioannes dei gratia Boemie et Polonie rex, Lucemburgensis comes. Universis presentes litteras inspecturis salutem. Noveritis quod nos ad requisitionem et rogatum magnifici principis domini Henrici comitis palatini Rheni ducisque Bavarie erga excellentissimum principem dominum Philippum regem Francorum illustrem pro ipso nos fideiussorem et plegium constituimus, quod idem dominus Henricus omnia in suis contenta patentibus litteris, quibus nostre presentes sunt annexe, quas nos diligenter vidimus et integraliter inspeximus, eidem domino regi Francie tenebit, observabit et adimplebit, prout in ipsis litteris suis seriosius explicavit, et contra ea nulla arte vel ingenio veniet vel venire faciet quoquomodo. Promittimus insuper eidem domino regi Francorum nos bona fide servaturos et facturos, quod idem dominus Henricus predicta omnia per nos pro bono communi tractata adimpleat, teneat et observet, et contra ea non veniat seu venire faciat in futurum. Et quod laici principes Allemannie seu electores regis Romanorum predicta, quantum ad se pertinent, approbabunt, ratificabunt, prout tractata sunt, et contra ea non venient seu venire facient in futurum. Et ista fieri procurabimus omnibus viis et modis, quibus melius poterimus. Et si idem dominus Henricus deficeret in promissis per eum prefato regi Francorum in casu, in quo veniret ad statum regie dignitatis, nos omnibus viis et modis, quibus poterimus, ipsum dominum Henricum ad ea implenda inducemus et cogemus remediis et provisionibus opportunis. Et hoc ipsi regi Francorum et omnibus, quorum interest, promittimus tenore presentium bona fide nos, successores et heredes nostros, bona nostra et heredum nostrorum presentia et futura predicto regi et omnibus, quorum interest, tenore

presentium obligantes, volentes predicta valere et tenere omni iure et modo, quibus melius tenere poterunt et debebunt. Promittentes bona fide pro nobis et successoribus nostris contra ea in perpetuum non venire, cauto tamen, quod eo ipso prefatus dominus Henricus, postquam prime sue coronationis in regem Romanorum solemnia susceperit, contenta in litteris, quibus presentes sunt annexe, per suas patentes litteras forma et modo debitis promiserit observare, nos, heredes et successores nostri a presenti obligatione liberi reddamur penitus et immunes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum.

Datum Pissiaci, decima sexta die mensis februarii, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto.

Nach dem drucke: Histoire de la vacance du trone impérial (Paris 1790) s. 237. — Reg. Ioh. nr. 410 nach abschr. aus dem orig. zu Paris mit feb. 15. — Vgl. nr. 1033.

1035. *Iohann könig von Böhmen bekennt burg und land Dalheim nebst hundert mark iährlicher einkünfte aus den dörfern Consicke und Hopscheit von erzbischof Walram von Cöln zu lehen erhalten zu haben. Neuss* ***1334*** *märz* ***3.***

Nos Iohannes dei gratia Bohemie et Polonie rex et comes de Lutzelnburg. Notum facimus universis presentes litteras visuris et audituris in perpetuum et tenore presentium recognoscimus, quod castrum et terram Dalheim cum omnibus suis iuribus, iurisdictionibus, ministerialibus, vasallis et hominibus ac attinenciis earundem universis, in quibuscunque consistentibus, prout ab ecclesia Coloniensi dependent et dependere debent, nec non redditus annuos centum marcarum bonorum denariorum Coloniensium, quos de villis nostris Conzicke et Hopscheit, sitis in comitia nostra Lutzelnburgensi, ab ecclesia Coloniensi similiter dependentibus, annuatim habemus et pacifice possidemus, a venerabili in christo patre et domino nostro domino Walramo archiepiscopo Coloniensi in feodo recepimus et sibi homagium fecimus et debite fidelitatis prestitimus iuramentum. De quibus quidem castro et terra Dalheim et earum attinentiis necnon centum marcarum redditibus supradictis nos et heredes seu successores nostri in eisdem dicti domini nostri archiepiscopi et ecclesie Coloniensis fideles perpetuo remanebimus et vasalli et feodum nostrum huiusmodi deserviemus fideliter, ut tenemur. In cuius rei testimonium et evidentiam perpetuam sigillum nostrum ex certa nostra scientia hiis litteris est appensum.

Datum et actum Nussie, anno domini m.ccc.xxxiiii., feria quinta post dominicam qua cantatur Oculi.

Aus abschr. im archive zu Coblenz. — Reg. Ioh. nr. 411. — Das datum liesse sich auch auf 1335 märz 23 beziehen, wo aber das itinerar weniger passt.

1036. *Iohann könig von Böhmen überträgt dem erzbischof Baldewin und der kirche von Trier alle seine rechte an dem dorf Littgen unfern vom kloster Himmerode. Müinstermaifeld* ***1334*** *oct.* ***1.***

Nos Iohannes dei gratia Boemie et Polonie rex ac Lutzelemburgensis comes. Notum facimus universis, quod nos advertentes multas fructuosas et gratas complacentias atque beneplacita, nobis sepius utiliter factas et inpensas per venerabilem in Christo patrem dominum Baldewinum archiepiscopum Trevirensem, patruum nostrum karissimum, et satis maiores et utiliores nobis, quam sint ea, que sibi et ecclesie sue predicte facimus et inpendimus, in hiis scriptis eidem patruo nostro et dicte sue ecclesie Treverensi supráportamus, cedimus et donamus omnimodo iure et forma, quibus id melius fieri poterit et debebit, omne

ius et dominium, quod hactenus habuimus quocumque iure, modo vel titulo in villa Lytghe sita prope monasterium de Hemmenrode, cysterciensis ordinis, diocesis Treverensis, cum suis iuribus et pertinentiis universis; que quidem villa cum pretactis suis pertinentiis a nobis hactenus dependebat in feodum et nos ipsam ulterius tenuimus et habuimus in feodum ab ecclesia Treverensi. Et renunciamus omni iuri ibidem ex quacumque causa nobis qualitercumque competenti, et specialiter iuri feodi, quod in dictis bonis habuimus usque in diem confectionis presentium litterarum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum in monasterio Meynefelt, die prima mensis octobris, anno domini m.ccc.xxxiiii.

Aus abschr. im archive zu Coblenz. — Reg. Ioh. nr. 416.

1037. *Iohann, herzog von Kärnthen und graf zu Tirol, verleiht mit willen und rath seines bruders und vormundes Karl (markgrafen von Mähren) dem Heinrich von Annenberg dessen hergebrachte lehen und genannte vogteien und bestätigt dessen handfesten. Tirol* ***1336*** *märz* ***26****.*

Wir Iohans etc. Veriehen etc., daz für uns und unser liebeu gemahelen Margreten, hertzogin ze Chernden und der vorgenanten grafschafft und gotshewser uns ewen wirdik, chom unser getrewer Hainrich von Annenberch und voderte an uns seineu lehen und pat uns, daz wir im die verlihen. Die lihen wir im und haben im si gelihen in allem dem rechten, als er si herpraht und gehabt hat. Er lie uns auch ein hantfest sehen und hören, die im weilent unser säliger herre und sweher geben het, dem got genad, deu von worte ze wort stünt, als hernach an disem prief geschriben stet:

Wir Hainrich von gotes gnaden etc. Veriehen an disem prieve, daz wir unsern getrewen Hainrich von Annenberch purchgraven ze Tyrol überhobt haben der vogtay, deu uns gevallen solte von einer halben hueben, deu weilent was Ulrich Alb. sun von Parchsinds, und von einer halben huben, deu was Nykelleins chinden von Guttroun, und von einer halben huben auf der ober ebn, deu auch was des vorgenanten Nikelleins chinde von Guttroun und Berhtoldes von Awre, als lang als wir ander unser edel leute sämleicher vogtay uberheuen wellen, und darnach als lang wir wellen und niht lenger. Mit urchunde dises prieves versigelt mit unserm hangenden insigel. Der ist geben auf sand Zenenberch, nach Christes geburte dreuzehen hundert iar, dar nach in dem siben und zwainzigisten iare, an sand Iacobstag in dem augst.

Nu haben wir angesehen seine getrewe dinste, die er uns getan hat und haben die vorgenanten vogtayen auz den vorgeschriben guten im und allen seinen erben ewichlichen verlihen für uns, unser erben und nachchomen in allen den rehten, als er andrew seinew lehen her gehabt hat. Auch haben wir gesehen und gehört einichleich und gemainleich alle seine prieve und hantfesten, die er von uns, unser vodern und von unserm säligen herren chunik Hainrich ze Peheim und herczogen in Chernden gehabt hat und von andern leuten, die wir gereht funden haben an allen iren artikeln, punten, orten und chreften an allen sachen. Und darumb haben wir im bestätigt alle seine prieve und hantfesten gemainlich und iegleicheu besunderlich. Daz ist geschehen mit willen und rate unsers lieben pruder hern Karls, wan er vollen gewalt hat von unserm lieben herren und vatter chunik Iohann von Beheim, als von einem gerhaben unser und unser lieben gemaheln; wir habens auch getan mit unsers rates rat, waz an disem prieve geschriben stet, daz im und seinen erben und nachchomen daz stät beleibe und unzerbrochen ewichlich von uns, unsern erben

und nachchomen. Ze urchund der warheit haben wir und unser gemahel und unser pruder her Karl unsereu insigel gehenget an diesen prief.

Dez sint gezeug: Her Nycol. der chantzler, Volchmar von Purchstal etc., Chunr. der Mulser, her Dyetrich pharrer ze Halle, Albert und Fridrich die prüder unser schreiber und ander erber läut.

Actum in Tirol, m.ccc.xxxvi., die martis ante diem pasce, ind. iiii.

Aus gleichzeitigem conceptbuche, Tirol nr. 16, im staatsarchive zu Wien.

1038. *Iohann könig von Böhmen überlässt allen seinen vasallen im lande Glatz das kirchenpatronat auf ihren im lande gelegenen gütern. Seefeld 1336 iuli 22.*

Ioannes dei gratia Boemiae rex, Lucenburgensis comes etc. Fidelibus nostris vasallis provinciae Glacensis gratiam regiam et omne bonum. Animadvertentes fidei puritatem[1] et obsequiorum vestrorum constantiam, quibus in oculis regis non modicum placuistis, pensantesque[2] aequo mentis nostre libramine vos digne libertatum attollere praemiis, quos meritorum exuberans beneficium gratos nobis exhibet in omnibus atque charos. Eorum itaque consideratione vobis gratiam facimus specialem, concedentes vobis, in vosque et heredes vestros perpetuo transferrentes ius patronatus et praesentandi, plenamque et liberam dantes praesentibus facultatem, quatenus quisque vestrum omnia et singula ecclesiastica beneficia in bonis suis in terra Glacensi sita, cum vacaverint, authoritate propia, utpote verus legitimus patronus concedere, ad ipsa presentare, et iisque libere disponere valeat, personam idoneam, suo conveniente praeposito, pro suae libitu voluntatis [presentando], sine aliqua[3] nostra vel successorum nostrorum aut aliorum quorumque requisitione, licentia aut mandato, exceptis Glacensis, Habelschwerdensis, Landecensis et Wünschelburgensis civitatum ecclesiis duntaxat, quas praesentationi nostrae et successorum nostrorum poenitus reservamus; promittentes vobis pro nobis [et] successoribus nostris vos et heredes vestros contra huiusmodi nostram donationem non molestare, impedire, nec molestari, impediri seu gravari per quempiam permittere. Hortamur itaque dominum episcopum Pragensem et eos, quorum interest vel intererit, praesentes et futuros, quatenus ad praesentationem vestram et vestrum cuiuslibet[4] nomine vestro, personas praesentandas per vos ad ecclesiastica[5] beneficia vacantia[6], aut quamprimum vacaverint, sine difficultate aliqua exhibitis caeremoniis et solemnitatibus, quae in his adhiberi consueverunt, debeant confirmare. Nulli igitur fidelium nostrorum liceat hanc concessionis nostrae gratiam infringere aut ex ausu temerario quandolibet praeterire; indignationem regiam et poenas gravissimas pro motu nostro infligendas, si secus quispiam attentare praesumpserit, se noverit irrimissibiliter incursurum. In quorum omnium testimonium atque robur perpetuo valiturum litteras praesentes conscribi et nostri sigilli munime[7] iussimus communiri.

Datum in castris Seveld, in festo beatae Mariae Magdalenae, anno m.ccc.xxxvi.

Kögler aus nicht angegebener quelle. — Reg. Ioh. nr. 771. — [1] Hs. *puritatis.* — [2] Hs. *presentesque.* — [3] Hs. *alia.* — [4] Hs. *cuilibet.* — [5] Hs. *ecclesia.* — [6] Hs. *vocatum.* — [7] Hs. *nomine.*

1039. *Ditmar caplan des erzbischofs von Trier schreibt an magister Rudolf Losse, dessen boten zu Avignon, über den stand des krieges zwischen kaiser Ludwig und könig Iohann von Böhmen. Trier (1336) aug. 27.*

. . . . Item de statu Dyptongi et . . regis Boemie sciatis, quod ipsi adhuc sunt in expeditionibus suis et satis forte hinc inde et sunt prope ab invicem et presumitur cottidie

de conflictu. Tamen dominus rex Boemie longe potentior esse dicitur, quam Dyptongus et habet sufficientiam expensarum. Sed in exercitu Dyptongi sunt tempora multum cara. Dicitur eciam quod tractetur inter ipsos de concordia ordinanda, pro quo eciam illuc dominus noster . . nuncios suos misit . . . .

Datum Treveris, feria tercia post Bartholomei apostoli.

Aus dem orig. im conceptbuche des Rudolf Losse im archive zu Darmstadt. — Vgl. Reg. Ioh. nach nr. 773. — Ueber den von B. nicht abgeschriebenen theil des briefes vgl. Dominicus Baldewin 337, wo dasselbe fragment gedruckt ist. Dominicus hat überhaupt diese von B. wiederaufgefundene hs. (vgl. oben nr. 837) vielfach für sein werk benutzt, welches manche erläuterung zu den folgenden, aus derselben abgedruckten urkunden gibt. Von nicht abgeschriebenen sachen notirte ich noch: — bl. 33—44. Pabst Iohann ernennt den Iohannes s. Theodori diac. cardinalem zum legaten für Tuscien, d. Avignon 1326 apr. 17, nebst weiteren siebzehn briefen des pabstes d.d. eod. über dieselbe angelegenheit. — bl. 46—50. In causa cleri Alamannie gegen vom pabste ausgeschriebene zehnten, anscheinend auch für reichsgeschichte von werth. — bl. 114. Auf bitten k. Karls IV wird vom pabste erklärt (oder soll erklärt werden), dass durch die decretale p. Clemens V: *Romani principes alia pastoralis cura*, der ruf k. Heinrichs nicht verletzt werde. (1361.); zum theil fast unleserlich. — bl. 138. P. Clemens V lädt den patriarchen von Aglei zum allgemeinen concile, d. Pictavis 1308 aug. 12. — bl. 143. K. Albrecht schenkt Tuscien an den pabst; bis auf unbedeutende einzelnheiten übereinstimmend mit dem abdrucke Archiv f. Kunde österr. G. Quellen 1849. 1, 236, nur fehlt hier der schlusssatz: *Promitto quoque et firmo — assignari;* von anderer gleichzeitiger hand überschrieben: *papa Bonifacius volebat sibi dari totam Tusciam*, woraus sich wohl um so mehr ergibt, dass es sich nur um einen nie ausgefertigten entwurf handelt, wie das die ganze form nahe legt. Vgl. auch Reg. Päbste nr. 295. — bl. 188. Bündniss zwischen k. Karl IV und herzog Iohann von Brabant insbesondere gegen die städte Achen und Cöln; concept mit correcturen. — Andere stücke habe ich veröffentlicht in den Sitzungsberichten der kaiserl. Academie 11, 704.

1040. *Ditmar caplan des erzbischofs Baldewin von Trier schreibt dessen boten am päbstlichen hofe unter anderm über die Mainzer angelegenheit, den krieg zwischen kaiser Ludwig und könig Iohann von Böhmen und den zug des grafen von Geldern gegen Friesland. (Trier 1336) sept. 23.*

Reverende pater et domine mi, domine Boemunde archidiacone Trevirensi, et magister Rodolfe consanguinee karissime. Obsequiali salutatione premissa. Noveritis me vestras litteras recepisse sabbato proximo in nocte, quas dictus Sortes vester nuncius michi satis tarde ad me veniens longe post campanam dictam stump afferebat, una cum litteris domino nostro missis. Et feci ad ea et faciam que scripsistis. Dominus noster et ego suo nomine misit vobis magistro Rodolfo alias statim post assumptionem beate virginis per fratrem H. Topelstein lectorem in ordine Minorum, consanguineum vestrum ut asseruit, volentem accedere in curru suo ministrum ordinis generalem, quem in Romana curia esse credebat tunc, duas litteras originales alienationum, quas fecit Bunensis in preiudicium ecclesie Moguntine, vobis per dictum fratrem presentandas. Comisi eciam eidem fratri plures alias litteras vobis dandas. Et scripsi ego vobis plura per ipsum in una littera de diversis negociis cum datis omnium litterarum, quas a vobis recepi, postquam curiam reintrastis, usque ad illud tempus, quam unquam vobis alias simul scripsi. Qui frater, si nondum ad vos venit propter curie mutationem istis vacationibus, potestis facere ipsum queri apud ministrum generalem predictum propter dictas litteras repetendas. Scripsi eciam postea vobis multa, videlicet tercia feria post nativitatem beate virginis, per clericum domini Francisci de Synibaldis missum ad capitulum Moguntinum, qui tunc fuit Treveri, animo ad curiam revertendi. Et feci mentionem de dictis duabus litteris fratri H. traditis in litera per dictum domini Francisci clericum vobis missa. — Et quia denuo scripsistis domino

nostro de mittendis vobis dicti Bunensis litteris, eo quod rex Francie de ipsis fecit domino pape in suis litteris mentionem, feci et facio eas omnes quas habeo transcribi et vobis eas transmittam per nuncium vestrum Sortem memoratum, quia statim ad vos predictus Valkenburg iter suum maturabit. — Nulla certa nova sciuntur de Dyptongo et rege Boemie, nisi que proxime vobis scripsi, scilicet quod ipsi ab invicem cum suis exercitibus discesserunt. Et est Dyptongus ut dicitur cum exercitu suo satis fortis dispositus ad intrandam Boemiam. Rex vero in Maravia et circa eciam cum multa gente ad custodiendum terram et regnum suum, ne Dyptongus subintret. Haberet eciam rex composicionem cum Dyptongo laudabilem, quando vellet, si ipse contra Romanam ecclesiam et regem Francie vellet eum recognoscere imperatorem et ab eo recipere feoda sua. Et credo, quod ob eandem causam missi sunt ad papam et regem Francie predictos ex parte regis Boemie dominus Iofridus comes Lyningen et dominus Nicolaus efficax notarius regis ad experiendum, que sit eorum intencio de Dyptongo. — Item dominus Deter. Mog. fuit hiis diebus in Treviri apud dominum nostrum, cum quo loquebar de promocione vestra . . consanguinee, sed ipse noluit mihi exprimere ad spem mentem suam, sed dixit, quod sciret quoddam negocium et illud staret in manibus suis, quod vobis crederet expedire, et quod multum cuperet vos promovere; vellet tamen vos vel me ipsum facere scire negocium una dierum. Habui eciam ipsius consilium de prebenda sancte Marie Erfordiensi vacante, de quo alias vobis scripsi; sed ipse non consuluit vobis ad ipsam propter papales plures ipsam acceptantes, quorum unus est nepos domini mei . . Verdensis, quem nollem per vos impediri, nec vos velletis propter dominum memoratum. Cui me rogo commendetis tanquam suum humilem et devotum. — Socii Pal. bene valent omnes, sed Peter Gyl heu infra istam quindenam est miserabiliter inter Bopardiam et Wesaliam eundo versus Pingwiam interfectus. — Item quinta est hodie dies qua recepi litteram vestram scriptam Bartholomei apostoli, quam quidam Iohannes clericus de Mog. michi apportavit, qui se asseruit obtinuisse gratiam dispensationis super defectum natalium. Sed literam apud vos in curia remansisse. Or. dominus pridie ivit ad vindemias et bene valet. De modo compositionis cum Erfordiensibus Th. de Diedensheim vobis scribet. — Item quamquam alias vobis Rodolfo consanguineo meo scripserim, quod credemus esse fictitium de litera Bunensis, quam dedit Mog. super octo millibus lib. hall., in quibus ipsis teneretur ex parte quondam domini Mathie archiepiscopi Maguntini, tamen certum est et dominus Deter. Mog. nuper existens apud dominum nostrum in Treveri ipsum informavit expresse, quod ipse erat presens et civitates Reni, scilicet Oppenheim, Wormatia et Spira, ubi cives Moguntini pro civitati sua Moguntina renunciaverunt expresse super omnibus debitis, in quibus ipsis prefatus dominus Mathias tunc presens quolibet tenebatur. Ita quod ex hoc certissime coniecturari potest, litteras alienationum, que de dicto locuntur, debito esse falsas et subrepticie impetratas. — Comes Gelrensis fuit nuper cum maximo apparatu et exercitu apud Frisiam, volens Frisones expugnare, sed hoc facere non valens, quosdam trutannos de Frisia, qui fines suos, in quibus securi fuissent, excesserant, interfecit, credens per hoc se mirabilia effecisse. — Valete semper scientes, quod vos ambo nunquam excidistis a memoria mea in messa mea, quociens eam legi, ut predicator loquitur, sed vere ita est in facto sine adulatione.

Dyt. capellanus domini Trevirensis vester scripsit feria secunda post Mathei in nocte.

Venerabili viro domino Boemundo archidiacono Treverensi domino meo gratioso et magistro Rudolfo Lusse consanguineo meo meo karissimo dandum.

Aus dem orig. im conceptbuche des Rudolf Losse im archive zu Darmstadt.

1041. *Dietrich (von Diedensheim) schreibt den boten des erzbischofs Baldewin von Trier am päbstlichen hofe über den von demselben mit den bürgern von Erfurt eingegangenen vertrag. Trier (1336) sept.* **23.**

Reverendi domini mei . . Exposuit mihi dominus meus graciosus dominus Dytmarus, quod vos ei scripseritis in vestris litteris alias eidem missis per venerabilem et industriosum famulum vestrum Sortem, quod libenter sciretis, quomodo et qualiter compositio inter dominum et Erfordienses fuerit consumata. Unde quia ego cum familia domini ibidem usque ad finem fui et plene de compositione huiusmodi mihi constat, vobis effectum compositionis et nucleum totum scribo. Effectus siquidem compositionis talis est, videlicet quod predicti Erfordienses dabunt domino quinque milia marcarum argenti ad tempora in litteris compositionis explicata, sic tamen quod a festo beati Martini nunc instanti ad tres annos tota illa summa penitus sit soluta. Tractatum eciam est, quod ecclesia Moguntina et dominus restitutus est ad allodium Erfordiense, et debent omnia ablata restitui ad allodium, et ablata fideliter restitui debent domino decano Erfordiensi, qui ante compositionem plus quam tribus ebdomadis a captivitate sua fuerat absolutus. Debent eciam dominus, ecclesia Moguntina, clerus in civitate Erfordiensi et extra residens gaudere omnibus iuribus, privilegiis et libertatibus, quibus gaudebant a longe retroactis temporibus, inpedimento et contradictione ipsorum civium penitus procul motis. Iste est effectus compositionis facte per dominum cum civibus Erfordiensibus. Et est adeo generalis, quod ipsi cives adhuc vix in anno poterunt experiri nec experientur, quid tractaverint et quo tendant. — De compositione autem domini marchionis nichil vobis scribo. Sciatis eciam, quod civitas predicta dampnificata est in combustione villarum multarum, in exstirpatione vinearum et devastatione fructuum et in multis aliis plus quam ad centum milia marcarum argenti, et quod maius et gravius eis extat, videlicet quomodo scitis, quod quicunque habet potentiam ibi perseverandi, recipit eis aquam, pro qua noticia darent mille marcas. — Insuper feria quarta ante diem beate Marie Magdalene amici domini habuerunt cum ipsis conflictum in plurali*, quod in vulgari dicitur der Bruel, et ex eis plus quam sexaginta mortui ceciderunt, plus quam sedecim bonorum hominum captivati, et nullus de parte domini ibi cecidit, nisi solus miles, qui non percussus fuerat, sed in quodam fossato per magnam pressuram cecidit, et fuit ibi submersus. Et alii omnes evaserunt. Dominus tamen magna dampna recepit in equis inibi interfectis. — Ceterum non dubito, quin vos ammiremini de tam plana et simplici compositione et recepta per dominum, cum tamen ibidem habuerit magnum posse. Ad discutiendum huiusmodi dubium vobis scribo, quod ad recipiendum compositionem dominum nil aliud compulit, nisi mutabilitas marchionis, qui multo mutabilior est, quam pera goukeleri, que in nullo opere fixa manet. Eciam si fas esset dicere, amici domini, nunquam fuerunt tuti vel certi de hoc, quin in continuo timore essent, quod ipse faceret compositionem cum Erfordiensibus excluso domino et ecclesia Moguntina, et de hoc per viros ydoneos fuerunt sepius premuniti. — Plura vobis nescio scribere, sed si ista nimis brevis sunt, apponatur longum filum. Unum tamen bene dico, quod in presenti anno non vina terrestria, sed celica creverunt, et debent Petri lacrima appellari. Deus et beata virgo Maria vos custodiant et conservent. — Inter cetera michi accidit unum, quod una noctuum in exercitu vidi iacentes duos buvones nudos circa ignem et sedebat una bella dama et fricuit eos ambos. Quod dum vidi, statim abii et tuli magnum wanstonem de vacca integrum, et proieci super eos. Et ruptus fuit wansto et illi penitus permerdati, sed ipsi adhuc ignorant penitus me fecisse. Tamen dominus . . decanus Moguntinus et dominus Io. de Basinheim bene viderunt, et mirabiliter riserunt de nequicia illis facta. Pax etc. Valete.

Scripsit der arme Dyederich, zu Triere, wol zu mitternacht vor sinem bette, feria secunda post Mathei. Utor sigillo nostro glorioso.

Reverendis dominis meis, dominis Boemundo archidyacono et magistro Rudolfo, ambassiatoribus domini Treverensis in Romana curia.

Aus dem orig. im conceptbuche des Rudolf Losse im archive zu Darmstadt. — Brief und schreiber werden nr. 1040 erwähnt.

1042. *Nicolaus schreibt dem Rudolf Losse, boten des erzbischofs Baldewin von Trier am päbstlichen hofe, über die fehde des erzbischofs mit Erfurt, über den krieg zwischen kaiser Ludwig und könig Iohann von Böhmen, über die Iudenverfolgung und andere ereignisse. (Trier) 1336 sept. 23.*

Pater et domine mi graciosissime. Regracior vobis de multis beneficiis michi per vos impensis et adhuc ut spero sine dubio impendendis. Noveritis, quod literas vestras Her. fratri vestro de Pordicz et adhuc uno missas per vos statim per Wig. nuncium domini Treverensis ulterius Ysen. procuravi, sicut eciam vobis nuper scripsi. Et credo vos habere responsum super dictis literis, quia noviter vobis misimus dominus meus et ego tres literas dictorum Hermanni fratris vestri etc. Item literam vestram plebano Bacheracensi per vos missam hodie magister Wicker sibi portat, qui vadis supra Renum. Item scharsam vestram Lud. cellarius domini mei vobis reservavit. Item plantas et ignicorium ego vobis reservabo, sicut eciam vobis noviter scripsi. Item presentavit mihi unus clericus unam peccam, quam aperui et inveni unum librum scriptum, duos libros papir. non scriptos et unum cingulum, sicut michi in litera vestra scripsistis, quod totum vobis reservam. Item presentavit michi idem clericus duos libros eodem die, quas statim sequenti die misi fratri vestro Ysen. cum Io. scol. magistri Eck. notarii civium Erfordensium. Item rogo et consulo, quatenus vobis ordinetis et procuretis diversas res in curia, quia invenietur* ibi in meliori foro, quam alibi, et michi mittatis vobis reservandum. Item unum nuncium non mittatis vacuum ire ad partes de curia, nisi sibi aliquid detis ad portandum de rebus vestris. Item misi vobis tribus vicibus literas meas; nescio enim utrum vobis presentate sunt vel non, quia vos nichil michi scribitis de ipsis. — Item domina marchionissa antiqua ordinavit et fecit compositionem inter dominum Treverensem, marchionem Mysnensem et Erfordenses. Qui Erfordienses dabunt domino Treverensi et . . marchioni in toto pro omnibus expensis, dampnis et pro compositione decem milia marcarum argenti preter dampna, que fecerunt domino Treverensi in allodio et in civitate Erfordiensi seu recepta sibi et ecclesie Moguntine, ac antiqua ecclesie Moguntine debent restituere domino et ecclesie sue predicte. Item sciatis quod civitas predicta obsessa fuit per amicos domini Treverensis, sed personaliter non fuit ibi, et per marchionem ultra quindene spacium. Marchio iacuit cum exercitu suo in claustro Montis sancti Cyriaci et amici domini ante dictum claustrum. Domini decanus Moguntinus Hermannus de Lysberg et Ber. de Rosenberg vicedominus Aschaffenburgensis fuerunt ibi pro domino. Dominus Fredericus de Wanh. fuit superior capitaneus domini Trevirensis, qui sustinuit pro domino et ecclesia Moguntina multum dampnum et labores, cui datur laus et honor pre omnibus istorum duorum exercituum, quia quasi continue bellavit cum Erfordiensibus una cum amicis domini. Item omnes vi[tes] Erford. sunt omnino combuste et desolate usque ad fundum. Item Erfordienses neminem habuerunt pro adiutore nisi comitem de Kevernberg et dominum de Blankenh., quorum ville eciam sunt omnes combuste. Item dampna et expense etc. huius guerre estimantur ultra centum milia marcarum argenti, quod a magistro Eck. de Saltza eorum notario audivi. Her. frater

vester semper fuit cum amicis domini et specialiter cum Ger. marschalco domini in exercitu. Item Ger. marschalcus dedit mihi nomine vestro viii. sol. gr. feria quarta ante Mathei, quos vobis reservam vel domino meo Dytm. presentabo, si vos michi demandetis. — Item de imperatore et . . rege Boem. nichil certi possum vobis scribere, nisi quod imperator intravit Austriam cum exercitu suo recedendo de campo, et dominus rex Boem. remansit in campo; usque ad terciam diem exspectavit imperatorem, qui non rediit. Tunc dominus rex intravit Boemiam cum exercitu suo. Et sic adhuc sunt ambo in partibus istis, ita quod nulla certa nova de ipsis habentur. — Item comes Gelrie noviter intravit terram Frysie cum exercitu suo, et bellavit cum Frisonibus, et obtinuit bellum, et interfecte* fuerunt ultra xvi.c. Frysones. — Item dominus Coloniensis intravit eciam noviter Marchiam cum magno exercitu et edificavit ibidem unam municionem contra comitem Marchie. — Item sciatis, quod heu Peter Gil est interfectus ab uno pessimo garcione infra quindenam, de quo dominus C. W. maximo tristatur. Item Muskinus mortuus est ante tres septimanas. — Item sciatis pro novis, quod rustici in Frankonia et circa Bischovesheim fecerunt unum regem nomine Armleder, qui cum magna potencia rusticorum pedibus, modici equis, vadunt ad opida et civitates et interfecerunt omnes Iudeos. Primo interfecerunt omnes Iudeos in Kitzingen, in Ossenfort, in Owe, in Mergentheim et adhuc bene in quatuor oppidis, quorum nomina nescio. Et eciam fuerunt ante civitatem Herbipolim, sed nichil profecerunt ibidem. Item fuerunt bene tribus vicibus ante Bischovesheim, quod nichil potuerunt ibidem facere pre . . . . . domini, qui semper fuerunt premuniti ad bellandum cum eis. Item interf[ecti] Iudei sunt circa numerum xv.c., ut dicitur pro certo. Et adhuc dictus rex Armleder timetur a domino Treverensi, comitibus et nobilibus ac civitatibus necnon Iudeis, qui cottidie premunient* se pre ipso et exercitu suo, timentes ipsum cum exercitu suo venire supra Renum, quod dictus rex intendit facere, si non caveatur. — Item sciatis, quod dominus contulit capellam in Konthechere Eberhardo socio nostro. Item sciatis, quod heu Pingwia est circa mediam partem conbusta et curia episcopi totaliter cum omnibus [rebus], nichil deportando nisi litteras[1], vinum, blada, equos, totum combussit in curia usque ad fundum. Item dominus reemit castrum Wolvestein erga comitem Veldentzem, cui obligatum fuit feria tercia ante Mathei, et dedit sibi in prompta pecunia statim iiii.m. cum c. libris . . . in Treveri, quia dictus comes noluit unam horam carere de pecunia sua, neque exspectare. — Pater et domine mi, sitis memor [mei], si unquam graciam possetis obtinere super ecclesia sancti Severi, quia libentius essem ibi quam alibi propter notitiam et pro . . . . si non ibi, tunc sit alibi, ubicunque vobis videbitur expedire. Commendo me vobis. Omnipotens deus, beata virgo et omnes sancti custodiant animam, corpus et res vestras ab omni malo. Amen.

Scriptum per me Nycolaum, vestrum humilem servitorem, feria secunda post Mathei ewangeliste post mediam noctem quasi semi cecus. Rogo vos, ut [non] deridetis me, si in aliquo erravi, quia nimis festinavi et in tantum, quod non potui perlegere. Dominus meus . . . . . vobis. Amen.

Domino suo gracioso domino et magistro Rudolfo notario domini Trevirensis dandum.

Aus dem orig. im conceptbuche des Rudolf Losse im archive zu Darmstadt. — [1] Hs. *lr* mit abkürzungsstrich.

1043. ***(Baldewin erzbischof von Trier) schreibt dem bischofe von Metz über die in der Mainzer angelegenheit am päbstlichen hofe gegen ihn vorgebrachten ver-***

läumdungen und ersucht, ihn durch Dalmatius, caplan des cardinal (Talleyrand) von Périgueux zu rechtfertigen. (Trier 1337 iuni 8.)

Domine Metensis vicarie noster. Rediit ad nos in Treverim de Romana curia Valkenburg nuncius noster postridie post recessum vestrum et magistri Dalmacii capellani domini Petragor. cardinalis a nobis, portans nobis quasdam litteras scriptas nobis per quosdam amicos nostros de curia, inter alia continentes, quod dominus papa male informatus sit de nobis super negocio ecclesie Moguntine, et quod unus rotulus valde longus missus sibi fuerat, qui nullam penitus veritatem continet, quem legi fecit in consistorio feria sexta post Cantate, continens, quod dolenter referimus, multa in detractionem status et honoris nostri mendacia. Quod nuncios domini pape non recepimus, sicut decuit, reverenter ipsosque decepimus in pluribus locis et temporibus, *nec assecurare personas eorum voluerimus, nisi usque ad festum penthecostes, in qua sumus, petiverimusque eos firmare et approbare alienaciones et quesita et quicquid per nos factum extitit in amministracione ecclesie Moguntine*, et quod misimus crisma in coena domini ad dyocesin Moguntinam, (quod nuncii distribui prohibuerunt), et multa alia continere dicitur dictus rotulus in diffamacionem nostram, que horrenda essent de nobis dicere vel audire. Et breviter quicquid ad bonum dictis nunciis fecimus aut persuasimus, totum est sinistre interpretatum in ipso rotulo et in peius. Nec scire possumus certitudinem, quis dictum miserit rotulum domino nostro pape, sed dictos suos nuncios suspectos de hoc habentes, quia nunquam nobis de aliquibus, que ipsis diximus aut dici bona intencione nostro nomine sicut scitis fecimus, credere voluerunt. Et nos ipsis per amicos nostros significavimus, quod habere nos ipsos oporteat sic suspectos, nisi ipsi nos excusent de premissis et aliis contra nos scriptis sinistre inspecto dicto negocio Moguntino, de quo fortassis pronunc possunt esse melius informati, scilicet quod dictam Moguntinam ecclesiam pro sedis apostolice obediencia dimisimus, et quod propter ferventem nostram instanciam, quam fecimus capitulo, officiatis et fidelibus ecclesie Moguntine pro adimplenda intencione et mandatis domini nostri summi pontificis exequendis, sicut apparet manifeste, ipsi nobis quasi inviti et omnino rebelles et contrarii sunt effecti. Scriptum est eciam nobis, quod papa dictum rotulum tradiderit cuidam cardinali, postquam lectus fuerat in consistorio, ad conficiendum super eo novos contra nos et capitulares ecclesie Moguntine graves processus, sicut credebatur in ascensione domini preterita sollempniter publicandos, (quod dominum papam fecisse non credimus, si ipse rotulus per alios, quam dictos nuncios fuisset transmissus eidem). Et sic, ut videtur, lapidamur de bono opere innocenter, rogantes et requirentes vos attentius, quatenus super premissis omnibus et singulis, de quibus et prout circa ipsa gessimus et egimus vobis constat plenius, magistrum Dalmacium prefatum informetis, et inprimatis ea sibi diligencius pro excusacione nostra, sicut magis expedierit, ut ipse nos de hiis apud dominum Petragor. dominum suum predictum et alibi valeat excusare. Scitis enim singula prenotata et specialiter, quod conductum dictis nunciis prestitimus usque ad penthecosten pretactum per litteras nostras patentes, quia sperabamus, quod ipsi ante illud tempus nancisci deberent possessionem ecclesie Moguntine pacificam et sic de nostro conductu non deberent amplius indigere. Crisma eciam misimus per alium episcopum consecratum, rogati instanter pro hoc, credentes bene facere in hoc casu. Preterea scriptum fuit et est per dominum Anib. cardinalem *cuidam de nostris familiaribus* conquerendo, quod quidam clericus, cuiusdam sui clerici et familiaris nuncius missus in Fritzlariam super publicanda provisione quadam sibi facta in ecclesia Fritzlariensi, per officiatum ibidem vel eius familiam in flumine sit submersus. Et scriptum est hoc, tamquam ille officiatus pretactus noster

subditus fuerit ea vice, et sic de hoc facta mencio coram papa. De quo facto vere omnino nichil nobis constabat usque ad illam horam, qua nobis relatum fuit de scriptura memorata domini Anibaldi cardinalis. Et ex tunc primo nobis fuit expositum ex relacione aliena, quod quidam nobiles terre Hassie dicti de Lewenstein, qui non sunt officiati ecclesie Moguntine, sed *sunt fideles* (effrenes et sue voluntatis), vel ipsorum familia *hoc fecerunt*, nec scimus ob quam causam. Sunt eciam iidem de Lewenstein tales homines, quod ipsi de nobis vel quocunque archiepiscopo Moguntino, eciam si potenter adhuc ipsam ecclesiam Moguntinam, sicut habuimus, haberemus, nichil vel modicum in talibus forefactis pertimèscerent vel curarent. Videntur et amici nostri de curia (credere), quod adhuc possessionem dicte Moguntine ecclesie et posse in ipsa, licet in contrarium sit veritas, habeamus. Preterea retulit nobis *Rudolfus clericus* (nuncius) noster ad nos de Maguncia de dictis nunciis rediens, quod ipsi pro hac vice composicioni inter nos et provisorem Moguntinum ordinande, ad quam nos ob reverenciam sedis apostolice inclinavimus, intendere non possint nec se intromittere de eadem. Item decanus Moguntinus noluit diem amicabilem ex parte nostra sibi nomine suo et aliorum oblatam aliquatenus acceptare dicens, quod sive ad diem nobis Ping. prefixam veniremus vel non, ipsi tamen officiati esse velint et sic a nobis omnimode absoluti. Verumtamen ad partes nostras Reni breviter intendimus personaliter nos conferre.

Ficker aus dem concept im conceptbuche des Rudolf Losse im archive zu Darmstadt; abgerissenes blatt, gez. 52; durchstrichenes ist cursiv gesetzt, gebessertes oder zugefügtes eingeklammert. — Als tag ist der pfingsttag angenommen; doch dürfte der ausdruck *festum penthecostes, in qua sumus*, vielleicht nicht gerade den pfingsttag selbst bezeichnen.

1044. *Albrecht und Otto herzoge von Oesterreich schliessen für sich und ihre erben ein bündniss mit könig Philipp von Frankreich. Wien 1338 apr. 7.*

Nos Albertus et Otto fratres dei gratia Austrie, Styrie et Karinthye duces. Notum facimus universis presentibus et futuris, quod cum ab antiquis temporibus sincere dilectionis et affinitatis affectio per predecessores nostros tam per matrimonia, quam per certas confederaciones et alligaciones cum personis de *sagwine Francie amicabiliter contracta fuerit et hactenus fideliter observata, nos ad instar predecessorum nostrorum, quos in hiis volumus imitari, cupientes dilectionis affectum cum saguine et personis de genere Francie, ut premictitur, nedum continuare, sed etiam augmentare pro bono pacis, et ut amor sincerus et vera concordia perseverent, inter serenissimum principem dominum Phylippum, dei gracia Francie regem, pro se liberisque suis masculis, et nos pro nobis liberisque nostris et cuiuslibet nostrum Austrie ducibus, ad utilitatem nostram subditorumque nostrorum et ad conservacionem terrarum nostrarum, deum habentes pre oculis, fecimus et tenore presencium facimus cum eodem domino rege Francie pro se et liberis suis predictis confederaciones et alligaciones inferius annotatas. Primo videlicet promittimus pro nobis liberisque nostris et cuiuslibet nostrum ducibus, dicto regi pro se liberisque suis predictis, quòd erimus eidem domino regi et liberis suis predictis et eorum cuilibet boni et veri amici et fideles alligati sine fraude et fictione quacumque. Item si aliquis, cuiuscumque status, condicionis aut dignitatis existens, vellet ipsum dominum regem seu predictos liberos eius aut eorum aliquem in suis et cuiuslibet eorum terris offendere aut eis quodlibet dampnum inferre, non sustinebimus [pro] posse nostro, quod tales, quicumque fuerint, per terras seu districtus nostros transitum faciant; immo eis, ne hec fiant, resistemus totis viribus per nos et subditos nostros sine fraude et fictione quacumque, taliter quod per nos, terras seu

districtus nostros non possit eis seu eorum alicui vel ipsorum terris, hominibus et subditis quodlibet dampnum inferri seu gravamen. Verum tamen si prefatus rex aut sui liberi masculi sacrum Romanorum imperium vellent, quod absit, offendere aut eidem quodlibet dampnum inferre, nos duces supradicti et nostri liberi masculi prefatum imperium contra dictum regem et suos liberos totis viribus nostris possimus et nobis liceat defendere et eis resistere, si vellemus. Item promittimus bona fide, quod nos non faciemus confederaciones, alligaciones seu obligaciones aliquas publice vel occulte cum aliquo domino seu principe, quem sciamus seu scire possimus inimicum esse ipsorum vel alicuius eorumdem. Et si quas contingeret nos seu liberos nostros facere seu inire, seu contigerit iam fecisse cum quocumque domino seu principe, cuiuscumque status, dignitatis aut preeminencie existat, volumus et intelligimus, quod huiusmodi confederaciones seu alligaciones contra prefatum regem seu eius liberos et subditos nullatenus se extendant; sed volumus et intelligimus dictum regem eiusque liberos in omnibus talibus alligacionibus seu confederacionibus factis, si que sint, quoad premissa, vel in posterum faciendis, quoad omnia, fore semper exceptos. Predictas autem confederaciones et alligaciones promittimus pro nobis liberisque nostris et nostrum cuiuslibet predictis dicto regi Francie liberisque suis predictis bona fide et per iuramenta nostra super sancta dei evangelia corporaliter tacta prestita tenere et inviolabiliter observare contra omnes personas, cuiuscumque status, dignitatis aut condicionis existant, domino papa et karissimis rege Bohemie consagwineo et duce Lothoringie nepote nostris duntaxat exceptis, quos et eorum quemlibet a confederacionibus et alligacionibus excepimus et excipimus antedictis. In cuius rei testimonium evidens atque robur sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda.

Datum Wienne, vii. ydus aprilis, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo octavo.

Teulet aus dem orig. im reichsarchive zu Paris, Tres. des chartes, J. 418. 2. Beide siegel hängen. — Vgl. Reichss. nr. 242 den gegenbrief könig Philipps d. d. Paris 1338 (unserer rechnung) ian. 12.

1045. *Gerhard von Frankfurt schreibt an Ditmar und Rudolf, capläne des erzbischofs von Trier, neuigkeiten vom päbstlichen hofe, insbesondere über die ankunft der gesandten des erzbischofs und des capitels von Mainz. Avignon* ***(1338)*** *iuni* ***7****.*

Dominis et amicis suis dilectis, dominis Dytmaro et Rudolpho capellanis domini archiepiscopi Treverensis, Gerardus de Frankenfort, eorum in Romana curia procurator, quicquid potest servicii, reverencie et honoris. Dilecti domini mei, pro novis curie Romane sciatis, quod ambassatores domini Maguntinensis et capituli Maguntinensis intraverunt civitatem Avinionem feria quarta proxima post festum penthecostes hora tercie; et illa die non potuerunt venire ad presenciam pape; sed sequenti die fuerunt in presencia pape et cardinalium in camera pape et ibi presentaverunt et proposuerunt ambassagiam suam; et sciatis, quod adhuc non est eis responsum. Item die sabbati proxime sequenti fui cum domino Petragoricensi, quando venit de consistorio, petivi ab eo, si aliquid vellet scribere domino meo archiepiscopo; qui mihi respondit valde corialiter: non modo. Eadem die accessi dominum Verdensem et ab eo petii, si aliquid vellet scribere; qui eciam respondit, quod adhuc nichil sciret, quia cardinales nollent aliquid dicere, nisi prius esset illis ambassatoribus responsum per papam; et mihi legit literam sibi per vos dominum Dytmarum missam, in qua litera plura nova continebantur. Scito enim sciemus, quid faciunt ambassatores, et vobis semper scribam. Audivi tamen ego ab aliquibus curialibus, quod

non speratur de bono responso; quid fiat, nos nescimus adhuc. Item sciatis, quod infra octo dies ante datum presentis litere venerunt quatuor reges de Tartaria ad curiam Romanam; aliqui dicunt, quod velint se baptizari et sint ambassatores imperatoris Tartarorum et quod ille velit eciam baptizari; erant triginta octo persone in ambassagia ipsorum; omnes sunt mortui exceptis novem, qui venerunt ad curiam et dicunt, quod fuerunt in via per duos annos continue. Alia non sunt ad presens, nisi quod papa facit fortissimos turres. Item sciatis vos domine Rudolfe, quod ille Iacobus de Nuemburg impetravit unum auditorem in sacro palacio domini pape et vos fecit citare per auditorem, cuius citacionis copiam vobis presente littere inclusam transmitto; et quidquid voluntatis vestre sit, mihi breviter rescribatis; et omnia, que sunt facienda, pro vobis faciam et hoc sine dubio; in me non diffidatis. Eciam sciatis, quod si habetis collacionem vestram vobis factam per decanum et capitulum sub sigillo eorum, spero quod bonum ius habeatis, quia iste Iacobus sequitur vos et non est papalis, ut credo, conlator; et mihi precipiatis sicut servitori vestro.[1]

Datum Avinione, in die sancte trinitatis.

Ficker aus dem orig. auf papier im conceptbuche des Rudolf Losse bl. 106 im archive zu Darmstadt. — [1] Die beiden letzten worte ganz unsicher.

1046. *Iohann von Verden schreibt dem Ditmar, caplan des erzbischofs Baldewin von Trier, neuigkeiten vom päbstlichen hofe, insbesondere über die gesandtschaft deutscher bischöfe behufs der aussöhnung Ludwigs von Baiern mit dem pabste. Avignon (1338) iuni 9.*

Reverende domine Ditmare, amice mi per dilecte. Amicabili salutatione premissa in primis regracior vobis et domino Wernhero cognato meo, socio vestro, super eo quod clericum meum ad me venientem bene pertractastis, et reverendo domino meo archiepiscopo super hoc grates et gracias referatis. Item regracior vobis super novis Alamanie ac ceteris in litteris vestris mihi scriptis contentis. — Nova curie sunt, quod quidam imperator Tartarorum valde maximus misit ad curiam nuntios solempnes, cupiens recipere legem christianam, ut illic aliquis de cardinalibus ad docendum eos transmittatur. — Item feria quarta in festo pentecostes in terciis dominus Gerlacus comes Nassowie et dominus . . episcopus Curiensis et frater Hermannus de Westfalia ordinis sancti Augustini, novus doctor in theologia, intraverunt Avenionam, tanquam nuntii solempnes quorundam prelatorum Almanie nuper in Spira collectorum, petentes a domino papa et sacro collegio, ut propter pericula animarum et scandala ac interdicta in terris Almanie, et maxime prelatorum, qui miserunt eos, dominus papa dignaretur sibi dominum Ludowicum de Bawaria reconciliare. Super qua re dominus papa primo in camera et sequenti die in collegio cardinalium positus ingrate et irate valde respondit, et eos tamquam temerarios se velle constituere iudices super ecclesia Romana, et quod ipse prius vellet mori, cum magna ira proferens, antequam ipsum reciperet ad gratiam, nisi prius cederet omni iuri suo et statui et honori. — Verum quia quidam cardinales, cupientes pecuniam Almanie, istam ambaciatam de partibus Almanie fieri procuraverunt, volentes esse legati ad reformandum Almaniam, predicti nuntii, instructi per huiusmodi cardinales, ex parte predictorum prelatorum Almanie petunt, ut duo cardinalium legati ad Almaniam transmittantur. Papa dixit, quod suos cardinales nolebat ursis et leonibus destinare. — Post hec die lune proxima dominus Coloniensis submisit dominum Henricum de Tremonia doctorem[1] in legibus, qui per omnia agit, sicut nuntii predicti. In isto negotio nondum est conclusum, nec habent responsum. Sed quid responsum fuerit per primum nuntium, quem habere potero, vobis scribam. —

Salva reverentia prelatorum videtur mihi, quod multum agant inconsulte in petendo legatos cardinales. Nonne duo [ex iis][2] anno preterito totam ecclesiam Moguntinam confuderunt, accusantes et referentes perperam valde multos? Nonne Bucchamacius cardinalis tempore Rudolfi regis totam Almaniam confudit? Scientes, quod si mittantur duo cardinales, quilibet habebit pro procuratione sua in die centum florenos, incipiendo a prima die, quando per papam et cardinales ad hoc eliguntur. Isti prelati querunt virgam ad dorsum proprium, et miserie proprie volunt addere miseriam maiorem, et se et totam Almaniam imbrigare et infamare. — Capitulum Moguntinum misit Iohannem de Sybergh ad excusandum canonicos citatos et capitulum. Excusationes eorum sunt repulse, et ipsi sunt excommunicati. Prepositus Moguntinus est absolutus ab excommunicatione, sed tamen nondum est domino pape integraliter reconciliatus. Ipse impingit capitulo omnia peccata sua; et sic sperat evadere. — Wormaciensis[3] est in curia et de factis suis adhuc nichil fecit, nisi quod impetravit unum iudicem cardinalem, coram quo agere incipit super fructibus prepositure sancti Stephani et fructibus thesaurarie sancti Petri Mogunt., et fructibus prebende Moguntinensis. Super quibus eciam specialiter impetit prepositum Moguntinum. De capitulo ecclesie Wormaciensis nichil adhuc est acceptatum. In principio introitus sui absolutus fuit a sententia excommunicationis ex parte mercatorum usque ad festum beati Iohannis baptiste proxime instans. — Valete et me domino meo reverendissimo domino archiepiscopo recommendatum habeatis, et domino B. archidiacono, et ceteris sociis nostris, amicis meis.

Datum Avinione, die martis immediate post festum trinitatis.

Ex parte Iohannis Verdensis.

Honorabili viro domino Dytmaro capellano reverendi patris domini archiepiscopi Trevirensis, amico suo carissimo.

Aus dem orig. im conceptbuche des Rudolf Losse im archive zu Darmstadt. — Unvollständig gedr. Würdtwein Nova subsidia 13, 46. Reg. Päbste nr. 146. — [1] Hs. *dum* mit abkürzungsstrich. — [2] Unleserlich. — [3] *Salmannus* ist von hand sec. 15 am rande zugeschrieben.

1047. *Bevollmächtigte einer reichsstadt treten dem eingerückten kurvereine d. d. Rense 1338 iuli 16 bei. Frankfurt (1338 aug. 6).*

Nos procuratores talis civitatis imperialis etc. Ad universorum notitiam volumus pervenire, quod in presentia serenissimi principis et gloriosi domini, domini nostri Ludovici imperatoris Romanorum, una cum aliis civitatibus imperialibus et dominis de suo mandato nobis usque Frankefurd venientibus, ibidem plene fuimus informati, quod excellentissimi principes et domini, domini nostri dominus H. Maguntinus, Walramus[1] Coloniensis, Balduinus Treverensis archiepiscopi, Rodulphus et Robertus una cum Stephano et Ruberto iuniori comites palatini Reni et duces Bavarie, item Rodulphus dux Saxonie et Ludovicus marchio Brandeburgensis, videntes quod ipsum Romanum imperium in suis iuribus, consuetudinibus, libertatibus atque bonis graviter usque modum lesum et diminutum extitit, et in posterum ledetur [et] diminueretur gravius, si non celeriter subveniretur, sic in unam conveniunt communem causam et concordem sententiam sive ligam, prout inferius expressius et plenius continetur:

Nos etc. principes et electores Romani imperii. Ad universorum has litteras videntium notitiam volumus pervenire, quod considerantes et diligentius attendentes, quod idem sanctum Romanum imperium in suis honoribus, iuribus, consuetudinibus, libertatibus atque bonis iam multis retroactis temporibus lesum, diminutum multipliciter extitit et gravatum,

et in presenti cotidie leditur, diminuitur, offenditur non modicum et gravatur; nos per consequens in nostris honoribus, iuribus, consuetudinibus, libertatibus atque bonis, nobis pretextu eligendi in dicto imperio competentibus, nichilominus graviter ledimur, offendimur, diminuimur et gravamur: nos unanimini consensu et pari voluntate in eo convenimus, concorditer promittentes et ad id fide data firmiter obligantes, quod honores, iura, libertates et consuetudines, sicut hucusque ad nos dinoscuntur deducta, ac bona ipsius et nostra pro posse sine fraude et dolo observabimus, defendemus et manutenebimus fideliter contra omnem hominem, nullo excepto, quia id nostrum iuramentum, quod imperio prestitimus et nostram utilitatem et profectum respicit pariter et honorem. Et ideo ab hoc sustinebimus nos non retrahi vel mutari per quodcunque mandatum, a quibuscunque vel qualitercunque procedens vel emanans, per [quod] idem imperium vel aliquis ex nobis predictis electoribus in premissis vel premissorum aliquo ledi, offendi, diminui vel turbari quomodolibet videretur. Promittimus etiam omnes dominos et amicos, sive nobis attineant sive non, tam ecclesiasticos quam seculares, nostrosque vassallos, ministeriales, burgravios, castrenses, officiales et burgenses rogare[2] et hortari ac totis eos viribus inducere et tenere, ut ipsi et eorum quilibet nobiscum omnia et singula predicta observent inviolabiliter sine dolo. Et ad hoc faciendum et firmiter observandum quilibet nostrum ex nobis quemlibet pro viribus, si necesse fuerit, adiuvabit, id propter quodcunque et cuiuscunque mandatum nullatenus obmittendum. Si autem super premissis aut aliquo premissorum inter nos electores predictos seu ex nobis aliquos[3] dissentio in futurum vel dubium aliquid oriretur ex causa quacunque, tunc quidquid super hoc nos electores predicti concorditer vel maior pars ex nobis dictaverit vel diffinierit, habebit vigoris et roboris firmitatem, nosque ad huiusmodi observantiam sine fraude et dolo erimus obligati. Ad que omnia et singula perpetuo rata et firma tenenda et sub obtentu honoris nostri observanda, tam nos quam subcessores nostros fide data et iuramento, quod ad sanctos prestavimus, solempniter in hiis scriptis firmiter obligamus, nec contra hec vel eorum aliquid facere debemus neque volumus neque possumus, nec aliquis alius, qui nobiscum venerit in hanc ligam, ymo eandem promittet et iurabit similiter, sicut et nos, inviolabiliter observare. Si quis autem ex nobis, quod absit, contra premissa vel eorum aliquid infuturum facere attemptaberit, in hoc se non iuvabit cum aliqua dispensatione, absolutione, relaxatione, abolitione, in integrum restitutione et quovis alio modo, iure, benefitio, quocumque nomine vel undecunque veniat aut a quocunque procedat, occasione nostra vel aliorum etiam quorumcunque, quod vocatur in latino ex officio, sive ex qualibet potestate alia cuiuscunque, qui se ad hoc intromittere videretur; ymo hiis non obstantibus, si contra predicta vel ipsorum aliquid faceremus publice vel occulte, eligimus in nos, quod deo et hominibus infames erimus perpetuo et fidei fractores pariter et periuri. Damus has litteras sigill. nostri* munimine roboratas. Datum Rens, feria v. post diem Margarite, anno domini m.ccc.xxxviii.

Nos itaque procuratores predicti, quia cognovimus et aperte intellexinus, quod prescripta omnia et singula ad ipsius Romani imperii, quod diu pro dolor in suis iuribus, honoribus, consuetudinibus et libertatibus atque bonis extitit indefensum, [et] in dictorum dominorum electorum honorem et statum ac bonum videntur cedere inconcusse, nos cum bona deliberatione prehabita nos et dominos nostros, quorum procuratores existimus, ad dictam legam iuxta omnem modum pretactum astringimus ac[4] iuramento per nos prestito et fide servanda inviolabiliter obligamus, promittentes per eandem fidem et iuramentum a nobis prestitum, quod ipsum dominum nostrum Ludovicum imperatorem Romanum suosque successores in eodem imperio ac electores ipsius imperii omnesque imperii fideles, qui

dicto domino nostro imperatori in prefata liga assistunt vel in futurum assistent seque astringent, iuxta omne posse nostrum defendere et manutenere volumus sibique assistere in omnibus et singulis supradictis sine omni dolo et fraude contra omnem hominem, nullo prorsus excepto, quia hec omnia et singula [in] prefati domini nostri, domini Ludovici imperatoris, ac eiusdem imperii electorum nec non omnium christianorum et ipsius sacrosancti Romani imperii omnium subditorum utilitatem cedunt procul dubio et honorem. Et ideo hec non omittemus, nec ab hiis nos substinebimus retrahi propter quecunque dampna aut mandata, processus, excommunicationes, sententias, a quocunque vel qualicunque* nominatus existat, in quantum hec sunt vel esse possunt in sepedicti domini nostri L. imperatoris, ipsorum electorum et omnium, qui iam sunt et erunt in dicta liga astricti, lesionem, preiudicium et gravamen. Datum ut supra.

Ficker aus gleichzeitiger abschr. in hs. der bibl. Vallicelliana, R. 26 bl. 313, zu Rom. — Aus dem *Datum ut supra* ist genaueres über die ausstellungszeit nicht zu entnehmen; denn unmittelbar vorher geht die sentenz Ludwigs d. d. 1328 apr. 28, Reg. Lud. nr. 995. Iedenfalls wurden aug. 6 solche erklärungen zu Frankfurt ausgestellt, vgl. Reg. Reichss. nr. 364, wo es sich um eine deutsche fassung derselben urk. zu handeln scheint. — Der eingerückte text des kurvereines weicht nicht unbedeutend von mehreren verglichenen deutschen und lateinischen texten (Reg. Reichss. nr. 72) ab, insbesondere auch von der lateinischen ausfertigung vom 15. iuli, Sitzungsber. der kaiserl. Akademie 11, 701. — [1] Hs. *Walterius*. — [2] Hs. *rogat*. — [3] Hs. *aliquis*. — [4] Hs. *a*.

1048. *Ludwig von Vianden, probst zu Münstereifel, verspricht unter angegebenen bedingungen dem erzbischofe Baldewin von Trier auf der heerfahrt des reiches und des königs von England gegen Frankreich zu dienen. (1339 feb. 3).*

Wir Ludewig von Vianden, probest zu Munster in Eyflen, dun kunt allen luden und erkennen offenliche an disem brive, das wir dem erwirdigem in gote vater und heren unserm heren Baldewine, ertzbischofen zu Trire, sullen dinen, helfen und raden, und sunderliche zu der reyse, die das heilege Romesz riche und den kunig von Engelland, der helfer er ist, an get wider das kunigriche von Francriche, biz das eine sune zcwszen den vorgenanten partyen gentzliche gemachet und vollebracht wirt, mit zwentzig edeln mannen (stediklichen rittern und wol geborn knechten) gewapent mit helmen wol geriden und erzůget. Und sal uns dar umb der vorg. unser here von Trire geben vor ieden ritter derselben lůte hundert guldenen, und vor den edeln knet seszig gulden cleiner von Florentze oder den wert dar abe, und von iedem manne der vorgenanten zcwentziger achtzehne der vorgenanten cleinen guldenen zu solde zu iglichem mande, die wile wir mit den vorg. zwentzig mannen mit unserm vorg. heren sin in der reyse. Und sal uns unser vorg. here von Trire den solt von einen mande vor bezalen, ee wir in die reyse riden, und dar nach alle zit zu angenden itliches mandes. Und sal uns auch das ander gelt halb geben, ee wir in die reyse riten, und das ander halbe teil nach der reyse zu den ziden und mit solichem pagamente, beyde vor und auch nach, als imę der vorg. kůnig von Engilland bezalet. Und en sullen wir hie enbinnen wider den vorg. unsern heren von Trire nit důn, sunder wir sullen ime dinen getruweliche, wo er unser bedarf und iz an uns gesinnet. Were iz auch das unser vorg. here von Trire von dem egen. kunige von Engillant nit geldes enphinge, oder das die reyse nit vollenginge, oder das wir unserm egen. heren, als vor begriffen ist, nit vollen dieneten, was wir dan geldes von ime enphangen hetten, das sullen wir ime widertun und erstaden, und sin das schuldig zu dune nach drier siner frunde rade, die er dazu schicket. Alle dise vorgescribenen stucke und ir itliches han wir vor uns und unser erben gelobet in guden

truwen an eides stat, und geloben sie auch an disen brive stete und veste zu haldene und zu vollenfurene, allerley argelist und geverde usz gescheiden. Und diser dinge zu urkunde etc.

Ficker aus dem concepte im conceptbuche des Rudolf Losse bl. 15 im archive zu Darmstadt. — Vgl. Dominicus Baldewin 374 einen auszug aus dem orig. zu Coblenz, welches wesentlich diesem concepte zu entsprechen scheint; daher ist das datum entnommen.

1049. *Eduard könig von England verpfändet dem erzbischofe Baldewin von Trier unter angegebenen bedingungen die grosse englische reichskrone.* ***(1339 märz.)***

Edwardus dei gracia etc. Recognoscimus et tenore presencium constare velimus universis, cum nos reverendo in Christo patri domino Balduino archiepiscopo Treverensi pro assistencia, auxilio et serviciis, per ipsum archiepiscopum sacro Romano imperio et nobis contra Philippum pro Francorum regem se gerentem faciendis et impendendis, certas pecuniarum summas solvere teneamur, de quibus quidem pecuniarum summis dicto archiepiscopo vel causam ab ipso habenti seu habentibus solvere debebimus quinquaginta milia florenorum aureorum de Florencia legalium et bonorum in festo nativitatis beati Iohannis babtiste proximo futuro, quemadmodum in literis nostris desuper conscriptis et ipsi archiepiscopo per nos traditis plenius continetur; quod nos pro huiusmodi quinquaginta milibus florenorum predicto archiepiscopo, si ipsum nobiscum cum armatis iuxta condicta in expedicione contra dictum Philippum ire contigerit, in dicto festo nativitatis beati Iohannis baptiste ut premittitur persolvendis, *salvis nichilominus litteris eidem archiepiscopo prius datis*, coronam nostram et regni nostri hereditariam et magis preciosam prefato archiepiscopo et causam ab ipso habenti vel habentibus titulo pignoris rite et legitime obligamus et tradidimus ac tenore presencium obligamus, promittentes pro nobis et nostris heredibus ac in nostro regno successoribus universis, quod pretactam coronam per solucionem et numeracionem dictorum quinquaginta milium florenorum erga dictum archiepiscopum vel causam ab ipso habentem seu habentes liberabimus et redimemus infra hinc et festum assumpcionis beate Marie virginis proxime affuturum. Que si non fecerimus, ex tunc memoratus archiepiscopus vel causam ab ipso habens seu habentes plenam potestatem habere debebunt dictam coronam in simul totam vel per partes divisim, prout ipsis placuerit, usque ad summam pretactorum quinquaginta milium florenorum necnon dampnorum et interesse, si quod vel si que eos ex mora solucionis eiusdem pecunie sustinere contigerit, alii vel aliis ulterius obligandi, ita tamen quod ipsa corona *a tempore ob* infra annum continuum a tempore obligacionis sic facte computandum per translacionem dominii minime distrahatur, *quo anno* quin eandem coronam infra haiusmodi annum per solucionem et numeracionem dictorum quinquaginta milium florenorum ac de dampnis et interesse, que memoratum archiepiscopum vel causam ab ipso habentem vel habentes ex retardata solucione eiusdem pecunie sustinere contigerit, satisfactam recuperare et redimere valeamus. Verum si prelibata corona infra dictum annum per nos vel nostros heredes seu in regno nostro successores modo premisso liberata non fuerit vel redempta, extunc antedictus archiepiscopus vel causam ab ipso habens seu habentes vel ille seu illi, (cui vel) quibus huiusmodi corona ulterius obligata fuerit, eandem coronam insimul totam vel per partes divisim, ut et supra de obligacione premittitur, distrahere poterunt et per translacionem dominii penitus alienare, prout ipsis visum fuerit expedire. Et si prenotato archiepiscopo vel causam ab ipso habenti seu habentibus de pretaxatis quinquaginta milibus florenorum

ac dampnis et interesse, que ipsos ex mora solucionis eiusdem pecunie sustinere contigerit, per obligacionem vel alienacionem dicte corone plene non fuerit satisfactum, *nos et nostri heredes* tunc quicquid ipsis de huiusmodi summis ac dampnis et interesse defuerit (et quod minus habuerint, id) nos et nostri heredes ipsis solvere et de eo satisfacere debebimus integraliter et complete. Et ut prefato archiepiscopo super premissis ac etiam infrascriptis magis ydonee caveatur, eidem archiepiscopo et causam ab ipso habenti vel habentibus super omnibus supra et infra scriptis ipsis plene et firmiter observandis tales et tales constituimus in solidum fideiussores, ita quod si omnia et singula supra et infrascripta dicto archiepiscopo plene et integre non fuerint observata, quod idem archiepiscopus bona, homines et res nostras et subditorum nostrorum, quocumque nomine nuncupentur, nec non bona similiter, homines et res dictorum fideiussorum ac subditorum suorum et cuiuslibet eorum sine alterius cuiuscunque requisicione, licencia vel auctoritate per se vel alios invadere, occupare, detinere ac se de eis intromittere, ipsaque bona alienare et distrahere possint, donec ipsi archiepiscopo *et causam* de eo, quod ipsis* de pretacta summa ac prenotatis dampnis et interesse defuerit, plenarie fuerit satisfactum; et quodque nos et dicti nostri fideiussores vel aliquis nostrum nunquam ad regnum nostrum Anglie venire vel transfretare debebimus, nisi prefato archiepiscopo de omnibus et singulis premissis plene ac integre fuerit primitus satisfactum. Hec omnia et singula premissa et eciam infrascripta promisimus fide prestita corporali loco et nomine iuramenti, et promittimus in hiis scriptis rata et grata ac firma inviolabiliter observare, salvis nichilominus litteris per nos dicto archiepiscopo prius datis, quodque contra premissa non veniemus nec faciemus per nos vel alios publice vel occulte quovis exquisito ingenio vel colore, nec eciam aliquam causam vel occasionem qualemcumque nobis assumemus contra premissa quomodolibet veniendi seu prefatum archiepiscopum in detencione prelibate corone seu eius alienacione vel distractione iuxta superius conscripta impediendi seu obstaculum interponendi, renuntiantes pro nobis et nostris heredibus ac successoribus universis omni iuris beneficio, tam canonici quam civilis, necnon consuetudinibus et privilegiis quibuscunque ac omnibus defensionibus et excepcionibus, que nobis vel dictis nostris fideiussoribus, quo minus premissa vel aliqua ipsorum plene observare teneamur, possent in posterum quomodolibet suffragari, dolo et fraude circa omnia et singula premissa reiectis penitus et semotis. Et eciam addito, condicto et adiecto, quod si sepedicta corona per nos vel nostros heredes a prefato archiepiscopo per solutionem et satisfactionem pecunie, dampnorum et interesse pretactorum liberata et redempta fuerit, quod idem archiepiscopus nichilominus ipsam coronam vice et nomine Umelini iudei Argentinensis apud se detineri possint*, donec eidem Umelino de hiis, super quibus nostras habet litteras, fuerit satisfactum; cui si infra terminum in dictis nostris litteris comprehensum satisfactum non fuerit, extunc dictam coronam obligare et deinde post annum alienare poterit per omnem modum et formam, quibus et superius comprehensum. In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium sigillum nostrum regium una cum sigillis dictorum fideiussorum per nos dicto archiepiscopo constitutorum presentibus est appensum.

Et nos tales et tales recognoscimus et tenore presencium publice profitemur, quod ad mandatum et rogatum prefati domini nostri regis et pro ipso erga memoratum dominum Balduinum archiepiscopum Treverensem super premissis omnibus et singulis plene observandis et implendis fideiussores nos in solidum constituimus ac nos fideiussorie obligavimus et tenore presencium obligamus, promittentes per fides nostras corporaliter desuper prestitas vice similiter et nomine iuramenti premissa omnia et singula, in quantum nos respi-

ciunt vel respicere poterunt et prout de nobis superius conscripta sunt, rata et firma inviolabiliter observare ac integre adimplere, quodque nos et cuilibet nostrum nunquam ad regnum Anglie venire vel transfretare debebimus, nisi de omnibus et singulis premissis prefato domino Treverensi plene fuerit satisfactum; ac eligentes nichilominus, quod sepedictus archiepiscopus bona et res nostras ac subditorum nostrorum quascunque per se vel alios sine cuiüsquam alterius requisicione, licencia vel auctoritate invadere, occupare, detinere et se de eis intromittere, ac ipsas res et bona alienare possit, donec eidem archiepiscopo de omnibus et singulis premissis plene fuerit satisfactum, dolo et fraude in premissis et quolibet eorum penitus proculmotis. In quorum omnium et singulorum evidenciam atque robur sigilla nostra una cum sigillo prefati domini regis presenti littere similiter sunt appensa.

Ficker aus concept im conceptbuche des Rudolf Losse bl. 84 im archive zu Darmstadt. — Ein viel kürzerer, aber im anfange wörtlich stimmender text aus derselben quelle gedr. Würdtwein Nova subs. 12, 60. — Dieser entwurf wird in den märz zu setzen sein nach massgabe des feb. 27 von bevollmächtigten des königs abgeschlossenen, von diesem märz 18 bestätigten vertrags, Reg. Reichss. nr. 308. 309, auch Hontheim Hist. Trev. dipl. 2, 136. Eine erste schuldsumme von 61000 fl. sollte bis märz 27 von dem iuden Umelinus (Wilnelmus) gezahlt werden, widrigenfalls von den unterhändlern selbst apr. 4; geschähe das nicht, so solle der erzbischof aller eingegangenen verpflichtungen ledig und ihm doch die krone um 25000 fl. verpfändet sein. Für den fall seiner dienstleistung aber sollte ihm die krone um eine zweite schuldsumme, die Ioh. Bapt. fälligen 50000 fl. und weitere 5000 fl., verpfändet sein. Unser entwurf ist später zu setzen, da er von der voraussetzung ausgeht, dass Umelinus die summe gezahlt habe; auch ihm sollte dann weiter die krone zur deckung dienen, was nur hier erwähnt ist. Die erste summe ist aber nicht gezahlt, da die krone später um die eventuell bestimmten 25000 mark gelöst wurde; Reg. Reichss. nr. 321, auch Hontheim 2, 141; vgl. auch Dominicus Baldewin 376. Unser entwurf dürfte demnach vor märz 27 gemacht sein, um für den fall der zahlung durch Umelinus die frühere beurkundung zu ersetzen, und ist dann wohl nie ausgefertigt, weil diese zahlung nicht erfolgte. Bei dem abkommen von feb. 27 wird Rudolf Losse als einer der unterhändler des erzbischofs ausdrücklich genannt.

1050. *Rudolf Rheinpfalzgraf und herzog von Baiern verzichtet auf etwaige rechte an Münstermaifeld und Turon zu gunsten des erzbischofs Baldewin von Trier und bestätigt die diesem von kaiser Ludwig vor seiner kaiserkrönung gemachten verpfändungen und nun ertheilten privilegien. (Frankfurt* **1339** *märz.)*

Wir Rudulph von gots gnaden pallentzgreve des Rynes, hertzoge von Beyern, dun kunt allen luden und bekennen offenliche an disem brive, das wir uf alle reth und vorderungen, ob wir keine hetten oder han mothen an Mun[ster] in Meynevelt und Turün und was dar zu gehoret, da der erwirdige in gote vater here Balduin ertzbischof zu Triere sin stift und sine vorvaren des selben stiftes von langer zyt inne geseszen hant und brath hant geruweliche biz [her], han vor uns und unser erben verzigen lutherliche [und] gentzliche und verziehen auch dar uf an disem brive uns und unsern erben nith dar an zu behaldene. Vo[rtmer] die pendere, die unser vetter keyser Ludewig, ee das er gecronet wart zu Rome, versetzet hat dem selben heren Balduin ertzb. zu Trire und sinem stifte *mit na[men]* und dem hochgebornen fursten kunig Iohanne von Beheimen und sinen erben, mit na[men] Stalberg, Stalecke, Brunshorn und die dele Bacherach und Stegen, Rynbulle und was zu Rynbulle horet half, und das nuwegerithe und was dar zu gehoret half, glicher wys als sie unser muter selige frau[we] Methild hertzoginnen zu Beyern und hertzoge Adolph seligen unser aldeste bruder bestetiget, han wir sie auch (dise vorgen. ses iar) bestediget und

bestedigen sie an disem brive, und sullen si (die selben) stede halden, als unser vorgen. muter und bruder seligen brive sprechent. Auch bekennen wir, was unser vorgen. vetter keyser Ludewig von des riches wegen gnade getan hat dem egen. heren Balduin und sinem stifte, und was friheide und privileigien er in gegeben hat, das das unser gute wille und verhengnisze ist und bestedigen auch das, als verre iz uns als eynen kuerfursten des ryches an get an disem gegenwortigen brive. Dise vorgeschribenen stucke han wir mit guten truwen gelobt und geloben sie auch an disem brive stete und veste zu haldene und nit dar wider zu tune noch zu kumene in keyner handen wise, allerley argelist und geverde usz gescheiden. Und das dise ding stete und veste sin, so han wir zu eime gezugnusse und urkunde unser ingesigel an disen brif gehangen, der geben ist etc.

Ficker aus dem concepte im conceptbuche des Rudolf Losse bl. 107 im archive zu Darmstadt. — *Durchstrichen.* (Zugefügt.) [Unleserlich.] — Die urk. gehört wohl sicher zu dem Frankfurter tag 1339, wo alle erwähnten personen, auch könig Iohann, anwesend waren, und für Trier mehrere privilegien ausgestellt wurden, Reg. Lud. nr. 1965. 3431. 3432; dagegen wissen wir von letzterm nicht auf dem Frankfurter tage 1340 sept., wo mehrere übereinkommen zwischen Rudolf und Baldewin getroffen wurden; vgl. Dominicus Baldewin 384. Die angezogene verpfändung war übrigens schon nach der königswahl 1314 dec. 17 geschehen, wie damals Ludwig auch bereits auf Münstermaifeld und Turon verzichtet hatte; Reg. Lud. nr. 3137. 16.

1051. *Ein bote (des erzbischofs Baldewin von Trier) meldet diesem, dass er zu Paris eingetroffen, zum könige (Philipp) von Frankreich nach Melun beschieden sei und inzwischen die königin und die herzogin (Gutta von der Normandie, tochter könig Iohanns von Böhmen) besucht habe. (Paris 1341 iuli 20.)*

Reverendissime domine. Intravimus Parisius die xi. mensis iulii; et statim nostrum adventum regi Francie literatorie intimato, rescripsit idem rex, quod, cum ipse esset apud Montem Argi[um] in forestis suis causa solacii, secum suos consiliarios non haberet, assignando nobis terminum ad ipsum veniendi videlicet apud Meledunum in festo beate Marie Magdalene instanti; et sic ante principium augusti non credimus posse de Francia expediri. Et dominus Iofridus de Nanceyo primum eodem supervenit *nec scimus aliqua de eodem.* Accessi autem medio tempore dominas reginam et ducissam neptem vestram, que stant ad sanctum Germanum sex leucas a Parisius, cuilibet vestras litteras presentando; quibus multum gratanter receptis pro vobis et statu vestro inquisiverunt instanter et se de bono statu vestro letas esse dixerunt, offerentes se ad quelibet vobis grata. Sed predicta domina ducissa de vobis et de domino rege Boemie, de imperatore, de sorore sua relicta quondam domini Henrici ducis Bavarie, et de domino papa, de quo dominum regem Francie asserit male contentum, mecum multum familiariter loquebatur, que per singula rescribere longe esset. Et ostendit mihi tres pulcros suos infantes masculos, qui ipsam, ut asserit, in istis partibus consolarentur, et se de quarto gravidam fatebatur; et sperat dominum regem Boemie ad partes istas breviter esse venturum, ut eciam alii Parisius asseverant. Ex omnibus autem dictis et gestis domine ducisse predicte, multum affectantis vos videre, apparet mihi, quod pro vobis prompte faceret, quicquid possit.

Ficker aus dem concepte im conceptbuche des Rudolf Losse bl. 189 im archive zu Darmstadt; mit correcturen von anderer hand, welche darüber bemerkt: *ad dominum.* — Vielleicht war Rudolf Lösse selbst der bote; das ergebniss war ein freundschaftsvertrag vom könige 1341 iuli 30, vom erzbischofe sept. 17 bekundet; vgl. Dominicus Baldewin 387, wo das datum Paris 1341 iuli 20, welches in meiner abschr. fehlt.

1052. *Iohann könig von Böhmen schreibt seinen machtboten am päbstlichen hofe über seine verhandlungen mit Ludwig dem Baiern, über die zweckmässigkeit seinen erstgebornen zum Römischen könig zu wählen, über die nothwendigkeit dass ihn die kirche unterstütze, über seine absicht nach Avignon zu kommen und über die unaufrichtigkeit des erzbischofs von Mainz. (1345 nov.)*

Familiares nostri dilecti. Sicut alias vobis per Petrum clericum nostrum significavimus, fuimus pridie in Kyrchberg apud dominum Rupertum ducem Bavarie et Walramum comitem de Spanheim, tractantes nobiscum de concordia inter nos et Bavarum ordinanda. Et licet eandem concordiam ut ex gestu eorum perpendimus multum affectent, tamen votis eorundem nisi audiendo annuere non voluimus pro hac vice, ut medio tempore intentionem domini nostri pape circa exterminium dicti Bavari prout a nobis recessistis scire possemus. Quod competencius et commodius fieri posse non credimus quam per electionem nostri primogeniti in Romanorum regem, quia ex tunc potestati dicti Bavari decresceret per recessum a dicto Bavaro fidelium imperii, videntium se habere caput aliud et eciam causam recedendi ab ipso Bavaro, non obstante iuramento sibi prestito. Alias etenim si dominus papa et ecclesia ad hoc nobis suos favores et promotiones efficaciter non impenderent, cum nedum per dictum Bavarum et eius filios, quin ymo per Cracovie regem et plurimos Sarracenos eorumque adiutores hostiliter impugnemur, ut de rege Ungarie taceamus, soli semper, cumque nullum preterea de regno et terris nostris adiutorium habuerimus nec habemus, commode resistere et dampna magna inferre nostro adversario non possemus. Unde abhinc infra mensem ad tardius in Lutzelinburc intentionem dicti domini pape finalem in quantum eam scire poteritis circa premissa fideliter rescribatis, ut per hoc in agendis cautius dirigamur. Nam ex tunc consiliarii nostri cum predictis duce et comite forte convenient iterato, et Bavarus se Frankenvort conferret, et nos eciam fortasse appropinquabimur ad audiendum oblata. Sed penitus nullum finem sumemus nos et marchio filius noster, nisi dominum nostrum papam primitus alloquamur apud quem ambo vel alter nostrum esse intendimus circa nativitatem Christi instantem ad capiendum finem prout expedit in premissis. Scientes quod nullas cum Bavaro aut cum aliis inimicis nostris treugas habemus, sed omnes in festo beati Martini proxime expirarunt. Item in crastino sancti Andree exequiis recolende memorie domini quondam W. comitis Hollandie, consobrini nostri karissimi, intendimus interesse, maxime ad impediendum ne Bavarus optineat partes illas. Porro non lateat vos, quod licet dominus Moguntinus suos nuncios super eius reconciliacione ad curiam destinavit et sue absolutioni intendat, hoc tamen non fit ex devotione seu inclinatione quam habeat ad ecclesiam, sed magis ex eo quia se per Bavarum vidit relictum, et inimicis, videlicet dicto duce et marchione Missenensi, lantgravio Hassie et de Spanheim et Nassowe comitibus, undique circumdatum. Unde advertat dominus noster papa et ecclesia, ut idem Moguntinus quo ad suam reconciliationem ante nostrum vel dicti filii nostri ad eos adventum [responsum] habere non valeat quovis modo, quia de multis viva voce informare poterimus, de quibus scribere nobis non expedit pro hac vice.

Aus dem concepte im conceptbuche des Rudolf Losse im archive zu Darmstadt. — Gedr. im Iahrbuche für vaterländische Geschichte, Wien 1860, mit einem commentare Böhmers, wonach der brief zwischen nov. 12 und 30 in den Rheinlanden, vielleicht zu Coblenz geschrieben ist. — Reg. Ioh. nr. 902.

1053. *Hans von Balmund bestätigt die rechnungslegung über die ausgaben für den*

kaiser (Ludwig), den markgrafen (Ludwig von Brandenburg) und deren gefolge bei deren aufenthalt zu Sterzing. (1346) iuni 26.

Ich Hans von Balmunde bekenne, daz mich meyn herre der margraf und seyn raut schûf, die raytung ze verhoern umb die zerung, die meyn herre der kayser und meyn herr der margraf und in payder diener getan heten ze Sterzingen, die da hyn chomen ayn tayl an sant Iohannes tag baptist dez sampstages, und da warn vintz uf den montag und den selben tak ze dem impeys. Da waz ich pey, daz diu raytung meyns herren dez kaysers praht an phenningen sehs und funfzig marck und neun phunt und fuinf zwaynziger. Do praht meins herren dez margrafen raytung an phenningen vier und drizzig marck und ahzehen zwaynziger. Und in die selben raytung wart geslagen ayns und fünfzig phunt und syben zwaynziger, die meyn iunges frôleyn verzert het. Von hern Wilpranden dreyzzig phunt, die man im schûf ze phantlosung. Item von dem herzogen von Teck und dem Truttenperger aht phunt. Sehs phunt fur den Eroltzperger. Aht marck umb ayn maydem, der wart herzog Steffan. Aun zway drizzig phunt, die meyner herren rosz und sin kneht verzert het. Und diu vorgenant raytung praht ayn und neunzig marck und ahzehen zwaynziger, [und zwelf phund, die sich nach der raitung erfunden haben].[1] So hat man verdient do selben von dem urbor vier und dryzzig castrûn, zway rynder, aht schuszeln smaltz und ayn und zwaynzig kaes. Diu raytung geschach dez vorgenanten mentages nach sant Iohans tag dez toefers.

Ficker aus dem orig. in der bibl. Dipauliana 283, 221 zu Innsbruck. Zwei aufgedrückte siegel sind abgefallen. — Reg. Lud. s. 379. — Nach abschr. der rechnung des amtes Sterzing in der bibl. Dipaul. 893, 11 wurde zu Meran, iuni 29, abgerechnet: *Item pro marc. xci. etc. pro expensis d. imperatoris et d. marchionis in Sterzingen.* — [1] Später zugeschrieben.

1054. *Baldewin erzbischof von Trier zeigt der stadt Biberach die wahl des markgrafen Karl von Mähren zum römischen könige an. Bei Rense 1346 iuli 11.*

Baldewinus dei gracia sancte Treverensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Galliam archicancellarius, viris prudentibus et discretis, magistris civium, consulibus et universitati opidi de Biberach, amicis suis dilectis, affectum sincerum cum salutacione. Vestre prudencie volumus esse notum, quod cum una cum aliis principibus coelectoribus nostris in pomeriis prope Rense super alveum Reni convenimus, ubi principes electores super negociis imperii convenire hactenus consueverunt, ibidemque communi sentencia tam nostra, quam dictorum coelectorum nostrorum, quam aliorum magnatum et procerum decretum et sentenciatum fuerit, dictum imperium aliquamdiu hactenus vacavisse: nos perspicaciter attendentes, quanta gravia pericula et dispendia diutina dicti imperii vacacio toti christianitati ac ipsi imperio et toti rei publice ingesserit et adhuc graviora, verisimiliter formidabatur, inferre potuerit in futurum, ac huiusmodi dispendiosis periculis, in quantum in nobis extitit et prout ad nos iure pertinere dinoscitur, occurrere conservacionique iuris nostri prospicere cupientes, in serenissimum principem dominum Karolum, domini regis Boemie nepotis nostri primogenitum, marchionem Moravie, virum utique strenuum et catholicum, prudencia et discrecione ac aliis virtutibus multiplicibus insignitum, direximus unanimiter vota nostra, eum in Romanorum regem et imperatorem postmodum promovendum rite et concorditer eligendo. Igitur vestram providenciam per presentes seriose requirimus et rogamus ac attencius exhortamus, quatenus prefato domino Karolo sic in Romanorum regem electo aut eius in hac parte commissariis in omnibus et per omnia, in quibus sacro Romano imperio tenemini, intendere et fideliter obedire curetis, ut de fidelitatis vestre debito

non indigne laudari mereamini, et nichilominus prefatus noster electus vos specialiter prosequi habeat favoribus condignis et graciis oportunis. Voluntatem vestram in premissis nobis rescribi petimus presencium per latorem.

Datum in pomeriis predictis, sub sigillo secreto á tergo, die xi. mensis iulii, anno domini m.ccc.xlvi.

Ficker aus gleichzeitiger niederschrift auf pergament aus dem conceptbuche des Rudolf Losse, bl. 137, im archive zu Darmstadt. — Vgl. oben die zum theil wörtlich übereinstimmende nr. 837.

1055. *Ritter Iohann von Schönfeld schreibt dem bischof Gotfrid von Passau über die schlacht bei Cressi, an welcher er theil genommen hat, mit angefügter zeitung über dieselbe. Brügge **1346** sept. **12**.*

Venerabili in Christo patri et domino suo, domino suo karissimo, domino Gotfrido dei gratia episcopo Pataviensi, Iohannes de Schônveld miles reverenciam debitam cum humili recommendatione sui. Vestre care dominationi presentibus significo, quod nunc sum in villa Brugensi et veni de Francia vulneratus in dextra parte faciei mee, et adhuc longitudo quasi unius digiti sagitte est in capite meo residens, sed spero per dei gratiam bene curari. Et sciatis, quod ego fui cum illustrissimo rege Anglie in prelio, quod habuit in Francia contra regem Francie iuxta unam dietam sancti Georii iuxta villam, que vocatur Kersy. Qui vero rex Anglie victoriam et triumphum dei gratia obtinuit in dicto bello, in manu potenti destruens inimicos suos. Unde idem rex Anglie occidit in prelio dicto adversarios ipsius, qui fuerunt ibi ad preliandum cum rege Francie, istos qui secuntur, videlicet: regem Boemie seniorem, regem Maioricarum, comitem de Alihohon fratrem dicti regis Francie tam ex parte patris quam matris legittimum, comitem Flandrie et duos episcopos, item xiii. comites, item xv.c. inter barones, milites et nobiles, et xvi... Et dominus rex Anglie in dicto prelio non perdidit nisi unum solum militem. Et ego mittam vobis nomina occisorum in quadam cedula huic littere inclusa. Vestram personam reverendam conservet altissimus sub prosperitatis omine pariter et honore. Scriptum in villa Brugensi Tornacensis dyocesis in Flandria, xii. die mensis septembris.

Anno domini m.ccc.xlvi., indictione xiv., pontificatus domini Clementis pape sexti anno quinto, mensis augusti die xxvi., prelium fuit inmensum inter duos reges, videlicet Anglie et Francie, in quo idem dominus rex Anglie illustris victoriam dei gratia obtinuit et triumphum. Idem bellum fuit in Francia iuxta quandam villam, que dicitur Kersy, quinque miliaribus iuxta Monstruel in Poncien. Isti fuerunt principes occisi in exercitu regis Francie per dominum regem Anglie, qui dominus rex Anglie nisi unum solum militem perdidit in exercitu suo: Rex Bohemie senior, rex Maioricarum, dux Lothoringie, comes de Alihohon frater legittimus regis Francie, comes Flandrie, comes Namensis, dominus de Rosenberch de Bohemia miles, comes de Aretonia, comes de Boloys, archiepiscopus de Cheyns in Burgundia, episcopus de Noyoen qui dicitur Nordimann, comes de Tzalme, comes de Tzausoire, comes de Monbulliaerd, comes de Grantpr . ., magnus prior Francie, cum duobus milibus equitibus, abbas de Corbi cum quingentis equitibus, vicecomes de Tronaus, dominus de Morcel, dominus Iacobus de Bourboud, dominus de Caen, dominus de Tzanenaud, et quam plures alii nobiles et ignobiles, quorum non est numerus, ceciderunt in dicto prelio de exercitu et de coadiutoribus regis Francie, qui vix vivus effugit. Prelium duravit ab hora vesperarum sabbati post Bartholomeum usque ad diem proximum sequentem ad horam nonam.

Aus abschr. sec. 14 in der hs. Salisb. 416, bl. 75, zu Wien. — Reg. Reichss. nr. 443. —

Die angefügte zeitung gedr. bei Pez Script. 1, 967, ein kleines stück bei Würdtwein Nova subs. 3, 237.

1056. *Baldewin (erzbischof von Trier) erklärt, dass könig Karl und dessen erben die ihm und seiner kirche für eine schuld von fünfzigtausend mark silber überwiesene grafschaft Lützelburg und markgrafschaft Arlon durch zahlung der schuldsumme einlösen können. Cöln* ***1347*** *feb.* ***17****.*

Baldewinus dei gracia etc. Notum facimus universis, quod licet de voluntate libera excellentissimi principis et domini nostri domini Karoli Romanorum ac Boemie regis pro nobis et nostra ecclesia Treverensi comitatum de Rûpe, cum advocatia monasteriorum Stabulensis et Malmedariensis et opidis Marcie et Bastonie, et dominatus seu dominia in Durbey et in Rulant a manibus extraneorum tanquam heres proximior pro novem milibus marcarum argenti boni et puri, sexaginta quatuor latis grossis Pragensibus pro marca qualibet computandis, reemimus et recuperavimus, pro quibus et aliis variis pecuniarum summis, que usque l. milium marcarum argenti predictarum ascendit, pro predicto domino nostro a nobis et ab ecclesia nostra Treverensi expositis; in parato idem dominus noster comitatum Lutzelenburgensem, marchionatum de Arluno, iure tamen dotis sive donacionis propter nupcias inclite Beatricis felicis recordacionis Iohannis olim Boemie regis genitoris *vestri relicte, que* super dicto marchionatu et rebus ad ipsum spectantibus optinet ad vite sue tempora, duntaxat exceptis et sibi semper salvis, bona predicta cum omnibus bonis, opidis, castris, fortaliciis, territoriis, municionibus, villis, reditibus, proventibus, utilitatibus, obvencionibus, districtibus, bonis, iuribus, dominiis, iurisdictionibus altis et bassis, vasallis, fidelibus, castrensibus, opidanis et aliis hominibus nobilibus et ignobilibus, cum huldis et homagiis ac attinenciis et pertinenciis eorundem aliis universis, que ab antiquo ad premissa vel eorum aliquid seu ad ipsum dominum nostrum pertinuerunt aut iam pertinent vel que in posterum poterunt pervenire, et ultra hec omnia castra, fortalicia, dominia, bona, valles et villas cum suis attinenciis, que citra Renum ab illa parte, ubi opidum Bopardiense situm existit, habet ac habebit nobis et ecclesie nostre Treverensi, preposituras* Lutzilnburgensem et Arlunensem absque villis Remiche et Machern, quas iusto vendicionis tytulo nos et ecclesia nostra Treverensis a dicto domino nostro rege optinemus, exceptis, quas preposituras dicto domino nostro usque ad nostre voluntatis beneplacitum dimisimus, gubernacione tamen eorundem nobis ut prius reservata, supraportavit, vendidit et in nos plenarie transtulit; ita videlicet quod nos, dicta nostra ecclesia, causam vel has literas a nobis habens vel habentes pro dictis pecuniarum summis nobis persolvendis pretactos comitatus, marchionatum et dominia, municiones, castra, iurisdictiones et omnia predicta in toto vel pro parte communiter vel divisim, prout nobis magis placuerit, quibuscunque personis ecclesiasticis vel secularibus, cuiuscunque status vel preeminencie fuerit, obligare, impignorare, vendere vel aliter inperpetuum vel ad tempus distrahere et alienare libere valeamus, prout hec et alia in literis memorati domini nostri desuper confectis lacius et plenius continentur. Nos vero eidem domino nostro ob sanguinis proximitatem, qua eidem coniungimur, ac suis heredibus specialiter in premissis prospicere cupientes, ipsis promisimus et promittimus in hiis, ut ipsi in dictos comitatus, marchionatum, advocaciam, dominatus seu dominia et omnia oppida et bona pretacta, hiis duntaxat exceptis, que per nos, ecclesiam nostram Treverensem, causam vel has literas a nobis habentem vel habentes pro dictis pecuniarum summis nobis persolvendis obligari, impignorari, vendi vel aliter imperpetuum vel ad tempus distrahi seu alienari contigerit, pro quinquaginta milibus mar-

carum argenti predictis nobis, ecclesie nostre predicte, causam vel has literas a nobis habenti vel habentibus simul et semel primitus persolvendis, nisi nos, ecclesiam* nostram Treverensem, causam vel has literas a nobis habens vel habentes ex aliqua obligacione, impignoracione, vendicione, distraccione vel alienatione certam pecuniarum summam, quam tamen idem dominus noster rex vel sui heredes predicti manifeste probare poterunt et debebunt, levaremus, quam summam sic levatam in dictis l. millibus volumus defalcari, a nobis et a nostra ecclesia Treverensi, causam vel has literas a nobis habenti vel habentibus reemere et ad se libere, quandocunque eis placuerit, recuperare. et tandem omnia premissa, sicut ipsorum veri domini, possidere, tenere et iuxta proprie voluntatis arbitrium de ipsis disponere libere possint et valeant, sicuti prius et prout ipsis visum fuerit expedire. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum Colonie, anno domini m.ccc.xl. octavo, die xvii. mensis Februarii.

Aus gleichzeitiger niederschrift im conceptbuche des Rudolf Losse bl. 112 im archive zu Darmstadt. — Gedr. mit bedeutenden auslassungen aus derselben quelle bei Würdtwein Nova subs. 12, 76. Das iahr wird nach Trierer rechnung angegeben sein.

1057. *Walram erzbischof von Cöln zeigt der stadt Hagenau die wahl und krönung Karls, damals markgrafen von Mähren, ietzt königs von Böhmen, zum Römischen könige an.* ***1347*** *nov.* ***14****.*

Walramus dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius. Prudentibus viris et discretis, iudicibus, magistris, consulibus, totique communitati civitatis in Hagnaw, affectum sincerum in omnibus cum salute. Noveritis, quod, cum in pomeriis prope Rense super alveum Reni, ubi principes electores sacri imperii super negociis eiusdem imperii hactenus convenire consueverunt, una cum aliis principibus nostris coelectoribus, qui tunc interesse volebant, poterant et debebant, convenerimus ibidemque communi sententia tam nostra, quam dictorum coelectorum nostrorum, quam aliorum magnatum et procerum decretum et sententiatum fuerit, dictum imperium aliquamdiu hactenus vacavisse, nos perspicaciter attendentes, quanta gravia pericula et dispendia diutina dicti imperii vacatio toti christianitati ac ipsi imperio et toti reipublice ingesserit et adhuc graviora, ut verisimiliter formidabatur, inferre potuerit in futurum, ac huiusmodi dispendiosis periculis, in quantum in nobis extitit et prout ad nos pertinere dinoscitur iure, occurrere conservationique iuris nostri prospicere cupientes, in serenissimum principem dominum Karolum, tunc domini regis Bohemie primogenitum, marchionem Moravie, nunc autem regem Bohemie, virum utique strenuum et catholicum, prudentia et discretione ac aliis virtutibus multiplicibus insignitum, nos cum aliis nostris coelectoribus ibidem presentibus, apud quos pro illo tempore eligendi potestas notorie residebat, direximus unanimiter vota nostra, ipsum in Romanorum regem, in imperatorem postmodum promovendum, rite et concorditer eligendo: nos, ad cuius officium hoc specialiter pertinere dinoscitur, eundem electum inunximus et consecravimus, sibi imponentes regium diadema cum sollempnitatibus ad hoc debitis et consuetis. Igitur vestram prudentiam per presentes seriose requirimus et rogamus ac attentius exhortamur, quatenus domino Karolo predicto, sic in Romanorum regem electo et coronato, tamquam vero Romanorum regi in omnibus et per omnia, in quibus sacro Romano imperio tenemini, intendere fideliter et firmiter obedire curetis, ut de fidelitatis vestre debito non indigne laudari mereamini, et nichilominus prefatus dominus noster Romanorum rex vos specialiter prosequi habeat favoribus condignis

et graciis oportunis. Voluntatem vestram in premissis nobis rescribi petimus presentium per latorem.

Datum sub sigillo nostro presentibus appenso, xiiii. die mensis novembris, anno domini m.ccc.xl. septimo.

(Bodmann) aus dem orig. im stadtarchive zu Hagenau, ietzt auf der stadtbibliothek zu Frankfurt. Das am rande beschädigte siegel hängt. — Vgl. die zum theil wörtlich übereinstimmenden nr. 837 und 1054. Veranlassung dieses erneuerten rundschreibens war zweifellos der 1347 oct. 11 erfolgte tod k. Ludwigs.

1058. *Iohann Delfin, doge von Venedig, dankt dem kaiser Karl für schutz und freien durchzug, welchen derselbe den kaufleuten von Venedig gewährte, und nimmt dagegen alle kaufleute des kaiserreichs, des königreichs Böhmen und sonstiger besitzungen des kaisers in seinen schutz. Venedig 1358 apr. 26.*

Serenissimo ac invictissimo principi et domino, domino Karolo Romanorum imperatori semper augusto et Boemie regi illustri, domino plurimum honorando. Iohannes Delphino Veneciarum etc. dux salutem et votivos in omni prosperitate successus. Serenissime et invictissime princeps et domine! Pro eo quod mercatores concives nostros in vestram et imperii sacri protectionem assumere dignatur imperialis serenitas ac ipsis securitatem et liberum transitum tam per Alamaniam, [quam] Boemiam et alias subditas vobis partes de singulari benignitatis munere procurastis, serenitati cesaree ad gratiarum actiones consurgimus; et volentes huiusmodi tam benigno favori pro nostra possibilitate vices respondere, universos mercatores vestros tam de imperio, regno Boemie, quam de aliis regionibus vestre dictioni subiectos, in nostram et honorabilis consilii maioris et universitatis protectionem assumentes, ipsos ubique locorum et per omnes terras nostre dictioni subiectas protegere et defendere volumus fideli studio pro viribus et pro posse.

Data in nostro ducali palacio, die vigesimo sexto aprilis, undecime inditionis.

Chlumecky aus abschr. aus den Commemoriali 5, 108 zu Venedig. — Vgl. oben nr. 860.

1059. *Wilhelm erzbischof von Cöln versichert den herzog Rudolf von Oesterreich der grundlosigkeit des gerüchtes, dass er mit andern wahlfürsten den könig von Ungarn zum kaiser erheben wolle, und fordert ihn auf, die bezügliche anschuldigung beim kaiser zu widerrufen. Bacharach 1359 nov. 11.*

Illustri principi domino Rudolpho duci Austrie, amico dilecto, Wilhelmus dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Italiam archicancellarius, ‖ sinceram ad beneplacita voluntatem. Ad nostram nuper deduxit noticiam relatio fidedigna, vestram quidem generositatem serenissimi domini nostri impera‖toris auribus intulisse, quod nos et quidam alii nostri . . conprincipes, sacri imperii electores, de connivencia et scitu sanctissimi patris et domini nostri summi pontificis apud ‖ inclitum dominum . . regem Ungarie factiones et consilia presumpserimus attemptare pro depositione dicti domini nostri . . imperatoris et sublimacione dicti domini . . regis ad fastigium imperatorie dignitatis. Quia igitur, novit altissimus, nichil omnino horum conscii nobis sumus, et per talia ac tam nefanda conamina invite vellemus nedum cogitando, ut de factis taceamus, inferre maculam fame nostre, admiracione nimium perturbante percellimur, quonam adinventore, quove calumpniatore ad vestri auditorii noticiam hec de nobis et nostris . . conprincipibus relacio veritati minime consona convolarit, cum certum sit et excellentie vestre notum existat, quod de hiis nunquam ad vos sermo nobis fuit, nec ulla ad vos super eo scripta nostra

seu nuncia pervenerunt. Quapropter vestram preclaram nobilitatem rogamus animo affectivo, quatenus sinceritatis mutue, qua unumquemque . . principem honorem alterius zelare decet ob respectum, talia de nobis minime sencientes, nos super delatione huiusmodi iniuriosa velitis in ipsius domini nostri . . imperatoris audientia excusare, nobisque pro innocencia nostra in hac parte conservanda portare et conferre per vestras patentes litteras et oris beneficio, ubi necesse fuerit, debitum testimonium veritatis. Nam siquis ultro forsitan sinistre de nobis suspicans, causare de contrario nos presumeret, parati essemus in imperialis aule iudicio et in omni loco, iuxta dicti serenissimi domini nostri . . imperatoris dictorumque nostrorum . . comprincipum decretum, nos super hiis veritate lucida expurgare.

Datum sub appensione sigilli nostri maioris, Bacheraci, die xi. novembris, anno domini m.ccc. quinquagesimo nono.

Aus dem orig. im reichsarchive zu Wien. Geschrieben in urkundenform; siegel hängt. — Vgl. den entsprechenden brief des erzbischofs an den könig von Ungarn, Fejér Cod. dipl. Hungar. 9 c, 82, und die briefe des erzbischofs Gerlach von Mainz, Gudenus Cod. dipl. 3, 425.

1060. *(Iohann bischof von Leutomischl, kanzler kaiser Karls,) schreibt einem ungenannten über die umtriebe (Rudolfs) herzogs von Oesterreich und den günstigen stand der angelegenheiten des kaisers. (1362 ian.)*

Nobilis vir, domine mi carissime! Licet dux Austrie, sicud animal* ad aures vestre nobilitatis attigisse confido, contractus, iuramenta, promissiones et federa, quibus serenissimo et invictissimo principi etc., domino nostro gracioso, viva voce et eciam *attenticis litteris, una cum suis fratribus, obligari dinoscitur, huiusmodi rerum et virtuose observationis inmemor, ad regem Ungarie volatum fecerit, et nunc ubique locorum per se et alios ligas et conspirationes hinc inde sollicitet, quibus adversus imperialem magnificenciam rebellionis errecto calcaneo se confortet: tamen cesar invictissimus, sicud officiorum dignitate prefertur, ita predecessorum sequens vestigia, animo forti et bone mentis ordinatione contentus, machinamenta rebellium pro nichilo ducens, virtuosi animi tranquillitate in gaudiis hilarescit. Digne quidem [favente] divina providentia preter eiusdem generosi domini mei sollicitudinem omnia negocia in salutem perveniunt, et ultra spei desiderosos affectus uberate fortune et dulcis consolationis applausu singulorum corda fidelium ad ipsius obsequia propensius animantur. Marchio etenim Brandeburgensis etc. et alii duces Bawarie et proceres nostros* adherent auxiliis et maiora cottidie innovatis accessibus accrescunt nostre sortis subsidia, quibus dominus noster predictus laqueos insidiantium conteret, et superborum corda rebellium humiliabit ab alto solita fortitudine imperatorie magestatis. De vobis eciam, velud de viro nobili, quem fidelem sibi ab experiencia dudum accepit, dulce quidem facit recordum, vosque consolabitur auxiliante domino; et fidem vestram respiciet tempore opportuno. Valeat vestra magnificentia, et sanitas corporea leta vobis adhereat et vestre salutis auctor vos benigne custodiat dominus Iesus Christus.

Aus abschr. sec. 15 in der Summa cancellariae Karoli quarti imperatoris in der hs. philol. 71 bl. 112 zu Wien. Vgl. über die hs. Haupt Zeitschrift für deutsches Alterthum, wo B. mehrere briefe aus derselben hs. mitgetheilt und erläutert hat. — Der brief führt die überschrift: *Significat cuidam qualiter dux Austrie reducerit ad regem Ungarie*; in andern briefen der hs. ist der aussteller als der *cancellarius* bezeichnet. B. a. a. O. lässt es zweifelhaft, ob darunter bischof Iohann oder Rudolf von Friedberg, später bischof von Verden, zu verstehen sei; aber letzterer scheint doch blosser hofnotar gewesen zu sein. — Ueber die zeit bemerkt mir Huber: Der brief kann nicht vor 1360 mai fallen, da Rudolf früher mit Karl keine verträge geschlossen hat. Nach 1360 mai aber hat Rudolf, so viel wir wissen, keine reise nach Ungarn mehr unternommen bis ende 1361, wo 1361

dec. 31 und 1362 ian. 7 verträge zwischen Ungarn und Oesterreich gegen den kaiser geschlossen wurden; weiter schliesst dann Rudolf bündnisse mit Salzburg, Passau und schwäbischen magnaten. Dagegen hält 1362 märz der kaiser einen wesentlich gegen Rudolf gerichteten reichstag zu Nürnberg. Vgl. Huber Gesch. des Herzogs Rudolf IV. 77 ff.

NACHTRAG.

KAISER UND KÖNIGE.

1061. *Friedrich I verspricht denen von Asti, die reichsburg None, wenn er dort keinen deutschen castellan mehr setzen will, nur ihrer hut übergeben zu wollen, wogegen dieselben angegebene verpflichtungen übernehmen. Turin 1178 iuli 7.*

In nomine domini nostri Iesus Christi. Amen. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo septuagesimo octavo, die veneris, septimo mensis iulii, indictione undecima. Hec est forma concordie inter dominum imperatorem et Astenses super custodia castri Noni. Astenses consules et credentia et alii bone opinionis viri, quos et quot imperator elegerit de communitate, iurabunt domino imperatori, quod ipsi Astenses non auferent praedictum castrum Noni imperatori, nec eius filio regi Henrico vel eius nuncio, quem de Alamannis ibi castellanum suum statuerint, nec erunt in facto vel consilio, quod alius auferat. Item Astenses non nocebunt vel ledent Alamanum castellanum et alios bonos homines de Nono in personis eorum vel rebus, quas nunc habent vel in posteris habuerint vel Astenses eis reddiderint bona fide per totam forciam vel districtum ipsorum Astensium; ita tamen si aliqua oriretur forte discordia, quod Astenses aliqui vel aliquis offenderent aliquos vel aliquem de Nono, vel econverso, hinc inde offensa debeat emendari infra quadraginta dies vel per amicabilem compositionem vel secundum iusticiam sine aliqua pulsatione iniurie vel pene exactione; et de hoc per iuramentum tenebuntur hinc inde. Dominus imperator Astensibus[1] tenetur ex promisso, quod non debeat dare praedictum castrum dono vel in feudo vel in guardia alicui persone, nisi Astensibus, si ipse vel filius eius rex Henricus per se vel per nuncium suum vel nuncios Alamanum vel Alamanos simul cum Nonensibus in propria custodia retinere noluerit. Et si castellanus Alamanus mortuus fuerit vel alias interceptus, Nonenses servabunt castrum, donec imperator vel filius eius rex alium Alamanum vel Alamanos illic constituerit. Et si ita, ut praedictum est, imperator vel filius eius castrum in custodia sua retinere noluerit, Astensibus commendare habet in guardia tali condictione, ut quandocunque imperator voluerit vel eius filius rex Henricus, reddere debent imperatori vel eius filio praedicta condictione manente. Iurabunt insuper Astenses . . castellano de Nono et hominibus de Nono, quos Astenses elegerint, quod non ledent et non nocere vel ledere [faciant] possessiones eorum vel tenutas, quas habent in districtu Astensi vel quas habebunt vel Astenses eis reddiderint. Similiter castellanus et homines de Nono, quos Astenses elegerint, iurabunt, quod ipsi non ledent Astenses in personis eorum vel rebus, in possessionibus, in tenutis, quas nunc habent vel imperator adhuc eis reddiderit, per totam eorum forciam et districtum, bona fide et sine fraude custodire et servare praedictum castrum imperatori et imperio et regi Henrico ita, quod nulli persone reddent ipsum, nisi imperatori vel eius filio regi. Insuper iurabunt castellanus et homines de Nono, quod inimicos vel inimicum Astensium manutenere non debent, nec aliquod auxilium vel consilium impendere de praedicto castro seu villa contra Astenses. Et Astenses

ire et redire habent per totam Nonensium forciam securi tam tempore guerre, quam pacis. Et si necessitas Astensibus incumbet, liceat eis in villa se recipere, non ad manendum, nec ita quod inde guerram debeant facere, sed si forte illuc fugati fuerint, Nonenses eos defendent infra villam, vel alio casu illuc venerint. Hec omnia imperator et filius eius Henricus rex rata habebunt et servabunt, si Astenses, que pro parte sua servare promittunt, observabunt bona fide; quod sic intelligi volumus, si non fuerint in consilio, quod dominus imperator vel filius eius Henricus rex castrum Noni vel villam perdat. Hec convencio durabit per quinque annos, manente perpetua condictione de castro praedicto non reddendo alicui persone, neque per feudum, neque per guardiam, nisi ipsis Astensibus, secundum quod superius continetur.

Actum super pallatium praedicti imperatoris de Taurino.

Interfuerunt dominus Guillelmus Astensis episcopus, Gandulfus praepositus eiusdem ecclesie, dominus Henricus Guercius marchio, Aycardus de Vegianno, Grossus Brisiensis, Valla de Alferio, Ogerius nepos eius, Ottolinus Grignola, Rubaldus Gardinensis, Guillelmus Aquensis, Arthemanus camerarius, Rodulfus frater eius, Rodulfus scriba curie, Lambertus de Nivimaga, Hermanus de Hore et Henricus de Vase et plures alii testes.

Ego Martinus imperialis aule notarius et Papiensis[2] interfui et praecepto praedicti domini imperatoris hoc instrumentum scripsi.

Victor v. Kraus aus dem copialbuche der stadt Asti, bl. 207, im staatsarchive zu Wien. — [1] Hs. *Astenses*. — [2] Hs. *presbiter*.

1062. ***Friedrich I berichtet in einer klagschrift gegen die von Cremona über seine frühern beziehungen zu denselben und über die wortbrüchigkeit derselben, welche auch ihn der ihnen früher gegebenen versprechungen entbinde und zur forderung eines schadensersatzes von dreitausend mark berechtige. (1185 feb.)***

Post gestatam Rome coronam, cum dignitate et nomine imperiali fungeremur et rursus accepissemus voluntatem intrandi in Ytaliam, accesserunt ad nos Cremonenses tractantes nobiscum et firmiter agentes de destructione Creme. Et nos illis promisimus, quod non exieremus Ytaliam, nisi destructa Crema; eo presertim tenore et tali conditione, quod et ipsi nobis fideliter assisterent, et tam in destructione Mediolani, quam in aliis, que nobis incomberent, sua nos fidelitate iuvarent. Cuius facti executores Cremam valida manu obsedimus et in obsidione illa moram fecimus triginta septimanis aut plus, non sine multi sanguinis et rerum impensa; et perdidimus ibi viros nobiles nostros beneficiatos, ministeriales et servientes strenuos, quos recompensari difficile est; et non sine maximo persone nostre periculo res nobis acta est, ita ut nullus hominum computare posset, quantum nos receperimus dampnum, tam principes nostri, quam alii homines quamplurimi, quos ad hoc invitaveramus discrimen. Satisfactum tandem est studiis nostris, et Crema cessit viribus fortitudinis nostre; que destructa fuit funditus; et cum ceteris eius civitatis menibus ecclesiam quoque, quod tamen se non facturos promiserant, penitus everterunt. Procedente tempore adiutorio dei et illorum atque fidelium nostrorum studioso labore Mediolanum evincimus et destruximus. Cumque de regalibus nostris ordinaremus per totam Lumbardiam, ita disposuimus, ut de regalibus nostris in episcopatu Cremonensi ab eis annuatim ducentas marchas reciperemus. Post hec facta est curia sollemnis in Wicerburc, ad quam multitudo Lumbardorum convenit; inter quos venerunt Cremonenses postulantes a nobis gratiam sibi fieri de constituta pensione; in qua petitione tantum illos exaudivimus, ut

ducentas marcas, quas annuatim solvere tenebantur, penitus remitteremus, ea spe, quod plene confidebamus de illis, quod nunquam in aliquo se nobis opponerent. Accidit post hec, quod pro necessitate imperii ordinavimus expeditionem versus Romam. Cumque exercitum per Lumbardiam duceremus, locuti sumus cum Cremonensibus; et propter dilectionem, quam habuimus erga illos, milites illorum nobiscum vice soldariorum pro precio nostro duximus, nominatim Egidium de Dovaria et alios Cremonenses secum, quos tunc nobis ducere placuit. Et super hec omnia, cum plenam de illis conciperemus fiduciam, illi studio occulte fraudi dederunt animum, nobis facientes molestias et impedimenta per universam Lombardiam. Hoc utentes principio, Mediolanenses, quos profugos et destructos in quatuor villis exposueramus et in aliis locis, ubi vix vita gauderent, contra honorem nostrum et imperii reduxerunt in civitatem suam; unde omne surrexit malum, quod interim in Ytalia sustinuimus. Deinde civitatem nostram Laudam, quam imperiali manu nostra fundaveramus, nobis fecerunt adversam, timore ipsorum maximum ex hoc honori nostro dantes opprobrium. Deinde Parmenses nobis reddiderunt adversos, ita ut obsides datos a Bononia, quos illorum fidei commiseramus, Bononiensibus redderent; quod illi nequaquam fecissent, nisi timore Cremonensium. Ad hec per eosdem Cremonenses strate nostre per montem Bardonis nobis undique precluse fuerunt, ut nulla nobis pateret via revertentibus a Tuscia in Lombardiam. Et per hoc universa regalia nostra in Lombardia nobis ablata sunt; et compulsi fuimus per terram marchionis Malaspine per angustum serpere foramen cum maximo persone nostre periculo, et tanti exercitus, uxoris nostre et filiorum; nec ausi fuerunt per universam Lumbardiam aliqui nos recipere preter fideles nostros Papienses, qui omnem imperio fidem exhibuerunt; quibus in eternum retribuere intendimus, nos et filius noster post nos et omnes, quos ad hoc poterimus inducere in memoriam fidelitatis, quam tunc exhibuerunt nobis et imperio. — His addimus, quod eorum culpe imputamus, quod de tribus locis, Gamunde videlicet et Meringin et Burgul et aliis coadiutoribus, septem omnibus numero, convenientes contra honorem nostrum et imperii civitatem construxerunt, quam hodierno die dicunt Cesaream. Ad cuius iniurie vindictam factum est, quod expeditionem ordinavimus in Italiam et eandem civitatem obsedimus. Ibi factum est, quod convenirent Lombardi ad habendum nobiscum conflictum; cum quibus venit Wazo Cremensis comitatu societatis sue ad hoc congregati, ut ibi nos occiderent et honorem nostrum nobis auferrent. Transacto aliquo tempore, cum celebraturi essemus conscilium Venetiis, Cremonenses miserunt ad nos, ut si vellemus venire in civitatem illam, ipsi cum maximo honore nos vellent recipere; offerentes nobis, quod per civitatem ipsorum cum securitate et honore conducere nos vellent in terram domine Mathildis. Fidem habuimus eorum securitati, intravimus Cremonam, et hospitati nos fuerunt ad sanctam Agatham; nec meminimus, quod infra tempus, quo apud eos morati fuimus, servitium nobis fecerint estimatione panis unius. Fecerunt nos intrare secum in refectorium sancte Agathe, ibique habito nobiscum colloquio ad hoc nos compullerunt, ut salva persona nostra non crederemus unquam nos exituros de hoc loco, donec eis dedimus duas villas nostras Warstallam et Luciariam; sed deo propitio ita inde recessimus, quod nullum eis inde dedimus privilegium, licet omnes principes nostri, tam clerici quam laici, quorum innumerabilis nobiscum turba fuit, instarent, ut omnia, que peterent, illis daremus, quatinus salva vita possemus recedere; hac violentia et iniuria interim villas predictas nobis abstulerunt. His addiderunt, quod cum in eodem refectorio sancte Agathe iurassent, quod Mediolanensibus favore Papie vivam guerram facerent et pontem Placentinorum destruerent, non fecerunt. Sicut ergo ea, que iuraverunt, non sunt executi, ita nec nos ipsis tenemur super promissione, quam illis feci-

mus, sicut utrinque promissum fuit. Nec oblivisci possumus, que presentes positi vidimus, videlicet quod nobis accedentibus ad civitatem Laudensem, cum Placentiam pergeremus, occurrerunt nobis Cremenses cum crucibus prostrati coram nobis ad querimoniam super afflictione, qua eos afflixerunt Cremonenses; ibi videntibus nobis Cremonenses eos a facie nostra nudos nudis gladiis repulerunt, percutientes eos et graviter quosdam vulnerantes. Ac deinde nobis Placentie assistentibus irruerunt in eos, casas eorum igni vastantes et diruentes possessiones eorum, cum personas non invenissent qualibet turpissima morte perdendas. Fecerunt autem Cremonenses dampnum nobis estimatione ccc.m. marcarum, quas ipsis computare possumus; super quibus eos convenimus querentes iustitiam, quam nec nobis facere voluerunt, nec recipere a nobis.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Friderici imp., D. 36. — Dieses wichtige actenstück wird nicht ein kaiserliches manifest, sondern ein klaglibell sein, wahrscheinlich dem hofgerichte eingereicht, um daraufhin ein ungehorsamsverfahren gegen Cremona zu eröffnen; es ergibt das insbesondere der schlusssatz. Die letzterwähnten thatsachen fallen 1185 ian.; zu Lodi war der kaiser ian. 17, dann noch vor ende des monats zu Piacenza; vgl. Scheffer-Boichorst Friedrichs I Streit mit der Kurie 226. Zweck des verfahrens war zweifellos, für die den früheren verbriefungen für Cremona zuwiderlaufende wiedererrichtung von Crema eine rechtsgrundlage zu gewinnen; iene sicherte der kaiser schon feb. 11 den Mailändern zu; in dieselbe zeit dürfte die klagschrift zu setzen sein. Die wiedererrichtung Crema's folgte mai 7, die bannung Cremona's im iuli. — Vgl. über diese verhältnisse auch oben nr. 135. 152. 153. 893. und im nachtrage Friedr. II d. d. Cremona 1226 iuli und Reichss. d. d. 1186 iuni 8.

1063. *Heinrich VI bestätigt denen von Brescia die ihnen im frieden (von Constanz) zugestandenen hoheitsrechte, ihnen nun auch die übrigen in ihrem gebiete unter angegebenen vorbehalten verleihend, und schliesst mit ihnen einen vertrag zur aufrechthaltung der beiderseitigen rechte. Gelnhausen* ***1192*** *iuli* ***26.***

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Circumspecta eminentie nostre discretio nominatiores imperii regiones suis approbatas laudibus diligenti industria in nostri pectoris archano ab invicem distinguens, civitates etiam illarum, loca et personas, que suis late clarent titulis, non minus sollicite considerat et attendit, ut statu cuiuslibet earum inspecto secundum devotionis et fidei sue exhibitionem et meritis loco et tempore imperialis gratie favorem eo uberius percipiant et honorem. Inter memorandas itaque Italie civitates cum Brixia strenuitate militie et armis commendata sinceritate intense devotionis sue et fidei celsitudini nostre et imperii exhibite et exhibende ita se applicuerit, ut ad eius et ipsorum Brixiensium exaltationem indesinentem et comodum firmum et immutabile intendendi habeamus propositum, notum facimus universis tam presentis quam future etatis imperii fidelibus, quod nos eorum devotis precibus aurem clementie nostre benigne et favorabiliter accomodantes confirmamus eis videlicet Brixiensibus omnes concessiones et promissiones, quas in tenore pacis eis fecimus. Insuper concedimus eis omnia regalia, que imperium habet in episcopatu Brixiensi seu iurisdictione vel districtu Brixie, scilicet infra hos fines: In tota curte et territorio Mosi ab utraque parte fluminis Ollei, et a curte et territorio Mosi in susum sicut flumen Ollei usque Palazolum fluere dinoscitur; et in flumine et ripis eius versus Brixiam et terram Brixianam, et in omnibus locis et castris et burgis, sicut extenduntur curtes et territoria locorum Brixiensium ab utraque parte Ollei; et in curte et territorio Mure; et in curte et territorio Palazoli et a Palazolo in susum usque ad lacum Yses,

unde fluit Olleum versus Brixiam; et in ipso flumine et ripis eius versus terram Brixianam et inde supra per totum episcopatum Brixie usque Dalegnum et per totum territorium eius; et a Dalegno in omnibus locis et castris et burgis, que distringuntur per civitatem Brixie, et curtibus et territoriis ipsorum locorum usque Lemonum; et a Lemono usque ad Pozolengum; et a Pozolengo usque ad Gudiciolum; et a Gudiciolo usque ad Mosum et in aliis locis, qui distringuntur vel distringebantur per civitatem Brixie, ubicumque fuerint, vel in terra, vel in aqua. Eo addito, ut si in predictis locis vel infra predictos fines a glorioso patre nostro Friderico felicis memorie Romanorum imperatore vel a nostra clementia vel ab eo, qui a nobis habuit aliquod datum vel scriptum vel factum fuerit de predictis regalibus, Brixiensibus non obsit, de quibus, qui acquisivit, non habet publice possessionem non violentam, non clandestinam. Ab hac concessione excipimus omnia feoda et beneficia antiqua seu a patre nostro seu a nobis concessa, de quibus ille, qui acquisivit, manifestam habet possessionem vel violentam, et excepto fodro regali, quando aliquis successor noster profecturus est Romam pro corona suscipienda, ab hiis, qui solent et debent predictum fodrum dare, et exceptis appellationibus, secundum quod in forma pacis continetur. Pro predictis autem regalibus, que eis in pace non concessimus et nunc concedimus, dabunt nobis vel nuntio nostro in civitate Brixie in proximis kalendis martii et a proximis kalendis martii in antea singulis annis duas marcas auri pro censu. Ad maiorem autem fidei et gracie nostre plenitudinem et eorum cautelam et securitatem talem cum Brixiensibus inivimus pactionem, que iuramento hinc inde firmata est. Iuravit Sefredus marschalcus noster de Hagenowe de parabola nostra in anima nostra, quod nos manutenebimus civitatem Brixie et adiuvabimus Brixienses manutenere omnes supradictas concessiones, confirmationes et possessiones, iura, iustitias et rationes; et si quas possessiones, iura, iustitias et rationes amiserunt vel amiserint, eos adiuvabimus bona fide recuperare; et adiuvabimus eos contra omnes civitates, loca vel personas Lombardie, Marchie et Romaniole. Ita tamen ut pro speciali negotio Papiensium non faciamus werram Brixiensibus; nec pro speciali negocio Brixiensium teneamur facere werram Papiensibus. Si vero Papienses adiuncti sunt vel adiunxerint se alicui civitati, loco vel persone, adiuvabimus Brixienses contra Papienses. Nec faciemus aliquam societatem cum aliqua civitate, loco vel persona Lombardie, Marchie et Romaniole sine parabola omnium consulum Brixie vel maioris partis, salvis pactis Mediolanensium et Placentinorum, que fecimus cum eis. Iuraverunt Brixienses, quod bona fide iuvabunt nos manutenere imperium in Lombardia, Marchia et Romaniola et possessiones, iura, iustitias et rationes, quas habemus in Lombardia, Marchia et Romaniola; et specialiter terram quondam comitisse Mahtildis. Si quas etiam possessiones, iura, iustitias et rationes in predictis locis et quod de terra quondam comitisse *Mehtildis amisimus, bona fide adiuvabunt nos recuperare contra omnes civitates, loca vel personas Lombardie, Marchie et Romaniole, eo tenore ut si nos, quod nobis licere nolumus, aliquando contra concessiones seu promissiones factas civitatibus, locis vel personis societatis venire voluerimus, non teneantur Brixienses hoc sacramento ad hoc nos adiuvare. Nec aliquam societatem specialem facient cum aliqua civitate, loco vel persona Lombardie, Marchie et Romaniole sine nostro consensu. Item consules et credentia iurabunt, quod bona fide dabunt nobis rectum consilium, cum petierimus per nos vel per nostrum certum nuntium vel per nostras litteras, nec per fraudem se subtrahent, quin illud dent. Hoc etiam sacramentum facient omnes Brixienses a decem et octo annis supra et a septuaginta infra, qui generalia sacramenta facere consueverunt. Et si qui non fecerint propter minorem etatem, iurabunt infra quinquennium, si requisiti fuerint. Et renovabunt singulis de-

cenniis hoc sacramentum etiam illi, qui fecerunt, si requisiti fuerint. Ut autem hec omnia, que predicta sunt, rata deinceps observentur et illibata, presentem inde paginam scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri, statuentes et imperiali auctoritate sanctientes, ut nulla omnino persona humilis vel alta huic pracmatice sanctioni nostre contraire vel aliquo temeritatis ausu eam presumat infringere. Quod qui facere attemptaverit, in ultionem temeritatis sue centum libras auri puri pro pena componat, medietatem imperiali camere nostre, partem vero residuam personis iniuriam passis.

Huius rei testes sunt: Cunradus Maguntinus archiepiscopus, Wilelmus archiepiscopus Ravennas, Heinricus Wormatiensis episcopus, Godefridus comes de Veihingen, Robertus de Durne, Hartmannus de Butingen, Cuno de Mincenberc[1] senior et Cuno iunior, Wernherus de Rossewac, Cunradus de Walehusen camerarius et frater eius Albertus, Ottobellus Mediolanensis et Arnoldus Placentinus imperialis aule iudices, et alii quamplures.

Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris invictis(M.)imi.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini m.c.xc.ii., indictione decima, regnante domino Heinrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius xxiii., imperii vero ii. Feliciter. Amen. Datum apud Geylenhusen, vii. kalendas augusti.

Stumpf aus einem originaltranssumpte k. Heinrichs VII d. d. 1311 ian. 22 im staatsarchive zu Wien; verglichen mit einer von Odorici mitgetheilten abschrift des abbate Luigi Lodrini aus einer andern originalausfertigung desselben transsumptes auf der bibl. Quiriniana zu Brescia. — Gedr. (Mazzuchelli) Raccolta di privilegi e decreti pubblici concernente la città e provincia di Brescia. Brescia 1732. — Am folgenden tage, iuli 27, stellte der kaiser denen von Brescia eine zweite urkunde aus, Reg. imp. nr. 2784, Muratori Antiq. Italiae 4, 465, in welcher das wichtige stück: *Ad maiorem autem fidei — si requisiti fuerint*, fehlt, während im übrigen die abweichungen nur eben so bedeutend sind, dass sie zeigen, dass man die erste urkunde nicht schlechtweg copirte; die zweite enthält im eingange noch weitere lobsprüche auf die stadt, bezeichnet sich am schlusse als *confirmationis et concessionis pagina* statt *pracmatica sanctio*, und hat einige zeugen mehr, übrigens durchweg wörtlich übereinstimmend. Dieser auffallende umstand dürfte daraus zu erklären sein, dass das in der zweiten urkunde ausgelassene stück zunächst geheim bleiben sollte oder der vertrag über die vollmachten der gesandten hinausging und für den fall der verwerfung sogleich die zweite urkunde ausgefertigt wurde. Vgl. auch oben nr. 178 ein entsprechendes privileg für Piacenza. — [1] In beiden Hs. *Incenberc.*

1064. *Heinrich VI fordert das capitel von Canterbury auf, eine nächst gott ihm genehme person zum erzbischofe zu wählen, wie ihnen der archidiacon (Savary) eine solche bezeichnen werde.* ***(1193.)***

Henricus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Viris religiosis et venerabilibus G. priori et conventui Cantuariensis ecclesie salutem et sincere dilectionis affectum. Quia de conversatione vestra et religione placidum deo et nobis recepimus odorem suavitatis, karitatem vestram animo et affatu sinceriore volumus amplecti et orationibus vestris pro desiderio petimus commendari. Ad quod specialiter dilectus consanguineus noster et ecclesie vestre devotissimus Sav.[1] archidiaconus ita nos invitare studuit, ut de bono, quod de vobis speramus, et etiam ipsius intuitu, quem sincere diligimus, vestris de cetero profectibus velimus libenter intendere et necessitatibus ecclesie vestre, si quando emerserint, consilium et subsidium favorabiliter impertiri.[2] Proinde, quia per eundem dilectum et fidelem nostrum et vestrum innotuit nobis et vestra[3], que precessit, cui compatimur, tribulatio et nunc instans de[4] pastoris carentia desolatio, honestatem vestram confidenter et affectu pio rogare decrevimus, ut ad salutem ecclesie vestre et quietem, qua diu caruistis, vobis divino reformandam consilio ducti et edocti spiritu scientie et pietatis,

spiritu sapientie et intellectus, spiritu consilii et fortitudinis et spiritu timoris dei, non hominis, in electione pastoris, pensatis[5] precedentibus angustiis vestris, nunc saltem vobis[6] salubriter prospicere studeatis. Si autem ob dei timorem et reverentiam precum nostrarum secundum salubre prenòminati cònsanguinei nostri consilium et virum sectatorem bonorum operum et ecclesie vestre precipuum dilectorem velitis assumere, ita vos imperiali celsitudini grates magis et commendabiles efficietis, ut in facto vestro, quod deo principaliter et nobis placere debeat, nos efficaciter coadiutores et magis semper vobis[6] propitios habere mereamini. Et sicut indubitanter audivimus et credimus, non magis in partibus vestris ydoneum, nec de quo nobis gratius esse debeat, potestis eligere, quam virum illum vita et moribus venerabilem, de quo sepedictus archidiaconus amicissimus noster nostram vobis super hoc mandato vel litteris exprimet voluntatem, et quem novistis ecclesie vestre ferventissimum dilectorem.

Max Lehmann aus abschr. in der hs. 788 bl. 208 der Harleian manuscr. im Brittischen museum. — Erzbischof Baldwin starb 1191 nov. 16 vor Accon. Sein nachfolger, bischof Hubert von Salisbury, war als er von der gefangenschaft könig Richards hörte, zu diesem nach Deutschland geeilt, kam dann 1193 apr. 20 mit einem ihn empfehlenden brief des königs nach England und wurde mai 29 zum erzbischofe gewählt. Vgl. Toeche Heinrich VI 271. 278. Ist er, wie doch anzunehmen sein wird, der vom kaiser gewünschte candidat, so dürfte der brief in die ersten monate 1193 fallen. — [1] Hs. *Scu.*, es ist zweifellos Savaricus, archidiacon von Northampton, dann bischof von Bath gemeint; in einem in der hs. folgenden briefe Philipp Augusts über die wahl heisst er *Savar.*; auch war er nach Roger von Hoveden *consanguineus* des kaisers. — [2] Hs. *imperturi.* — [3] Hs. *nostra.* — [4] Hs. *et.* — [5] Hs. *pesatis.* — [6] Hs. *nobis.*

1065. *Heinrich VI ntmmt die kirche des h. Vincenz zu Bisanz in seinen schutz und bestätigt derselben ihre aufgezählten besitzungen. Bisanz 1196 iuli 10.*

Henricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus et rex Sicilie. Decet imperialis celsitudinis pietatem, religiosa loca protegere et, ‖ ne quies in eis famulantium domino cuiusque malitia seu violentia perturbetur, attentius providere. Ea propter notum fieri volumus universis, quod nos ecclesiam beati Vincentii martyris, in qua apud Bisuntium monastice religionis instituta servantur, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet vel in futurum iustis modis poterit adipisci, sub protectione maiestatis nostre ac deffensione suscipimus. Quecumque autem iura, quascumque dignitates, libertates et bona ab archiepiscopis Bisuntinis vel aliis quibuscunque personis collata sunt pietatis intuitu et indulta, sicut in ipsorum archiepiscoporum scriptis autenticis continetur, eidem ecclesie auctoritatis nostre munimine confirmamus. In quibus hec specialiter duximus exprimenda: ecclesiam de Sointj cum appenditiis suis; capellam de Reveria; furnum secus Harenas iuxta molendinum; libertatem vendendi bannum per omnes domos abbatie in una quarum abbas voluerit; molendinum etiam, quod in suburbio habetur secus Arenas, et eius censum et pisces, et domum et vineam molendinorum et iusticiam et omnia, que ad ipsum pertinent molendinum; ecclesiam de Hembres cum minoribus paratis et appendiciis suis; et in Vinnis capellam sancte Columbe cum appendiciis suis; et in comitatu Portensi ecclesiam de Villarj, capellam de Alteyson cum appendiciis suis; ecclesiam de Varay, ecclesiam de Bol, capellam de Castiniaco, capellam de Vals, ecclesiam Senayde, monasterium sancti Ferreoli cum omnibus appenditiis omnium earum; ecclesiam Loye cum capellis de Sentes et Montisbarrati cum appenditiis suis; ecclesiam Pontis cum appenditiis suis; ecclesias Boleranni montis et Rohe cum appenditiis suis; ecclesiam quoque sancti Marcellini cum appenditiis suis; capellam Plani montis cum appenditiis suis; ecclesiam

Fraxini et capellam de Brandecort et terras et ecclesiam Silvenniacj, capellam de Baenens, ecclesiam de Cromary cum appenditiis suis; ecclesiam de Usilla et capellam de Fontanella; locum et ecclesiam Bone vallis et molendina et terras; capellam de Charmes cum omnibus appenditiis omnium earum; Salinis redditus cuiusdam domus et medietatem cuiusdam molendini; mansum Vilete et mansum de Fucherens; terram de Divisse et terram de Camborniaco; piscatores de Voray cum terris suis et aquarum decursibus ad usum piscationis; vineas et domos et earum redditus infra civitatem et in circuitu, quas quicunque fideles ecclesie sancti Vincentii contulerunt; moturas in molendino Campi martis de proprio frumento vel annona famulantium eidem ecclesie liberas habendas; furnum in cimiterio ante ianuam monasterii; ecclesiam de Borbona cum appenditiis suis; capellam de castro eodem cum decimis domini eiusdem castri; ecclesiam de Tyenens et capellam de Munbosum cum appenditiis suis; ecclesiam de Martini villa et capellam de Passavant cum appenditiis suis; ecclesiam de Balmeta cum appenditiis suis; ecclesiam de Tyse cum appenditiis suis; in grangia de Bralant unum bichetum frumenti et unum annone singulis annis. Statuimus igitur et imperiali auctoritate precipimus, quatinus nulla omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, predictam ecclesiam sancti Vincentii in Bisuntio et personas eius in bonis illis, que nunc possident ab imperatoribus seu regibus Romanorum vel archiepiscopis, episcopis seu aliis quibuscunque fidelibus ipsis collatis vel in posterum conferendis, aliquatenus gravare audeat vel molestare. Quod si quis attemptaverit, xxx. libras auri puri pro pena componat, dimidium camere nostre et reliquum passe ecclesie predicte iniuriam. Ad cuius rei certam in posterum evidentiam presentem paginam inde conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo communiri.

Huius rei testes sunt: Amedeus Bisuntinus archiepiscopus, Angelus Tarentinus archiepiscopus, Fredericus prepositus sancti Thome in Argentina, Conradus maior prepositus Magontine ecclesie, Otto palatinus comes Burgundie, Lodovicus comes de Sarewerde, Robertus de Durne, Arnodus de Horemberc, Cono de Minceberc, Henricus pincerna de Lutra, Drushardus de Spira et alii quam plures.

Data apud Bisuntium, per manum Alberti imperialis aule prothonotarii, anno dominice incarnationis m. centesimo xc.vi., indictione xiiii., vi. idus iulii. Feliciter. Amen.

Sickel aus dem sehr gut erhaltenen orig. im departementalarchive zu Bisanz, S. Vincent cart. 1, nr. 11. Siegel, das an seidenband befestigt war, abgefallen.

1066. *Philipp meldet in erdichtetem schreiben dem gegenkönige Otto die unterwerfung des erzbischofs (Adolf) von Cöln, erwähnt die unterwerfung seines bruders (des pfalzgrafen Heinrich) und fordert ihn, verzeihung versprechend, zum abstehen vom reiche auf. (Coblenz 1204 nov.)*

Invectiva Phylipi contra Otonem. — Ambiciosa dominandi protervitas, que multorum irrepsit animis velleris[1] inproba sanguisuga, traxit te, dux Otto, in laqueum deceptivum, unde futura gravamina et iacturas*. Sed nunc saperes et intelligeres, quomodo papa, cives Colonienses et exilles fautores tui te sicut signum posuerunt ad sagittam, promittendo tibi munusculum, si aureum vellus cursitaveris ad habendum. Quare tua condicio puerilis esse videtur. Puer enim de arumdine facit equum et de salice calcaria et ita currendo clamitat: equitemus. Considerasti quidem vultum nativitatis tue in speculo et Romano pontifici credidisti, qui te ferculum[2] gigantum esse putabat. Ecce archipresul Coloniensis, qui te Aquisgrani cum Prenestino episcopo de mandato pape *Nocencii coronavit, ad mandatum nostrum sponte devenit et prostratus pedum nostrorum scabello de tanto excessu veniam

postulavit. Frater nempe tuus, qui prior est sapientia et etate, sibi providit caucius in futurum, unde ad pedes nostre maiestatis accessit et nobis non desinit iugiter deservire, preconsiderans, quod aliter evadere non poterat iudicium ultionis. Memento igitur dierum antiquarum, cogita genealogias antecedentium et interrogà patrem tuum, cuius vestigia propter inaudite presumptionis excessum presumptuosis passibus imitaris, et dicet tibi, quomodo propter arroganciam et infidelitatem suam punierit eum pater noster victoriosissimus Fredericus et abstulerit ei totam Saxoniam excepto Brunsvih, ubi tu quandoque velud in singulari tugurio requiescis. Deponas ergo cornua et mitram, quam tibi papa concessit, et studeas penitere, dum presto est benignitas remittentis, quoniam ex gracia consanguinitatis adhuc tui dignabimur misereri, conferendo insufficiencie tue subsidia oportuna, quibus vitam possis inopem sustentare.

Ficker aus Boncompagni Boncompagnus lib. 4. tit. 2, hs. sec. 13 der hofbibl. zu München, cod. lat. 23499 bl. 29'. — Ueber das 1215 vollendete werk des Buoncompagno vgl. Rockinger in den Quellen und Erörterungen zur bayer. u. deutschen Gesch. 9 a, 118. Dieser brief, wie die folgende antwort Otto's, sind wohl zweifellos erdichtet, entsprechen aber dem stande der dinge unmittelbar nach der unterwerfung des erzbischofs, 1204 nov. 11, so genau, dass sie schwerlich spätere stylübungen, sondern gleich nach den ereignissen in umlauf gekommen sein werden. — [1] Undeutlich. — [2] So; nach der antwort würde *fratrem* zu lesen sein.

1067. *Otto IV antwortet in erdichtetem schreiben auf die aufforderung des gegenkönigs Philipp, vom reiche abzustehen. (Braunschweig 1204 nov.)*

Responsiva Ottonis contra Phylippum. — Cavillosum exordium, quod in tue invective initio posuisti, Philippe, contra te potest verisimiliter allegari, quoniam protervam et voracem dominandi anbicionem habere videris, ex quo contra domini et apostolorum vicarium, qui te cum omnibus fautoribus tuis excommunicacionis vinculo inodavit, volens quod imperare non debeat aliquis de genere viperarum, tibi Romanum imperium usurpare moliris. Incepisti postmodum ab utinam optativo, deum tanquam levita misticus rogitando, credens Herbipolis remorari, ubi preposituram vacantem habebas. Nos enim absque oracione tua sapimus et intelligimus, quod vicarius Christi, cives Colonienses et magni fautores nostri dederunt nobis pharetram et arcum, ut in victorie signum infigamus tibi ulcionis dire sagittam, sicque munusculum, id est imperiale sceptrum, nobis libere promiserunt, scientes quod aureum vellus, id est Romanum imperium, optinebimus preliando. Immo nostra condicio puerilis, id est pura, esse videtur; pueri enim sumus, id est in milicia puri et in diris preliis tamquam aurum in fornace probati, quare de arundine facimus equum, quia te quasi arundinem reputamus in bello, et id circo fecimus calcaria de salice, ut inimicorum organa in salicibus suspendamus. Consideravimus quidem vultum nativitatis nostre in speculo, id est in Romana ecclesia, que speculum est omnium et lucerna, spem nostram posuimus, credentes Romano pontifici, qui non abreputat nos esse fratrem gigantum; unde ipse velud gigas egressus est ad resistendum presumpcioni tue, nec est, qui se abscondere possit a calore indignacionis eius, quoniam Alexander tercius Veneciis dorsum patris tui calcavit dicens: Ambulo super aspidem et basiliscum. Si autem super lignum viride hoc fecit, in sico quid faciet, patet procul dubio universis. Coloniensis quidem non archiepiscopus, sed depositus, nos apud Aquisgranum minime coronavit, immo Prenestinus episcopus apostolice sedis legatus de mandato et auctoritate domini pape Innocentii, de cuius consecrati nominis inicio preposicionem temere subtraxisti, regalem posuit super caput nostrum coronam, signa imperialia conferendo cum celebritate solempni. Frater nempe

meus eger est pedibus et viribus corporeis enervatus, et id circo tibi appetit deservire, ut in ecclesia tua sibi aliquando prebendam assignes. Ceterum videre potes, quod ex una radice plante sepe plures consurgunt, et illarum aliqua efficitur sterilis et morbosa. Preterea dierum anticorum meminimus et interrogavimus patrem nostrum et dixit nobis, quod ei non abstulit Saxoniam Federicus, sed fuit quasi causa inductiva et cohoperatrix ad inducendum ministeriales et servos suos contra eum, quoniam domestici et familiares facille valent statum subvertere dominorum, sicut in socero tuo et cognato potes per similitudinem intueri, quorum unus per carnalem fratrem et alter per consobrinum Constantinopolitanum imperium et vitam amisit. Pater insuper noster nos fuit plurimum exortatus, quod suam iniuriam vindicemus; inquit enim: Non debet iura hereditaria possidere, qui patris iniuriam non nititur vindicare. Iniunxit etiam nobis, ut Brunsvih faciamus omni tempore diligencius custodiri, quia civitas inexpugnabilis est et inexpugnabiles principes conservavit; unde ipsam modicum alicuius non debes tugurium, sed urbem regiam appellare. Demum non deponemus cornua, sed apponemus imperialem coronam, quam nobis dominus papa donabit, in nomine cuius exaltabuntur cornua nostra, quoniam erexit cornu progeniei nostre, nos in regem exultacionis oleo perungendo. Penitenciam adhuc adhibere non potes, nec remissionem facere delictorum, quia nondum es in episcopum consecratus; sed ridiculum pro certo esse videtur, quod illi misereri promittis, a quo misericordiam implorare deberes, quoniam Romanum tibi abstulit imperium et super dorsum tuum non desinit fabricare. Super eo vero, quod inopes nos appellasti, erubescere deberes admodum et stupere, quia tunc honori tuo detrahis manifeste, cum illos appellas inopes, qui te superabiliter diris gueris et diuturnis fatigant; nemo umquam sane mentis gloriatur se devicisse formicam, sed ille gloriam de sua virtute reportat, qui leonem vel ursum dicitur superasse.

Ficker aus Boncompagni Boncompagnus lib. 4 tit. 2, hs. sec. 13 der hofbibl. zu München, cod. lat. 23499 bl. 30. — Vgl. nr. 1066.

1068. *Otto IV nimmt die von Siena wieder in seine gnade, erlässt ihnen alle seit dem tode kaiser Heinrichs nicht geleisteten zahlungen und befreit sie vom ersatze inzwischen angerichteten schadens. San Miniato* ***1209*** *oct.* ***29****.*

Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Imperatorie maiestatis nostre serenitas, sicut rebelles quosque debita animadversione ducit puniendos, ita devotos et fideles suos consueta benignitatis sue clementia iudicat respiciendos. Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus presentibus et futuris, quod nos inspecta ferventi devotione, quam fideles nostri cives Senenses circa sublimitatis nostre obsequia constanter se exibent exhibituros, ad instantem ipsorum postulationem universos et singulos in plenitudinem gracie nostre recepimus, pie et clementer remittentes singulis et universis omne tributum sive tributa annualia et debita, quecumque retinuerunt et non solverunt a tempore mortis antecessoris nostri Heinrici illustrissimi Romanorum imperatoris divi augusti usque nunc, et omnes exactiones, iniurias, molestias, maleficia et dapna facta sive illata ubique vel quibuscumque personis. Statuentes itaque imperiali decernimus auctoritate, quatinus predicti fidèles nostri cives Senenses non teneantur in toto vel in parte inde alicui vel aliquibus personis de iure vel de facto aut aliquo alio modo respondere; volumus enim et sanccimus, ut inde sint in perpetuum liberi et absoluti. Ad cuius rei certam in posterum evidentiam presentem paginam inde conscriptam maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum apud Sanctum Miniatem, anno dominice incarnationis m.cc.viiii., indictione xiii., iiii. kalendas novembris.

Banchi aus dem orig. im staatsarchive zu Siena, serie del diplomatico ad a. 1209. Das siegel fehlt.

1069. *Otto IV bestätigt der kirche, dem bischofe und den brüdern von Chiusi die stadt Chiusi und andere genannte besitzungen. Foligno 1209 dec. 13.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Octo quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. [Si] in locis deo dicatis et personis ecclesiasticis imperialis excellentie nostre munificentiam impendendam ipsorum paci et quieti studemus sollerter intendere, ad utriusque nostre vite statum feliciorem apud creatorem rerum omnium id nobis maxime profuturum speramus. Ea propter notum facimus universis imperii nostri fidelibus presentibus et futuris, quod nos ad imitationem antecessorum nostrorum divorum augustorum et specialiter Henrici sexti Romanorum imperatoris semper augusti ecclesiam Clusinam et episcopum eius cum universis fratribus presentibus et futuris in specialem maiestatis nostre protectionem recepimus iuxta tenorem privilegiorum eorumdem imperatorum, concedentes eis et confirmantes civitatem Clusinam, totamque et plenam iurisdictionem et districtum cum omni iure, quod habent in fluvio Clanis, prout tempore ipsius imperatoris Henrici sexti dignoscuntur iuste habuisse; ius quoque, quod habent in castro Puteoli et tota curte et suo districtu a fluvio Clanis usque ad lacum, et in castello Colliani et eius curte et suo districtu; monasterium sancti Benedicti situm prope fluvium Tresa cum omnibus suis pertinentiis; ius etiam, quod habent in castello Muntolle cum curte et suo districtu et aquis, terris et molendinis eis pertinentibus; monasterium sancti Petri in Campo cum omnibus ad eamdem ecclesiam pertinentibus; omnesque possessiones, quas habent in Valle Urtia, et a Sartiano usque Radicophanum; curtem de Bongiano cum castello de Potenano cum toto eius districtu; dimidium castelli de Monteginonis cum tota curte et districtu suo; item omne ius, quod habent in castro Montis latronum, in castello de Plano, in Archidoxo cum castro Sancte Ilore. Hec itaque omnia imperiali auctoritate predicte ecclesie Clusine, episcopo et fratribus, qui nunc sunt et pro tempore in futurum ibi erunt, in perpetuum tenenda confirmamus, salva imperiali iustitia. Volentes et precipientes, ut homines civitatis Clusine fodrum imperiale tale dent et persolvant, sicut homines aliarum civitatum Tuscie illud persolvent, et amplius inde non graventur. Ipse quoque Clusinus episcopus et ecclesia Clusina ac ipsius fratres universa, que nunc iuste habent vel in posterum, dignante domino, iusto acquisitionis titulo poterunt adhypisci, in perpetuum quiete teneant et possideant. Statuimus itaque et sancimus, ut nullus episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nulla civitas, nullum comune, nullus nunctius vel legatus noster, et aliqua persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica contra hanc nostram pragmaticam sanctionem eamdem ecclesiam Clusinam, episcopum et fratres presentes et futuros aliquo modo gravare audeat vel perturbare. Et si contrarium attemptaverit lx. libras auri boni et puri pena persolvat, dimidium camere nostre et reliquum passis iniuriam. Ad cuius rei certam in posterum evidentiam presentem paginam inde conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo communiri.

Huius rei testes sunt: dominus Vulferius Aquilienses patriarcha, Guilielmus Aquensis prepositus, Gualterius imperialis aule protonotarius, comes Artemannus[1], Yzilinus de Tervisio, Gunzelinus dapifer[2], Henricus marescalchus de Calendinis[3], et alii quamplures.

Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Theoderici Coloniensis archiepiscopi et totius Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis m.cc.viiii., indictione xiii., imperante domino Octone quarto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno imperii eius primo. Datum apud Fulgineum, idus decembris.

Banchi aus notariatstranssumpte im stadtarchive zu Orvieto nach dem orig., an welchem das siegel in wachs hing. — [1] Hs. *Azaviandus*. — [2] Hs. *Pro dapifer*; in allen urkunden dieser zeit heisst er *dapifer* oder *imperialis aule dapifer*. — [3] Hs. *Calodinis*.

1070. *Otto IV verleiht denen von Siena die wahl der consuln, die gerichtsbarkeit und das fodrum in angegebenem umfange und das münzrecht unter vorbehalt des thorgeldes und eines iährlichen zinses. Foligno* ***1209*** *dec.* ***14****.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Gratiose liberalitatis et munificentie largitatem imperialis benignitatis nostre clemencia passim erga fideles nostros exercere consuevimus, ut ceteros plenius ad obsequium nostre maiestatis invitemus; uberiori vero copia largitatis sinum eis aperimus, quorum fidelitatis et devotionis constantia ex antecedentibus meritis profecto speratur in obsequiis imperii et nostris iugiter perseveratura. Notum igitur facimus universis imperii fidelibus presentibus et futuris, quod nos ex ampla liberalitatis nostre gratia respicientes merita fidelium nostrorum civium Senensium, concedimus universitati ipsorum liberum consulum electionem. Investiturum autem de manu nostra vel successorum nostrorum Romanorum imperatorum seu regum annuatim recipient, si fuerit imperator vel rex in Ytalia, vel a legato sive nuntio nostro, qui tunc temporis erit in Tuscya, gratis et sine omni exactione. Quod si forte legatus sive nuntius noster non vult investituram prestare, sufficiat eam petivisse. Si autem nec imperator nec rex nec certus imperii legatus fuerit in Ytalia, quolibet quinquennio consules electi ad nostre maiestatis vel successorum nostrorum presentiam venientes vel certum nuntium transmittentes investituram consulatus vel rectoris, si eum elegerint, de manu nostra vel successoris nostri sine gravamine recipient. Ad hec ipsis concedimus plenam iurisdictionem in civitate Senensi et extra civitatem de hominibus, quos habuit episcopus Senensis libere ad manum suam et quicumque habitator Senensis in comitatu Senensi eo tempore, cum a predecessore nostro imperatore Henrico hec concessio ipsis facta fuit. Salvo iure appellationum in causis transcendentibus summam xx. librarum; sed in his causis, que de re xx. librarum vel infra consistunt, appellationes fieri ad maiestatis nostre presentiam inhibemus. Insuper concedimus eidem universitati Senensium fodrum de eisdem hominibus et possessionibus habitis iure proprietatis vel iure feudi tunc, sicut prescriptum est, ab episcopo Senensi vel quocumque habitatore Senensi pro comitatu Senensi perpetuo tependum a nobis et divis successoribus nostris, salva in omnibus imperialis maiestatis et regie auctoritatis iustitia. Excipimus autem fideles nostros Iacobum, Ildebrandinum et Henricum, filios Ildebrandini Iosep, perpetuo cum hominibus et possessionibus suis, quia in eisdem cum hominibus et possessionibus eorum civibus Senensibus nullam potestatem habere permittimus. Similiter in feudo, quod inclite recordationis Fredericus Romanorum imperator Gwidoni Macz concessit, civibus Senensibus nullam permittimus potestatem. Omnesque nobiles extra civitatem et omnes alios per totum comitatum Senensem homines preter eos, quos determinate in suprascriptis imperialis sublimitatis apicibus pernotavimus, cum omni iuris iurisdictione, fodro et honore ac servitio in potestate nostra libere retinemus. Item ex uberiori gratia benignitatis nostre concedimus ipsis civibus Senensibus imperiali auctoritate potestatem cudende et faciende monete in civitate Senensi. Portam autem in civitate Senensi et pedagium ad manum

nostram libere retinemus. Item iuxta sententiam in curia imperatoris Henrici, set tunc regis, latam castrum Montis Caprili, sicut et tunc iudicatum fuit, quod est iuxta Orgium, iudicamus destruendum, nec illud amplius edificandum. Similiter iuxta antiquam constitutionem statuimus destruendum edificium, quod in Podio Liciniano est inceptum et ulterius non edificabitur. Pro hac tam liberali imperatorie maiestatis nostre concessione Senenses nobis et successoribus nostris imperatoribus sive regibus augustis annuatim in perpetuum xv. diebus post pasca apud castrum Sancti Miniatis septuaginta marcas puri argenti persolvent ad pondus camere nostre. Ut autem hec omnia in perpetuum inviolabiliter observentur, presentem inde paginam conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus insigniri. Statuentes et imperiali auctoritate sanccientes, ut nulla omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica hanc nostre maiestatis confirmationem audeat infringere vel aliquo modo attemptare. Quod qui facere presumpserit, centum libras auri puri pro pena componat, dimidium camere nostre, reliquum passis iniuriam persolvatur.

Huius rei testes sunt: Wolfgerius patriarcha Aquilegensis, Azzelinus marchio Astensis, Ezzelinus de Tyrvisio, comes Ildibrandinus, Henricus marscalcus de Callendin, Gunzelinus dapifer imperii, Passawerra, Monachus de Villa, Albertus Strucius imperialis aule iudices, Cono de Minzeberg, Averardus de Lutri, Iacobus Ildebrandini et alii plures.

Signum domini Ottonis (M.) quarti Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Cunradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Teodorici Coloniensis archiepiscopi et totius Ytalie archicancellarius* recognovi.

Acta sunt autem hec anno dominice incarnationis m.cc.viiii., regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius xii., imperii vero primo. Datum in civitate Fulginea, xviiii. kalendas ianuarii, indictione xiii., per manus Waltherii imperialis aule protonotarii.

Banchi aus dem orig. im staatsarchive zu Siena, serie del diplomatico ad a. 1209. — Vgl. das durchweg übereinstimmende privileg k. Heinrichs VI d. d. 1186 oct. 25 bei Muratori Antiq. It. 4, 469 und Lami Monum. eccl. Flor. 1, 380.

1071. *Otto IV verpflichtet sich genannten gesandten der stadt Pisa zur überantwortung oder zerstörung von Bonifacio oder Portovenere und andern gewährungen, wogegen sich die Pisaner zu angegebener hülfeleistung für den zug nach Sicilien verpflichten. Vercelli* ***1210*** *iuni* ***3****.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Dominus Otto dei gratia Romanorum imperator et semper augustus convenit et promisit Bandino Burgundii, Bulso quondam Petri Albithonis et Bonacurso Henrici Canis missaticis, pro Gottifredo vicecomite Pisanorum potestate, pro civitate Pisana et communi Pisano recipientibus, quod faciet ita, quod castrum Bonifatii ab hodie ad festum omnium sanctorum proxime venturum dabitur libere in potestatem rectoris vel consulum Pisanorum ad faciendum inde, quicquid facere voluerit vel voluerint absque alicuius contradictione; vel ipsum castrum Bonifatii penitus destrui faciet, nullo hedificio ibi remanente; vel, si neutrum istorum facere poterit, ut dictum est, ponet civitatem Ianue et omnes homines ipsius civitatis et fortie et districtus atque riverie Ianue in bannum imperii, et de banno non extrahet, donec castrum Bonifatii datum fuerit Pisanis vel destructum fuerit, ut dictum est. Et civitatibus omnibus Lombardie et singulis, et etiam locis et castris omnibus, et marchionibus et comitibus sub sacramento fidelitatis precipiet, et preceptum non revocabit, et rectoribus et consulibus ac potestatibus ipsarum civitatum, et marchioni Montisferrati, et marchionibus de Vasto, et marchioni

Malaspine, et episcopo Lunensi, et rectoribus locorum omnium Lunisciane, et Lucanis consulibus, atque Pistorii potestati, et consulibus Florentinis, quod civitatem Ianue et omnes homines ipsius civitatis et fortie et districtus atque riverie Ianue pro bannitis habebunt et ad eos vel ad aliquem locum eorum non permittent vel patientur mercimonias vel res aliquas vel bladam ab aliquo de suis vel alienis deferri, nec a suis recipi; et quod quemlibet Ianue et de riveria eius et eorum res, ubicumque poterunt, capient et auferent et capi et auferri facient et non reddent, nec reddi facient. Vel si acciderit, quod dominus imperator faciendo et fieri faciendo omnia predicta ad castrum Bonifatii Pisanis dandum vel destruendum, ut *infrascriptum est, facere non poterit, ut castrum Bonifatii Pisanis detur vel destruhatur, dominus imperator ab hodie ad kalendas maii proximas convenit et promisit infrascriptis legatis, ut *infrascriptum est, quod faciet ita, retinendo semper Ianuam et homines eius forcie et riverie in banno, ut dictum est, a domino imperatore et ab omnibus infrascriptis, quod castrum Portusveneris ab inde ad kalendas septembris proximas dabitur libere in potestatem rectoris vel consulum Pisanorum ad faciendum inde, quicquid voluerit vel voluerint absque alicuius contradictione, nulla fortia Ianue vel alterius gentis in ipso remanente; vel quod ipsum castrum Portusveneris penitus destrui faciet, nullo hedificio ibi remanente. Et quod precipiet sub debito fidelitatis et banno imperii, et preceptum non revocabit, et sub pena mille marcharum argenti unicuique, cuius pene pentionem concessit potestati Pisane et successoribus eius, episcopo Lunensi, consulibus vel rectoribus Pontremulensibus, et marchioni Malaspine et omnibus rectoribus locorum Lunisciane, et capitaneis Versilie et Garfagnane, et consulibus Luce, et potestati Pistorii, et Florentinis consulibus, et episcopo Vulterrano, et rectori Vulterre, quod ab hinc in antea non offendent nec offendi facient aut permittent seu patientur offendi civitatem Pisanam, vel aliquem de fortia et districtu et comitatu Pisane civitatis, nec aliquem hominem de civitate Pisana vel eius districtu vel fortia aut comitatu in persona vel rebus, immo adiuvabunt Pisanos cum tota eorum fortia contra Ianuam ad castrum Portusveneris capiendum usque ad redditum exercitus, quem civitas Pisana in Sicilia pro domino imperatore factura est. Et convenit et promisit infrascriptis missaticis quod, eo reverso de Sicilia, et si non ierit, in propria persona veniet et stabit in obsidione Portusveneris cum suo exercitu suis expensis omnibus, et facere in eo omne malum, quod poterit. Et quod ipse dominus imperator vel alia persona pro eo non faciet pacem vel finem vel treuguam vel guerram recredutam, in qua non ponat civitatem Pisanam et omnes homines Pisane civitatis et Pisani districtus et eorum res et honores, cum Frederico dicto rege Sicilie vel cum aliquo Siciliam habente. Et quod faciet iurare milites suos, quos missurus est in exercitu, salvare et defendere Pisanos omnes, et qui cum eis erunt in exercitu, contra omnes personas, et non offendere in persona vel rebus, et Pisanos non derelinquere. Et quod omnia privilegia, concessa et largita civitati Pisane et comuni Pisano, vel consulibus vel rectoribus vel potestati Pisanorum pro ipsa civitate et comuni Pisano recipientibus, a memorato domino imperatore Ottone et eius antecessoribus dive memorie imperatoribus et regibus, sicut in ipsis omnibus privilegiis specialiter et generaliter et singulariter continetur, et nominatim omnia ea, que continentur in privilegio concesso Pisane civitati in regno Sicilie, confirmabit et firma tenebit et observabit. Et quod percipiet sub debito fidelitatis et banno imperii episcopo Vulterrano, et preceptum non revocabit, quod omnia privilegia concessa Pisanis, ut infrascriptum est, inviolata teneat et observet. Idem quoque precipiet nuntiis suis omnibus in Tuscia constitutis, et qui de cetero constituentur, et nominatim castellano et rectori Sancti Miniatis. Et negotiatores Pisani per Siciliam, Calabriam, Apuliam et Principatum sint liberi et

vadant per terram et aquam absque omni pedagio et dirictura, et non cogantur emere vel vendere ultra suum velle, nec alius quilibet aliquo ingenio prohibeatur emere. Et taliter dominus imperator et predicti missatici hec omnia me Bonalbergum iudicem et notarium scribere rogaverunt.

Actum in civitate Vercellensi, in prato domini episcopi, presentibus domino Cunrado cancellario imperii, marchione Montisferrati, marchione de Salutiis, Ottone et Henrico de Carretto, domino Guilielmo marchione Malespine, Burgo quondam Boccii, Uberto Vicecomite Placentino, rogatis testibus; dominice vero incarnationis anno millesimo ducentesimo undecimo, indictione xiii., tertio nonas iunii.

Iuravit hoc sacramentum dominus Cunradus cancellarius imperii et episcopus Spirensis, de mandato domini Ottonis imperatoris, videlicet quod bona fide dabit operam, quod predicta omnia observentur ab ipso domino imperatore; et ipse, quantum in eo erit, bona fide per se observabit et faciet. Et hoc idem sacramentum iuraverunt marchio Montisferrati, Manfredus marchio de Salutiis, et Otto et Henricus de Carretto, et Guilielmus marchio Malespine. Et taliter hec ipsi omnes me Bonalbergum iudicem et notarium scribere rogaverunt. Actum eodem infrascripto loco et die et presentibus Elberto Vicecomite Placentino et Burgo, infrascriptis rogatis testibus.

Ego Bonalbergus Ventrilii quondam filius, domni imperatoris Romanorum iudex et notarius, omnibus infrascriptis vocatus atque rogatus interfui et hanc inde cartam scripsi, firmavi, complevi et dedi.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Promiserunt per stipulationem Bandinus Burgundii, Bulsus quondam Petri Albithonis et Bonacursus Henrici Canis, legati et nuntii Pisane civitatis, domino Ottoni dei gratia Romanorum imperatori et semper augusto ex parte Gottifredi Vicecomitis Pisanorum potestatis et comunitatis eiusdem civitatis, quod dabit quadraginta galeas Pisane civitatis de hinc ad kalendas augusti proximas ad voluntatem domini imperatoris bene guarnitas cum hominibus bene guarnitis et armatis, et cum victualibus, sumptibus et expensis ipsius Pisane civitatis, que debeant proficisci in obsequium infrascripti domini imperatoris in Siciliam. Debeat insuper dare dicta potestas infrascripto domino imperatori in predicto obsequio alias galeas, que sunt in eadem civitate Pisana, ita tamen quod dominus imperator suis expensis et sumptibus debeat eas guarnire. Ipsa quoque potestas pro civitate teneatur dare iiii. scelos vel quinque, si sunt in civitate, in obsequio predicti domini imperatoris, sumptibus tamen et expensis dicti imperatoris. Preterea bona fide ipsa potestas Pisana dabit operam, quod illi, qui habent navem in civitate, locent ipsi domino imperatori eas in predicto servitio conpetenti mercede. Et hec omnia infrascripta iuraverunt predicti missatici nuntii et legati adtendere sub hac forma: videlicet Bandinus Burgundii iuravit, quod potestas predicta de consilio et parabola consiliariorum eiusdem civitatis dedit mandatum sibi et aliis conlegatis suis, nec postea revocavit, quod hec omnia predicta iurarent ipsi legati in animam ipsius potestatis, quod ipsa potestas observabit per se et observari faciet bona fide a civibus Pisanis; et quod ipse Bandinus dabit operam et consilium bona fide, quod hec omnia observentur. Idem sacramentum prestiterunt corporaliter Bonacursus et Bulsus predicti; excepto quod dixerunt, se credere, quod potestas dederit eis mandatum predictum de voluntate consiliariorum Pisane civitatis. Actum eodem infrascripto die et loco et coram omnibus infrascriptis.

Bonaini aus dem orig. im staatsarchive zu Pisa.

1072. *Otto IV verleiht dem Spatacurta Gualcarini und dessen genannten brüdern*

und neffen die reichslehen des verstorbenen grafen Walfred von Valle. San Salvatore in Monte Amiato 1210 aug. 28.

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Apud eminentiam nostram fides et devotio locum semper invenit dignum, semper dicentes illorum augmento efficacius intendere et munificentie nostre benefitia liberalius eis impertiri, quorum obsequia imperio et nobis commoda plurima prestare poterunt et existere fructuosa. Ea propter ad universorum imperii fidelium, tam presentium quam futurorum, noctitiam volumus pervenire, quod nos advertentes fidelium nostrorum Spatacurte Gualcarini, Gualfredi, et Ubertini fratrum atque eorumdem nepotum Ugonis Fortebracchii, Tebaldi Fortebracchii et Spatalonge puram fidem pariterque devotionem, quam habent erga nos et preclara obsequia, que ipsi ad honorem imperii nobis valent exibere, de imperiali clementia donamus ipsis et in rectum feudum eis et omnibus eorum heredibus in perpetuum concedimus et confirmamus totam terram, que fuit quondam contis Gualfredi de Valle, quam ab imperio tenebat, et de terra eadem ipsos legittime investimus, ut eas de manu nostra teneant, secundum quod a nobis terras suas ceteri tenent nobiles et ipsorum pares in comitatu Senensi constituti; videlicet castrum Torrite cum mancipiis utriusque sexus, cum omnibus rebus, iustitiis quoque et rationibus ad ipsum pertinentibus, similiter castrum Ripe, castrum Fratte, castrum Bettulle et omnia alia castra seu etiam villas, que vel quas ipse comes Gualfredus et pater eius habuerunt et tenuerunt quondam, et cum hominibus masculini sexus et feminini, cum montibus et planitiebus, cum vineis, agris cultis et incultis, cum molendinis, piscationibus, venationibus, aquis aquarumque decursibus, silvis, pascuis, pratis, arboribus fructiferis et non fructiferis, et cum universis usanziis, iustitiis sive rationibus atque obsequiis nobis et imperio de hiis terris pertinentibus; salvis duobus, fodro *silicet et ostalitio, que obsequia iamdicti nobiles de terris ipsis, sicut hactenus consuetum fuit, imperio et nobis sive nuntio nostro, quem in Tuscia constituerimus, integraliter facere tenebuntur. Statuentes itaque et imperiali sancimus edicto, ut nullus archiepiscopus, episcopus, nullus dux, marchio, comes, vicecomes et capitaneus, nulla civitas, nullum comune vel potestas, nulli consules, nulla denique persona humilis vel alta, ecclesiastica vel secularis, ausa sit supra memoratos fideles nostros in bonis comitis Gualfredi olim bone memorie molestare, gravare seu dampnum aliquod eis irrogare, vel de terris ipsis aliquo usquam tempore ipsos devestire. Quod qui facere attemptaverit, in vindictam transgressionis sue auri purissimi libras centum componat, quarum medietas camere nostre inferatur, reliqua iniuriam passis persolvatur. Hanc vero supradictam donationem et feudi concessionem, quam facimus vobis Gualcarino, Ubertino et Gualfredo fratribus Spatacorte, et Fortibrazio et Thebaldo et Spatalonge nepotibus Ugonis, ita demum eam volumus tenere et vobis valere, si usque ad quinque annos proximos restitueritis et reddideritis integre quicquid Spatacorta et Ugo dederunt aut solverunt pro supradicto potere vel daturi sunt et pro concessione feudi acquirendi, et insuper omne costamentum et omnes expensas factas vel faciendas occasione supradicti poteris et concessionis ab eis, sicut quilibet eorum suo sacramento mostraverunt, non exacta alia probatione; alioquin ab inde in antea omnia ista et totum potere quondam comitis Gualfredi et patris eius ex nostra auctoritate ad Spatamcortam et Ugonem pro equali portione ipso iure deveniant. Ut autem hec omnia firma in evum et illesa permaneant et diligenter ab universis custodiantur, hanc divalem paginam ex inde conscribi iussimus et nostri sigilli caractere communiri.

Huius rei testes sunt: Henricus Mantuanus episcopus, curie nostre vicarius, Gual-

fredus Clusinus episcopus, comes Fredericus de Lyn[in]gen, comes Gerardus de Diez, comes Fridericus de Saraponte, comes Adolfus de Scavinbergh, comes Henricus de Zuirin, comes Hermannus de Arcisberg, Bernhardus de Torstat, Tancredus et Reynbotus comites de Sartiano, Guido de Monasterio, Guido Caczaconte et Everehardus de Lutra, Cuno de Minczemberg, Walterius pincerna de Schifen, Beringerius frater eius, Albertus Strucio, Iohannes de Pado, Ruffinus de Porta, iudices curie, et alii quam plures.

Ego Curradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Theodorici Coloniensis archiepiscopi et totius Italie arcicancellarii recognovi.

Acta sunt autem hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo decimo, indictione tertiadecima, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius xiii., imperii vero primo. Datum apud abbatiam sancti Salvatoris in Monte Amiato, per manum Walterii imperialis aule prothonotarii, v. kalendas septembris.

Banchi aus dem originaltranssumpte k. Karls IV d. d. 1355 apr. 30 im archive zu Siena.

1073. *Otto IV belehnt den Guido Cacciaconte mit der burg Terquanda. Prato 1211 dec. 28.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Ad preclara suorum fidelium obsequia clementiam imperialem decet habere respectum et pro benemeritis condigna munificentie sue benefitia eis impertiri. Ea propter universis imperii fidelibus, tam presentibus quam futuris, duximus innotescendum quod nos pre oculis habentes multam devotionem, quam egit erga nos dilectus fidelis noster Guido Caczaconte, attendentes quoque preclara servitia, que iam pridem in partibus Apulee nobis exibuit ac deinceps domino concedente ad honorem imperii erit exibiturus, de consueta benignitatis nostre gratia damus sibi et omnibus heredibus suis concedimus quoque et confirmamus ex certa scientia nostra in rectum et legale feudum castrum Terquanda cum curte eius et cum universis honoribus, usibus, tenimentis et finibus ad ipsum castrum et eius curiam pertinentibus, situm inter Giufuri et Montem Gysum et Scrufianum et Montem Calvum; et de prenominato castro, sicut hactenus imperio pertinebat, eum pro se et suis heredibus legittime investimus, ut illud in perpetuum a nobis et successoribus teneant et omnes ipsius rationes libere percipiant et cum integritate. Statuentes igitur imperiali auctoritate firmiter precipimus, ut nulla umquam persona humilis vel alta, ecclesiastica vel secularis, nullus etiam nuntius imperii audeat memoratum Guidonem Caczacontem aut ipsius heredes umquam aliquo tempore in hac maiestatis nostre concessione impedire vel dampnum ipsis irrogare aut aliqua occasione de supradicto castro et eius honore eos disvestire. Quod qui fecerit, in vindictam reatus sui auri puri centum libras componat, dimidium camere nostre et reliquum passis iniuriam persolvendas. Ad huius etiam nostre concessionis robur perpetuum exinde hanc paginam conscriptam sigillo nostro iussimus communiri.

Huius rei testes sunt: comes Ildebrandus, Dyopuldus dux Spoleti, comes Hartimannus de Wirtemberg, comes Adolphus de Dassil, comes Fredericus de Saraponte, Bernhardus de Turstat, Guido de Palatio, Bartolomeus Raynaldini, Berardus Capitaneus, Conradus Guttebuldus comes Sinogallie, et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo undecimo, indictione xv., regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius tertiodecimo, imperii vero tertio. Datum apud Pratum, v. kalendas ianuarii.

Banchi aus dem originaltranssumpte k. Karls IV d. d. 1355 apr. 30 im archive zu Siena.

1074. *Friedrich II bestätigt denen von Cremona alle ihnen von seinem vater und grossvater ertheilten verleihungen über Crema und Insula Fulcherii. Verona 1212 aug. (25).*

Anno ab incarnatione domini nostri Iehsu Christi millesimo ducentesimo duodecimo, indictione quinta decima, die decimo exeunte augusto, in civitate Mantua, in camera domini abbatis sancti Andree; coram domino Sycardo, dei gratia Cremonensi episcopo et apostolice sedis legato et domino Berardo archiepiscopo Barensi et domino Azone marchione Hestensi et comite Rogerio de Cete et Rizardo camarlengo et domino Alberto Struxio et domino Nuvolano de Burgo et domino Iohannibono de Surdo et domino Lantelmo Pistoris et domino Ghirardo Gallo testibus; necnon presentia domini Leonardi de Capellino et domini Bellengerii Mastalii, tunc consulum communis Cremone recipientium hec omnia nomine et vice communis Cremone. Serenissimus dominus Fridericus dei gratia Romanorum imperator electus et semper augustus, rex Sicilie et ducatus Apulie et principatus Capue, confirmavit omnia privilegia seu data omnesque concessiones, que quondam imperator Fridericus avus eius bone memorie et imperator Henricus pater eius fecerant seu dederant vel concesserant communi Cremone de castro et loco Creme et Insule Fulcherii, sicuti continetur in privilegiis seu instrumentis ob hoc factis. Ibique etiam dictus dominus archiepiscopus Berardus parabola predicti domini Friderici regis et supra suam animam tactis sacrosanctis scripturis iuravit corporaliter, quod predicta omnia rata et firma habebit et tenebit et quod dictum castrum et locum Creme et totam terram Insule Fulcherii dabit, defendet et manutenebit communi Cremone, corona imperii, domino concedente, suscepta. Et ad hec omnia confirmanda precepit dictus dominus rex hanc cartam suo sigillo corroborari.

Ego Oldefredus notarius sacri palatii interfui et iussu dicti domini regis hanc cartam scripsi.

Data Verone, per manum domini Bertoldi de Noffo[1], regalis aule protonotarii et vicedomini Tridentini, die sabati xxiiii.[2] mensis augusti, quinte decime indictionis. Feliciter.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, A. 94. — Vgl. zu dieser und den folgenden urkunden den erläuternden aufsatz von Winkelmann in den Forschungen zur deutschen Geschichte 7, 297 ff. — [1] *Niffo?* (Neifen). — [2] Samstag fällt auf aug. 25.

1075. *Friedrich II bestätigt denen von Cremona alle ihre rechte, die von seinem vater und grossvater erhaltenen verbriefungen, und seine eigenen ihnen zu Mantua gemachten versprechungen. Regensburg 1213 feb. 15.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus, rex Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue. Regalis magnificentie nostre celsitudinem decet plurimum et exornat, ut fidelium nostrorum, qui constantis fidei sinceritate ad exaltationem nostri culminis operam dederunt efficacem, inspectis obsequiis ad commoditatis ipsorum et honoris laudabilem processum ardenter intendamus. Qua sane inducti, puram fidem et devotionem intensam fidelium et expertorum amicorum nostrorum Cremonensium attendentes, commendabilium obsequiorum suorum intuitu, que maiestati nostre et avo nostro Friderico bone memorie Romanorum imperatori ac patri nostro exhibuisse dignoscuntur, notum faciemus universis tam presentis quam future etatis imperii nostri fidelibus, quod nos omnia privilegia, data et concessiones et commoditates et usantias, que commune Cremone habet, et specialiter privilegia castri Creme et Insule Fulcherii et terrarum Ripe Adue et data et concessiones et iura, que ab

avo nostro et patre acquisiverunt Cremonenses pro eorum communi, in omnibus et per omnia, prout in eis continetur, ex nostra certa scientia regali auctoritate confirmamus, et promissionem, quam apud Mantuam consulibus eiusdem communis fecimus, eadem auctoritate confirmamus, promittentes Henrico de Surdo et Redulfo de Iohannisbonis et Ugoni de Persico, eiusdem communis ambaxatoribus, nomine eiusdem communis ea omnia data et privilegia et concessiones et iura eiusdem communis firma et rata habere et manutenere atque defendere. Insuper omnia privilegia scripta, que ab avo et patre nostro olim communi Cremone facta fuerunt, firmamus et renovamus et, si aliqua persona vel civitas predictas consuetudines impedire voluerit aut contra privilegia venire tentaverit, bona fide prohibemus. Ut autem omnia supradicta et ipsorum privilegiorum confirmatio deinceps rata et inconcussa permaneant, presentis privilegii paginam iussimus eis inde conscribi et nostre maiestatis sigillo roborari.

Nomina quoque testium, principum scilicet et aliorum nobilium et honestorum virorum, qui huic nostre confirmationi interfuerunt, subter annotari fecimus: Sigifredus Maguntinus archiepiscopus, Otto Frixenensis episcopus, Conradus Ratisponensis episcopus, Fridericus Tridentinus episcopus, Artuicus Estedensis episcopus, Ermannus langravius Turingie, Lupoldus dux Austrie, Odacarus rex Boemie, et Lothoycus dux Baiguarie, Bernardus dux Carinzie, Henricus marchio Moravie, Albertus comes Tirolli, Oricus comes de Eppan, Henricus de Callandrino marescalcus imperii, Guarnerius de Bollanda senescalcus imperii, Oricus de Minzelberg camerarius imperii, Ubertus Bocafollus Papiensis et Ricardus Zorzus et Guido Buticella Papiensis, Iohannes de Clavega, Bonzenus de Crescenziis et Zaninus de Cavazano de Verona.

Signum domini Friderici secundi (M.) Romanorum regis invictissimi.

Acta sunt hec anno domini m.cc.xii., regnante domino Friderico secundo Romanorum rege glorioso et rege Sicilie, anno regni Romani primo, regni vero Sicilie xiiiii.

Ego Conradus Metensis episcopus, imperialis aule cancellarius, vice domini Sifridi Maguntine sedis archiepiscopi et totius Germaniae archicancellarii recognovi.

Datum apud Ratisponam, quintodecimo kalendas martii, indictione prima.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, G. G. — Vgl. nr. 1074.

1076. *Friedrich II schenkt dem Deutschorden die kirche und die capelle der h. Margaretha zu Tschars (im Vintschgau). Altenburg 1215 feb. 5.*

Fridericus divina favente clemencia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie. Quum nos ad promocionem domus hospitalis Teutonicorum in Ierusalem toto desiderio intendimus, et ad dilatationem reddituum ipsius domus operam efficacem impendere proponimus, universis presentis etatis et in evum successure posteritatis hominibus notum esse volumus, quod nos obtentu retribucionis eterne domui sancte Marie hospitalis Teutonicorum in Ierusalem pro perpetua proprietate donavimus ecclesiam, que Schardes dicitur, cum omnibus pertinenciis et omni iure suo, et capellam sancte Margarethe similiter cum omnibus suis possessionibus, quas iam dicte ecclesie vel nunc habent vel in posterum sunt adepture. Statuentes ut proventus memoratarum ecclesiarum perpetuo usibus fratrum predicti hospitalis cum omni integritate deserviant. Ad cuius rei perhennem memoriam presentem paginam conscribi iussimus et maiestatis nostre bulla consignari. Quicunque igitur hanc nostre donacionis paginam infringere presumpserit seu aliquo ei temeritatis ausu ob-

viare, in sue presumpcionis penam centum libras auri puri componat, quarum medietas fisco nostro, reliqua vero medietas passis iniuriam persolvatur.

Testes huius rei sunt: Engelhardus Nuenburgensis episcopus, Hermannus langravius Thuringie, Didericus marchio Missinensis et Orientis, Otto dux Meranie, Albertus comes de Eberstein, comes Adolfus de Schôwenburc, comes Burkardus de Mannesfeld, Albertus burggravius de Aldenburc, Heinricus de Widach et alii quam plures.

Acta sunt autem hec anno domini m.cc.xiiii. Datum apud Aldenburc, nonis februarii, indictione iii.

P. Iustinian Ladurner aus dem orig., damals im archive der landcomturei zu Bozen, ietzt im centralarchive des Deutschordens zu Wien. Das grosse maiestätssiegel in braunem wachs hängt an gelb und lichtrother schnur. — Reg. Frid. nr. 114, wo der ortsname irrig mit Schländers erklärt ist.

1077. *Friedrich II fordert die von Cremona unter grossen lobsprüchen auf die ihm geleisteten dienste auf, gesandte zur berathung über die lombardischen angelegenheiten zu schicken und beglaubigt bei ihnen genannte boten. (Augsburg) 1218 sept.*

Fridericus dei gratia Romanorum rex, semper augustus et rex Sicilie. Dilectis fidelibus suis, nobili viro Bernardo de Cornazano potestati totique strenue militie et populo Cremonensi, gratiam suam et bonam voluntatem. Inter alia desiderabilia cordis nostri nichil in hoc seculo post dei obsequium gratius affectamus, quam vobis grata beneficiorum vicissitudine respondere, qui pro nostri honore nominis promovendo sollicitudines et angustias, labores et expensas proferre nullatenus dubitastis. Vos enim estis, sicut dominus suis ait discipulis, qui nobiscum in nostris tentationibus permansistis et ideo vos veri amici nostri estis, quia, quecumque vobis mandavimus, semper obedire parati fuistis, existentes de illorum numero fidelium amicorum, quos sapientissimus Salomon commemorat dicens: Amico fideli nulla est comparatio et non est digna ponderatio auri et argenti contra bonitatem fidei illius. Quomodo ergo tam grata que exhibuistis obsequia, tam accepta que nostre maiestati servitia prestitistis, a nostra possint regali memoria removeri, cum omnia pro nobis relinquentes nostram sequi feceritis maiestatem? Volentes de adventu nostro tamquam cum fidelibus et secretariis nostris ac statu et honore imperii consilium et tractatum habere, discretioni vestre sub pena fidelitatis iniungimus, ut ambaxatores vestros de melioribus et sapientioribus civitatis Cremone ad nos sine dilatione qualibet transmittatis, instruentes taliter et communis et potestatis vestre consilio sic suffultos, quod nobis de secretis nostris vice omnium et pro omnibus consulant et ad singula et specialiter super facto Lombardie nobis plene valeant respondere, in quo sic de vobis confidimus, quod procedere nolumus nec proponimus sine vestro consilio speciali. Quia igitur super hoc et super aliis negotiis nostris et imperii magistrum Nicolaum domini pape subdiaconum et Cremonensem canonicum et magistrum B. Aquensem archidiaconum, dilectos capellanos et familiares nostros, specialiter destinamus, volumus et devotioni vestre mandamus, quatenus quicquid ex parte nostra vobis dixerint, tamquam persone nostre credatis indubitanter.

Datum . . . . kalendas octobris, indictione septima.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, Codex max. A. nr. 165. — Der ort ist unsicher wegen der lücke der datirung; ende september war der kaiser in Augsburg, früher in Ulm. — Nicolaus war oct. 30 zu Cremona; vgl. nr. 939.

1078. *Friedrich II bestätigt der stadt Cremona die privilegien und verleihungen*

seines vaters und grossvaters und belehnt die boten derselben mit Crema, der Insula Fulcherii und dem uferlande der Adda. Speier 1219 feb.

In nomine dei eterni et salvatoris nostri Ieshu Christi. Amen. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilię. Regalis magnificentie nostre celsitudinem decet plurimum et exornat, ut fidelium nostrorum, qui constantis fidei sinceritate ad exaltationem nostri culminis operam dederunt efficacem, inspectis obsequiis ad commoditatem ipsorum et honoris laudabilem processum ardenter et liberaliter intendamus. Qua sane inducti, puram fidem et devotionem intensam fidelium et amicorum expertorum nostrorum Cremonensium attendentes, comendabilium obsequiorum suorum intuitu, que maiestati nostre et avo nostro Frederico, recolende memorie Romanorum imperatori, ac domino Henrico imperatori, patri nostro inclite recordationis, exhibuisse noscuntur, notum facimus universis tam presentis quam future etatis imperii nostri fidelibus quod Coxa de Fabris, Ospinellus de Summaco[1], Lantelmus de Platina et Surdus de Advocatis ambaxatores communis Cremone, fideles nostri, ad nostram presentiam accedentes humiliter supplicarunt, quatinus privilegia, concessiones et dona, nec non et approbatas consuetudines a predicto avo et patre nostro imperatoribus communi et civitati eorum indultas nostra dignaretur serenitas confirmare. Nos autem considerantes grata et accepta servitia eorundem predicta privilegia, concessiones et dona atque consuetudines et iura, que ab ipsis divis augustis[2] nostris habuisse noscuntur, perpetuo confirmamus. Specialiter autem confirmamus et renovamus ipsis fidelibus nostris privilegia Creme, Insule Fulcherii et terrarum Ripe Adue, et de eis predictos ambaxatores nomine communis et civitatis ipsius Cremonensis ad maiorem sui roboris firmitatem investivimus. Promissionem etiam, quam apud Mantuam consulibus eiusdem communis fecimus, ratam volentes et inviolabilem conservare, statuentes et presentis privilegii auctoritate firmiter inhibentes, ut nulla omnino persona magna vel parva, ecclesiastica vel secularis contra hanc confirmationem et renovationem ac investituram nostram modo aliquo contravenire presumat. Quod qui *venire presumpserit, in sue temeritatis vindictam centum libras auri componat, quarum medietas fisco imperiali, altera vero passis iniuriam persolvatur. Ad cuius rei memoriam presens scriptum inde fieri fecimus et bulla aurea tipario nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Huius rei testes sunt: Magdeburgensis archiepiscopus, dux Bavarie, dux Saxonie, dux Brabancie, episcopus Taurinensis Ytalie legatus, episcopus Novariensis, marchio Montisferrati, Wernerius dapifer de Bolande, An[selmus] marescalcus de Iustingen, et alii quamplures.

Signum domni Frederici Romanorum regis semper augusti (M.) et regis Sicilie.

Ego Conradus dei gratia Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius, vice domini Sifridi Maguntinensis sedis archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonodecimo, mense februarii, indictione septima, regnante domino nostro Frederico dei gratia Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie, anno vero Romani regni eius in Germania septimo et in Sicilia nonodecimo*. Feliciter. Amen.

Datum apud Spiram, per manus Henrici regalis aule prothonotarii, anno, mense et indictione prescriptis.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem orig. mit goldbulle im archive zu Cremona, C. Cremone, Y. Y. Y. — Vgl. nr. 1075, welcher der eingang entnommen ist. — [1] Sic; in abschr. in dem copiarium A. nr. 158 heisst es *Summo*. — [2] *progenitoribus* wird zu ergänzen sein, fehlt aber auch in der abschr. *

1079. *Friedrich II beauftragt Bonifacius und Nicolaus de Brayda, denen von Asti gegen Alba und andere, über welche iene klagen wollen, recht zu schaffen. Speier 1219 feb. 28.*

Fredericus dei gracia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie. Dilectis fidelibus suis Bonefacio et Nicholao de Brayda graciam suam et bonam voluntatem. Ex parte communis Astensis nobis est oblata querela, quod commune Albense et quidam alii plures super pluribus questionibus predicto communi Astensi iniuriosi existunt et molesti quamplurimum. Quapropter vobis precipiendo mandamus, ut de predicto communi Albensi et de omnibus aliis de quibus coram vobis movere voluerint questionem per bannum et penam auctoritate nostra positam et positum dicto communi Astensi plenitudinem iusticie exhibeatis nulla exceptione opposita ab adversa parte obstante et nullis literis a nostra regali sede obstantibus impetratis.

Date apud Spiram, secundo kal. marcii, indictione vii.

Ficker aus dem copialbuche der stadt Asti bl. 393 im staatsarchive zu Wien; eingerückt in ein notariatsinstrument, wonach Bonifacius und Nicolaus 1219 apr. 14 zu Asti das schreiben erhielten.

1080. *Friedrich II verspricht denen von Cremona, ohne ihre zustimmung Mailand und Piacenza nicht wieder in seine gnade nehmen zu wollen. Speier 1219 märz 12.*

Fridericus dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie. Per presens scriptum notificamus universis, quod nos de grato animo et bona voluntate nostra repromisimus Ospinello de Summo, Lantelmo de Platina, Surdo de Advocatis et Coxe de Fabris, ambaxatoribus communis et civitatis Cremone, dilectis fidelibus nostris, pro vice et nomine totius predicte communis et civitatis nostre Cremone, quod Mediolanenses nec Placentinos in gratiam nostram aliquo modo non recipiemus sine consilio ipsius communis et civitatis nostre Cremone. Unde ad maiorem cautelam presens scriptum nostrum fieri fecimus sigillo nostro munitum.

Huius rei testes sunt: episcopus Taurinensis, marchio Montisferrati, Riccardus camerarius et magister Nicolaus domini pape subdiaconus.

Datum apud Spiram, iiii. idus martii, indictione septima.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, G. 38.

1081. *Friedrich II schreibt an Brescia, Verona und Bergamo, dass er alles genehm halten werde, was Cremona mit ihnen bezüglich seiner angelegenheiten ausmachen werde. Hagenau 1219 märz 12.*

Fridericus dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie. Fidelibus suis Brixiensibus, Veronensibus et Bergamensibus gratiam suam et bonam voluntatem. Significamus universitati vestre tenore presentium, quod nos Ospinello de Summo, Coxe de Fabris, Lantelmo de Platina et Surdo de Advocatis, ambaxatoribus communis Cremone, dilectis fidelibus nostris, pro nomine et vice predicte communis firmiter repromisimus, quod quicquid ipsum commune Cremone vobis super honore et commodo nostro dixerit et vobiscum fecerit, ratum et firmum habebimus, volentes, quod stabile perseveret.

Huius rei testes sunt: marchio Montisferrati, Ricardus camerarius et magister Nicolaus de Cremona domini pape subdiaconus.

Datum apud Hagnoiwe, iiii. idus martii, indictione septima.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, G. 71. — Vgl. nr. 1080, wonach der kaiser also an demselben tage zu Speier und Hagenau geurkundet hätte.

1082. *Friedrich II bestätigt denen von Cremona alle rechte des reichs an Crema, Insula Fulcherii und den orten zwischen Adda und Oglio, welche Cremona bis zur wiedererbauung von Crema hatte. Hagenau* **1219** *aug.* **29.**

Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie. Eminentia maiestatis regie cum omnium sibi famulantium obsequiis digna semper beneficiorum impensione consueverit respondere, ad eos tamen uberiorem liberalitatis sue munificentiam consuevit extendere, quos pre aliis purioris fidei ac ferventioris devotionis constantia sibi propensius et *incensius reddit commendatos. Ea propter noverit universorum fidelium imperii, tam presens etas quam successura posteritas, quod nos [attendentes] fidem puram et devotionem sedulam dilectorum fidelium nostrorum civium Cremonensium, quam erga exaltationem divorum augustorum felicis memorie, domini imperatoris Friderici avi nostri et domini Henrici imperatoris patris nostri, nec non specialiter circa promotionem honoris et dignitatis nostre habuisse hactenus et habere noscuntur, de solita gratia et consueta liberalitatis nostre munificentia, qua consuevimus fidelibus et benemeritis providere, damus, concedimus et confirmamus eis et communi Cremone omnia iura, que habemus et nobis et imperio pertinent in castro vel pro castro Creme et eius pertinentiis, sive in censu libre auri, sive in expeditionibus, sive in iurisdictione seu districtu et in aliis quibuscumque rebus et rationibus; et loca universa et iura, que habemus et ad nos pertinent in Insula Fulcherii et in aliis locis et eorum pertinentiis existentibus inter Aduam et Ollium, que habebat vel habuit, tenebat vel tenuit prememoratum commune Cremone et Cremonenses ante rehedificationem Creme citra Serium et ultra Serium. Nomina locorum sunt hec: Azanus, Farinatus, Capralba, Campisegus, Terzolascus, Seregnanus, Albinengus, Planengum, Vaignanus[a.], et hec sunt ultra Serium; Gabianum, Vidolascum, Casale, Rivicengum, Camisanum, Botaianum, Offanengum unum et alterum, Iosanum, Suave, Medegnanum, hec sunt citra Serium versus Cremam. Hec sunt autem loca in Insula Fulcherii constituta: Palatium, Pugnanum, Montes, Vayanum, Baniolum, Clevus, Cavrianega, Plazanus, Credaria, Roveretum, Moscazanum, Montodanum, Rivoltella, Rivolta, Umbrianus[b.]; hec sunt in Vauro: Cremosianus, Trescore, Casalictum[c.], Berdenacium, Quintanum, Piaranaca, Torlinus[d.]; et hec sunt inter Serium et Aduam: Rivolta sicca, Pallatinum, Agnetellum, Arzagum, Casiratum, Vailatus, Pagazanus, Mixatum, Brignanum, Caravacium, Movengun medietate, Vidalengum, Calvenzanum, Fornovum, Maxanum. Et de quibus omnibus supradictis locis et eorum pertinentiis ad maiorem evidentiam et roboris firmitatem te Tetocium de Manegoldo, potestatem communis Cremone, et Ysacchum de Dovaria et Amizonum Ponzonum et Albericum de Pescarolo et Egidium Bozium ambaxatores predicti communis Cremone nomine et vice eiusdem communis de novo investimus, ita ut dictum commune habeat et teneat omnia memorata loca cum omnibus eorum pertinentiis et rationibus suis, sive predicta iura consistant in placitis, bannis, collectis, molendinis, vadis molendinorum, piscationibus, venationibus, aucupationibus, pascuis, herbaticis, terris, aquis, redditibus terrarum vel aliis obventionibus, sive in expeditionibus faciendis, et de aluvionibus et glariis, sive in quibuscumque aliis rebus et rationibus, sicut antedictus avus noster vel pater habuerat et tenuerat per se aut per suos nuncios [omnia memorata loca cum omnibus eorum pertinentiis et rationibus suis, cum predicta iura habuerant et tenuerant]. Item damus et mandamus omnia iura omnesque actiones,

que habemus et nobis et imperio pertinent nomine predictorum locorum cum omnibus suis pertinentiis; et damus eidem communi parabolam et licentiam auctoritate nostra intrandi in tenutam et possessionem omnium predictorum. Et omnia privilegia et data et concessa sibi a nobis vel ab antecessoribus nostris confirmamus, statuentes et imperiali edicto sanctientes, ut neque archiepiscopus aliquis, neque episcopus, neque dux, neque marchio, neque comes, neque capitaneus, nec vavasor, nec rector aliquis aut potestas aliqua, neque consules, nec civitas aliqua, nec commune civitatis aliquod, aut aliqua denique persona secularis vel ecclesiastica, parva vel magna, huic pragmatice sanctioni nostre obviare aut aliquo temeritatis ausu infringere presumat, aut sepedictos Cremonenses et eorum commune in omnibus, que dicta sunt, aliquo lesionis modo perturbare aut molestare attentet. Quod qui fecerit, in ultionem temeritatis sue ducentas libras auri componat, medietatem camere nostre, partem aliam personis iniuriam passis. Ceterum ad maiorem huius rei firmitatem et stabiliorem huius donationis, concessionis et confirmationis munimentum, hoc ipsum privilegium nostrum scribi et tipario maiestatis nostre iussimus communiri.

Huius rei testes sunt: episcopus Vercellensis, episcopus Bergami, episcopus Novariensis, episcopus Taurinensis Ytalie vicarius, episcopus Cumensis, episcopus Papiensis, abbas sancti Galli, abbas Morbacensis, Wilielmus marchio Montisferrati, Hermannus marchio de Baden, Hlodowicus comes de Wirtinberc, Everardus comes de Helfinstem, Raynaldus dux Spoleti, Anselmus regalis aule marescalcus, et alii quamplures.

Signum domini Friderici secundi [M.] invictissimi Romanorum regis semper augusti et regis Sicilie.

Ego Conradus dei gratia Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius, vice domini Sifridi Maguntine sedis archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonodecimo, quarto kalendas septembris, indictione septima, regnante domino nostro Friderico secundo Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie, anno vero Romani regni eius in Germania septimo, et in Sicilia vigesimo secundo. Feliciter. Amen.

Data apud Haginowe, anno, mense et indictione prescriptis.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Creme S. S. — Ein zweiter text aus dem Codex A. nr. 160, der mir in abschr. Winkelmanns vorliegt, hat die eingeklammerte stelle mehr, weicht in der rechtschreibung der orte mehrfach ab, scheint aber weniger zuverlässig; die aufzählung der orte verschiebt er unrichtig so, dass er *b—c* bei *a* einschiebt, während *c—d* fehlt; vgl. die aufzählung in nr. 1089.

1083. *Friedrich II belehnt den Guido Cacciaconte mit der burg Terquanda. Monte Mario bei Rom 1220 nov. 25.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Fredericus secundus divina favente gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Ad preclara suorum fidelium obsequia clementiam imperialem decet habere respectum et pro benemeritis condigna munificentie sue benefitia impertiri. Ea propter universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris duximus innotescendum, quod nos pre oculis habentes multam devotionem, quam egit erga nos dilectus fidelis noster Guido Cacciaconte, attendentes quoque preclara servitia, que iam pridem in partibus Apulee nobis exibuit ac deinceps domino concedente ad honorem imperii erit exibiturus, de consueta benignitatis nostre gratia damus sibi et omnibus heredibus suis, concedimus quoque et confirmamus ex certa scientia nostra in rectum

et legale feudum castrum Terquanda cum curte eius et universis honoribus, usibus, tenimentis, et finibus ad ipsum castrum et eius curiam pertinentibus, situm [inter] Chiusure et Montem Ghisum et Scroffianum et Montem Calvum. Et de prenominato castro, sicut hactenus imperio pertinebat, eum pro se et suis heredibus legittime investimus, ut illud in perpetuum a nobis et successoribus nostris teneant et omnes ipsius rationes libere percipiant et cum integritate. Statuentes igitur imperiali auctoritate precipimus, ut nulla umquam persona humilis vel alta, ecclesiastica vel secularis, nullus etiam numptius imperii audeat memoratum Guidonem aut ipsius heredes umquam aliquo tempore in hac maiestatis nostre concessione impedire vel dampnum ipsis irrogare aut aliqua occasione de sepedicto castro et eius honore eos disvestire. Quod qui fecerit, in vindictam reatus sui auri puri libras centum componat, dimidium camere nostre, reliquum passis iniuriam persolvendum. Ad huius etiam nostre concessionis robur perpetuum hanc ex inde paginam conscriptam sigillo nostro iussimus communiri.

Huius rei testes sunt: Bertholdus Aquilegensis patriarcha, Ulricus Pactaviensis episcopus, Sifridus Augustensis episcopus, Berhtuldus Brixinensis episcopus, Albertus Tridentinus electus, Lodovvicus dux Bavarie et palatinus comes Reni, Wilhelmus marchio Montisferrati, Aczolinus marchio Estensis, Guido, Tigrimus, Rogerius et Aghinolfus fratres palatini comites Tuscie, Warnherus dapifer, Anshelmus marscalcus et alii quam plures.

Ego Conradus Metensis et Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Engelberti Coloniensis archiepiscopi et totius Italie arcicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo, regnante invictissimo domino Frederico secundo Romanorum imperatore et rege Sicilie, anno imperii eius primo. Datum in Montemalo prope Urbem, per manum Henrici prothonotarii imperialis aule, septimo kalendas decembris.

Banchi aus dem originaltranssumpte k. Karls IV d. d. 1355 apr. 30 im archive zu Siena. — Vgl. oben nr. 1073.

1084. *Friedrich II bestätigt und verschärft die verfügungen des canzler und legaten Conrad bezüglich der streitenden genossenschaften der ritter und der popolaren von Piacenza. Bei Sutri* ***1220*** *nov.*

Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus et rex Sicilie. Per presens scriptum notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod propter devotionem et reverentiam, quam in nos habuerunt milites Placentie et illi, qui sunt de eorum societate, et in dilectum cancellarium nostrum Conradum Metensem et Spirensem episcopum et totius Italie legatum, quia iuraverunt libere et sine conditione aliqua stare mandatis nostris et ipsius cancellarii de discordia seu discordiis, que sunt inter ipsos seu societatem militum ex una parte et ex altera plebem Placentie seu societatem plebeiorum, confirmamus societatem militum predictorum et concedimus ipsis militibus et omnibus illis, qui sunt de eorum societate et erunt, liberam potestatem extrahendi et alienandi et transportandi res suas omnes, quas habent et habebunt in civitate Placentie seu in districtu extra episcopatum Placentie, et de eis facere, quidquid velint secundum eorum voluntatem. Et decernimus et statuimus, ut omnes rustici et curiales episcopatus Placentie, qui sunt et erunt de societate militum Placentie, sint liberi ab omnibus prestationibus, sicut cives, et ceteri remaneant in suo statu et ita dent, sicut dare consueverunt. Item restituimus ipsis militibus omnes honores, quos habuerunt a sex annis retro in civitate Placentie, ut eos habeant, prout ab illo tempore retro habuerunt, non obstante aliquo pacto seu sen-

tentia sive transactione sive aliqua alia exceptione, que contra hoc opponi possent. Quia vero plebei seu illi, qui dicuntur de societate populi Placentie, recusaverint et rebelles fuerint stare mandatis nostris et dicti cancellarii nostri de predictis discordiis, sepius admoniti et ab ipso cancellario et a potestate Mediolanensium, ut starent mandatis nostris et eiusdem cancellarii, posuit rectores ipsius societatis plebis, qui nunc sunt et erunt pro tempore, et omnes, qui sunt de societate plebis, et eorum sequaces in banno imperii, ita quod de banno non possint exire, nisi prius camere imperiali solverint duo millia marcharum argenti; et cuilibet eis debenti dat facultatem et potestatem retinendi, quod eis debet. Et hoc etiam precipimus omnibus subiectis imperii et fidelibus, ad quorum notitiam hoc pervenerit, sub debito iuramenti fidelitatis, ut et eos capiant et eorum bona. Precipimus etiam sub eodem debito iuramenti vicinis civitatibus Placentie, ut dent auxilium et adiutorium pro parte sua militibus Placentie et societati eorum ad impugnandos plebeios ipsius civitatis. Cassamus etiam societates ipsius civitatis Placentie, scilicet viciniarum et portarum et maiorem, et omnem aliam societatem eorum et perpetuo precipimus cassatas haberi et eorum sacramenta. Precipimus etiam de novo nullam eos contrahere societatem; et qui aliquid de novo facere presumpserit, in banno imperii quingentarum marcharum argenti sit. Ista omnia statuimus ex certa scientia, non obstante eo, quod dici posset, ea, que decrevimus, non valere, quia non cognita causa hoc fecimus, et non obstante eo, quod dici posset, et ea, que fecimus, non valere, quia ante litem contestatam ea fecimus, nec obstante aliqua alia exceptione. Et hec que fecimus, fecimus non tollendo id, quod super his fecit predictus cancellarius noster, in totum vel in partem, sed illa confirmando per omnia perpetuo, secundum quod ipse cancellarius noster fecit et in scripto suo apertius continetur. Et qua[ndo] ipsi plebeii de banno nostro exierint, nichilominus ea omnia, que statuimus et que ipse cancellarius fecit, sicut superius est expressum, volumus rata et firma perpetuo haberi et habere promittimus. Si quis autem contra ea, que statuta sunt a nobis superius et a cancellario nostro, venire presumpserit, indignationem nostram incurrat et in bannum cadat mille marcharum argenti, de quo non possit exire, nisi prius eas solverit camere nostre. Ad cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presens scriptum fieri et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in castris prope Sutrium, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo, mense novembris, indictione nona, regnante domino nostro Friderico secundo dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto et rege Sicilie, Romani imperii eius primo, regni vero Sicilie vigesimo tertio. Feliciter. Amen.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus transsumpt im archive zu Cremona, C. 93 nr. 2. — Die ausstellung fällt frühestens nov. 25, an welchem der kaiser theils noch in Monte malo, theils schon bei Sutri urkundet. — Vgl. oben nr. 945. 947.

1085. *Friedrich II bestätigt den genannten Cacciaconti verleihungen seines grossvaters und vaters. Civitate (am Fortore in der Capitanata) 1222 dec. 28.*

Fredericus secundus divina clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Immitantes vestigia divorum augustorum Frederici avi et Henrici patris nostri, Romanorum imperatorum quondam, ea que ab ipsis tradita et suis privilegiis sunt confirmata, dignum duximus habere rata et nostri privilegii munimine corroborari. Ad noctitiam itaque universorum imperii fidelium, tam presentis etatis, quam successure posteritatis, volumus pervenire, quod nos imperiali auctoritate et scripto presenti confirmamus et corroboramus in perpetuum fidelibus nostris filiis Caczawerre, Widoni, Caczaconti, Raynerio,

Caczaguerre, Manenti, Bernhardino, Raynaldo et Ildebrandino nepotibus Bernhardini omnia ea, que ipsi tenent et de iure tenere debent in Modana et in Foiano, sicut avus noster Fredericus pie recordationis eis indulsit et pater noster Henricus eis confirmavit, prout in eorum privilegiis continetur. Qui vero contra confirmationem nostram fecerit, penam prout in privilegio avi nostri Frederici persolvat. Et ut verius credatur et ratum et firmum perpetuo habeatur, presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione iussimus communiri.

Huius rei testes sunt: Albertus Tredentinus et Bertuldus Brisinensis episcopi, Conradus burgravius de Nurumberch, Warnherius filius quondam Warnherii de Bolanda, Henricus de Tauna imperialis aule prothonotarius et alii quam plures.

Datum apud Civitatem, [anno domini] millesimo ducentesimo vigesimo tertio, quinto kalendas ianuarii, undecima indictione.

Banchi aus dem originaltranssumpte k. Karls IV d. d. 1355 apr. 30 im archive zu Siena. — Die angezogenen urkunden Friedrichs I d. d. 1185 märz 5 und Heinrichs VI d. d. 1194 nov. 25 wird Stumpf veröffentlichen. — Wegen des ausstellungsortes vgl. Huillard Hist. dipl. 2, 281.

1086. *Friedrich II verweist dem abte Gandolf von S. Sisto zu Piacenza, dass er den an den kaiserlichen hof gehörigen streit mit Cremona über Luzzara und Guastalla an das gericht des pabstes zu ziehen suche.* ***(1223.)***

Fridericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. G. venerabili abbati monasterii sancti Sisti de Placentia, fideli suo, gratiam suam et bonam voluntatem. Ex insinuatione potestatis et communis Cremonensium, nostrorum fidelium, nostre nuper innotuit maiestati, quod de facto terrarum Luzarie et Guastalle, quas de concessione dive memorie domini quondam patris nostri imperatoris Henrici se asserunt rationabiliter obtinere, et de fructibus ex eis perceptis coram foro ecclesiastico in presentia summi pontificis eos trahere satagas et intendas, cum de ratione imperii questiones huiusmodi, presertim de rebus regalibus, debeant in nostra curia ventilari. Verum quia super hiis, que ad iurisdictionem imperii pertinent, nolumus a nostris fidelibus imperio derogari, fidelitati tue sub debito fidelitatis, quo nobis et imperio teneris, firmiter et districte precipiendo mandamus, quatinus si quid de predictis terris habes adversus predictum commune Cremonensium, fideles nostros, proponere, questionem coram nostra curia debeas experiri, nec ea que ad imperium spectant, ad forum indebitum trahas, cum tibi super hoc in curia nostra plenitudo iustitie non negetur.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Guastalle, L. 57. — Der brief dürfte etwa zu anfang 1223 geschrieben sein; denn 1223 mai 17 schreibt der pabst über procuratoren von Cremona, welche in dieser sache vor ihm erschienen waren: *Tandem exhibitis abbati predicto litteris imperialibus, per quas sub pena centum marcharum inhibebatur eidem, ne dictos cives super his in foro ecclesiastico conveniret, — a nostra presentia contumaciter recesserunt;* was einen zweiten, schärferen befehl des kaisers vorauszusetzen scheint; das vorgehen des pabstes wurde dadurch nicht aufgehalten. Vgl. auch nr. 908. 919. 955.

1087. *Friedrich II verleiht der stadt Cremona freie schifffahrt auf der zwischen Guastalla und Luzzara abgeleiteten Cavata. Sora* ***1223*** *märz* ***(21).***

Fridericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Per presens scriptum notum facimus universis imperii nostri fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod potestas et commune Cremone, dilecti fideles nostri, ambaxatores suos ad nostram presentiam transmittentes inter alias petitiones, quas nostre celsitudini porrexerunt,

excellentie nostre humiliter supplicarunt, ut de gratia nostra concederemus et indulgeremus eisdem, quod aqua Cavate inter Luzariam et Guastallam derivata a flumine Pado per ipsos esset navigabilis, tam ad usus eorum, quam aliorum fidelium nostrorum, qui ibi voluerint navigare, a loco videlicet, ubi exit de Pado, usque quo revertitur in eumdem. Nos igitur attendentes sinceritatem devotionis et fidei eorundem et accepta servitia, que tam nobis quam predecessoribus nostris devote ac fideliter prestiterunt et in antea exhibere poterunt potiora, petitiones eorum benignius admittentes concedimus eis et perpetuo indulgemus, ut aqua predicte Cavate per totum, ubi de Pado egreditur usque quo regreditur in eumdem, sit navigabilis ad opus eorum et aliorum etiam fidelium nostrorum, qui ibi voluerint navigare, nichilominus concedentes, ut prefati Cremonenses per aquam eiusdem Cavate in personis, vascellis et rebus aliis eorumdem in eundo et veniendo libere salvi fiant, salvo pedagio, si quod aliqua communitas in aliqua parte memorate Cavate antiquis temporibus percipere consuevit. Ad huius itaque concessionis nostre memoriam et robur ipsius perpetuo valiturum presens scriptum fieri fecimus sigillo nostro communitum.

Datum Sore, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo tertio, mense martii, undecima indictione.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, nr. 874. — Vgl. oben nr. 954.

1088. *Friedrich II zeigt allen in der Lombardei die verleihung der schifffahrt auf der Cavata an Cremona an und verbietet iede verhinderung derselben. Sora* ***1223*** *märz* ***21****.*

Fridericus dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Potestatibus, communitatibus et universis per Lombardiam constitutis, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Universitati vestre volumus esse notum, quod potestas et commune Cremone etc.[1] percipere consuevit. Quare universitati vestre precipiendo mandamus, quatinus nullus sit, qui predictos Cremonenses super hoc contra huius concessionis nostre tenorem impedire vel molestare presumat. Quod si presumpserit, indignationem nostri culminis se noverit incursurum.

Datum Sore, xxi. martii, xi. indictione.

Winkelmann nach abschr. Cereda's aus dem archive zu Cremona, nr. 873. — [1] Gleichlautend wie nr. 1087. Zu Cremona im Pluteus Ollii, Navigii et Padi, A. 58, findet sich noch eine wörtlich übereinstimmende ausfertigung von 1225, nur dass der schluss hier abweichend heisst: *Quod qui presumpserit, penam mille marcarum argenti se noverit incursurum. Dat. apud Neocastrum, xxviiii. augusti, xiii. indictione.*

1089. *Friedrich II bestätigt denen von Cremona eine reihe im auszuge aufgeführter, denselben von Heinrich V, Friedrich I, Heinrich VI und ihm selbst verliehener privilegien. Cremona* ***1226*** *iuli.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. Gloria principis est, grata servitia suorum fidelium liberaliter prosequi. Sed illis precipue largitatis sue dexteram porrigere plus tenetur, qui quasi hereditario iure erga imperium fidem puram habentes nullis unquam temptationibus divertentur ab illa, sed in fidei et devotionis constantia stabiles permanentes et firmi pro exaltatione semper imperii et pro gloria specialiter et honore nostro exposuerunt res suas multipliciter et personas. Eapropter notum esse volumus universis fidelibus nostris per imperium constitutis, tam presentibus quam

futuris, quod Homobonus venerabilis Cremonensis episcopus, fidelis noster, ad presentiam nostre maiestatis accedens nomine et vice communis Cremone, expertorum fidelium nostrorum, plura et diversa privilegia Romanorum imperatorum, predecessorum nostrorum recolende memorie, et nostra etiam nostre celsitudini presentavit, humiliter supplicans et devote, ut privilegia ipsa et que continebantur in eis confirmare in perpetuum de nostra gratia dignaremur: — In uno quorum videlicet imperatoris Henrici vidimus contineri, qualiter renovavit et confirmavit Cremonensibus civibus pro fidei meritis, quam omni tempore imperio servaverunt, videlicet ea, que proprietate locutionis sue Comunia vocant, a bucca Adde usque ad Vulperula ex utraque parte fluminis Padi; et ut a mari usque Papiam secure ac libere sine molestia alicuius eundi et redeundi et mercandi secundum usum et antiquam consuetudinem eorum cum navibus suis et per totum regnum Italie secure vadant. Quibus concessit etiam, ut extra muros civitatis eorum ipse imperator Henricus deberet habere palatium et hospitium suum; concedens et confirmans eis bonos usus et omnia, que ex concessione imperatorum et regum Romanorum obtinuerunt.[1] — In alio vero privilegio imperatoris Friderici avi nostri vidimus contineri, qualiter exigente malitia Mediolanensium in solempni curia sua adstantibus Italie et Theotonie nonnullis principibus sententialiter condempnavit eos, et de providentia et comuni iuditio principum eorundem et de consilio etiam totius curie sue moneta, theloneo et omni districtu ac potestate seculari et omnibus regalibus Mediolanenses predictos privavit, revocans hec omnia ad potestatem suam. Et quia civitas Cremonensis tamquam fide excelsior pre ceteris civitatibus Lombardie per experientiam operum preclara erat in oculis eius, ius illud faciende monete, quo Mediolanenses privavit, fideli populo Cremonensi concessit et dedit et in perpetuum confirmavit.[2] — Continebatur preterea in alio privilegio eiusdem avi nostri, qualiter statuit firmiter et etiam confirmavit, ut nullo unquam tempore quelibet civitas vel persona Italica inter duo flumina Addam videlicet et Ollium castrum novum levare vel edificare audeat ad lesionem civitatis vel episcopatus Cremonensis, salva per omnia imperiali iustitia.[3] — In alio privilegio ipsius avi nostri similiter vidimus, qualiter pro eo quod Mediolanenses infideles fuerunt imperii, et cives Cremonenses viri probatissimi et in fide constantes semper sine macula transierunt, concessit, dedit et confirmavit dictis Cremonensibus civibus in perpetuum castrum Creme cum burgo, precipiens firmiter, ut nulla civitas, nullum commune, nulla potestas, nulla persona magna vel parva potestatem vel licentiam aliquo modo habeat predictum castrum Creme rehedificare, vel novum construere, vel aliquod vetus reficere, vel munitionem vel fortiliciam aliquam inter Addam et Ollium facere vel creare.[4] — Erat preterea in alio privilegio ipsius avi nostri, qualiter Cremonensibus predictis concessit, ut a Cremona deorsum in aqua Padi et in omnibus locis et vallibus, in quibus aqua Padi aliquo tempore derivatur usque ad mare, sive in comitatu Regensi, vel Mutinensi, vel Bononiensi, vel Ferrariensi, vel Ravennate, ita securi cum omnibus mercationibus quocumque voluerint vadant et navigent, ut nullus episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, vel aliqua potestas, vel civitas, vel castrum, vel aliqua persona aliquod teloneum vel superpositam, vel angariam, vel aliquam exactionem ab eis exigat, vel invitos eos vel res eorum detineat, exceptis nunciis imperialibus, qui in locis determinatis theloneum infrascriptum accipiant. Habeant quoque ipsi Cremonenses in predictis locis, vallibus et aquis vendendi et emendi liberam facultatem. Predicti vero nuntii imperii accipiant in Ferraria de qualibet navi duodecim denarios Mediolanensium veterum; apud Figarolum de qualibet soga, per quam navis trahitur, que masseriam portat, octo solidos Mediolanensium veterum; in eadem loco de qualibet soga, per quam navis trahitur, que salem portat, triginta denarios Mediola-

nensium veterum; apud Guvernulam similiter de qualibet soga masserie octo solidos Mediolanensium veterum; similiter de qualibet soga illius navis, que salem portat, triginta denarios Mediolanensium veterum; item apud Warstallam de qualibet soga masserie octo solidos Mediolanensium veterum; et ibidem de qualibet soga, que sal portat, triginta denarios Mediolanensium veterum; apud Scorzerolum de qualibet navi duodecim denarios Mediolanensium veterum; apud Luzariam similiter duodecim denarios Mediolanensium veterum. Et preter hec nęc in hiis locis nec aliis in Pado a Cremona deorsum quicquit a Cremonensibus tolli precepit, salva per omnia imperiali iustitia.[5] — Habetur preterea in alio quodam privilegio avi nostri, per quod concessit, dedit et confirmavit consulibus Cremone omnes commoditates et utilitates sive usantias, quas habent vel tenent aut unquam habuerunt vel tenuerunt tam infra civitatem et suburbia, quam extra civitatem in suo episcopatu et in omnibus terris et locis et castris et aquis, que distringuuntur vel unquam districte fuerunt per Cremonam, sive predicte commoditates, utilitates et usantie pertineant ad commune civitatis Cremone sive ad concives, qualescumque sint, sive in terris sive in aquis; et in consulibus eligendis pro comuni et iustitia facienda; et in omnibus aliis. Dedit insuper et confirmavit Cremone tertiam partem Warstalle et omnes usantias et utilitates, quas prefata civitas et mercatores cives habent vel habere soliti sunt in Pado, sive in suo episcopatu, sive in aliis superius et inferius, sive in pontibus faciendis vel retinendis, sive in collectionibus vel datis ad pontem vel ad commune vel ad mercatores pertinentibus. Et insuper aquam Padi et stratas omnes supradicte civitati et civibus bona fide sine fraude, quotiescumque impedite fuerint, expedirentur et disbrigarentur. Quod si aliqua persona vel civitas de disbriganda strata vel aqua mandatis imperialibus obtemperare noluerit, quod imperator iuxta rationem procederet, poneret eos in banno et inimicos imperii iudicaret, nec eos absolveret sine parabola consulum Cremone data in credentia vel concione. Concessit specialiter et dedit eis omne ius, quod sibi et imperio pertinet in castro Creme et in omnibus terris et locis, que sunt inter Adduam et Ollium, qui vel que sunt infra confines episcopatus Cremonensis et districti eius; et quod non concederet alicui persone vel civitati facere aliquod castrum vel munitionem aliquam inter Ollium et Adduam; nec idem imperator per se faceret; et si aliqua persona vel civitas facere vellet, bona fide sine fraude imperator vetaret; et si factum esset, destrueret. Item omnia privilegia scripta, que ab eodem imperatore communi Cremone facta fuerunt, renovavit et confirmavit. Et si aliqua persona vel civitas predictas usantias et consuetudines vetare vellet vel impedire, imperator predictus bona fide vetaret et disbrigaret.[6] — In privilegio vero imperatoris Henrici patris nostri recolende memorie vidimus contineri, qualiter Cremonensibus civibus et eorum communi concesserat, donaverat et confirmaverat omnia iura, que sibi et imperio pertinebant in castro vel pro castro Creme et in eius pertinentiis, sive in censu libre auri, sive in expeditionibus, sive in iurisdictione seu districtu et in aliis quibuscunque; loca universa et iura, que habebat et ad eum pertinebant in Insula Fulkerii et in aliis locis et eorum pertinentiis, que habebat vel habuit, tenebat tunc vel tenuit memoratum commune Cremonensium et Cremonenses ante rehedificationem Creme citra Serium et ultra Serium, et ea que tenuit, secundum quod imperator Fridericus predictus illa eis dedit et concessit per privilegium suum; que omnia loca inferius scripta sunt; sive predicta iura consistant in placitis, bannis, fodris, collectis, molendinis, vadis molendinorum, piscationibus, venationibus, aucupationibus, pascuis, herbaticis, terris, aquis, redditibus terrarum, vel aliis obventionibus, sive in expeditionibus faciendis, sicut predictus imperator Fredericus habuit per se vel per suos nuncios; sive in quibuscunque aliis. Item dedit et cessit eis et mandavit omnia iura

In dei nomine. Amen. Serenissimus princeps dominus Henricus dei gratia Romanorum rex semper augustus commisit dominis Andree Calandrini de Roma et Palmerio de Altovitis de Florentia iudicibus suis, presentibus et reverenter acceptantibus, nolens conspirationes, confederationes et seditiones, castrorum invasiones et occupationes, rebelliones et alia enormia contra ipsius regiam maiestatem et Romanum imperium et fideles eiusdem inita, commissa et attentata per communia et homines civitatum Luce et Senarum de Tuscia, Parme et Reggii de Lombardia, Ghibertum de Corrigia vassallum nostrum et imperii, Iohannem Chiricum et Opezinum de Anzola cives Parmenses, et alias civitates et communitates de Tuscia dissimulare ac inulta dimittere, ac mandavit eisdem iudicibus vive vocis oraculo, quod contra predicta communia civitatum et communitates et homines earum et dictas speciales personas superius nominatas de predictis et super predictis sceleribus et delictis ac aliis quibuscumque, que per ipsa communia et communitates et homines earundem et speciales prefatos commissa sunt et fore dicuntur, inquirant atque procedant summarie sine strepitu et figura iudicii et omni iuris sollempnitate obmissa; quibus iudicibus et cuilibet eorum in solidum in premissis et circa ea idem dominus rex auctoritate regia et ex certa scientia, pro ut ipsis et cuilibet eorum videbitur, procedendi concessit plenariam potestatem, non obstante aliqua lege in contrarium loquente; precipiens michi Leopardo notario, ut de premissis faciam publicum instrumentum.

Actum est hoc in domo domini Bernabossis de Auria, posita in contrata sancti Thome extra et prope Ianuam, in qua idem dominus rex moratur; presentibus dominis Baxiano de Guariis, Iohanne Iacobi de Roma, Sancto de Riparolo iudicibus dicti domini regis, Guidone archipresbitero Aretino et Bernardo de Mercato notario, testibus ad hec rogatis

et vocatis; millesimo trecentesimo duodecimo, indictione decima, die vigesimanona mensis decembris, ac regni ipsius domini regis anno tertio.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Friderici imperatoris, G. 6. — Vgl. den urtheilsspruch des königs d. d. 1312 apr. 11, Monum. Germaniae hist. 4, 524.

1110. *Heinrich VII bestätigt als kaiser dem Friedrich della Scala die eingerückte, von ihm als könig ausgestellte belehnungsurkunde über Val Policella. Pisa 1313 mai 31.*

Henricus septimus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus. Dilecto fideli suo, Friderico nato quondam Picardi de Lascala militi, Veronensi civi, gratiam suam et omne bonum. Exhibita nobis tua peticio continebat, quod nos olim in regem Romanorum assumpti, antequam dyadema susciperemus imperii, tibi feodorum tuorum investituram concessimus per nostras litteras tenorem huiusmodi continentes: — Heinricus etc.[1] — Nos Henricus predictis tuis precibus inclinati investituram huiusmodi, prout in predictis nostris litteris continetur, ratam et gratam habere tenore presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio comunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem nostram et penam [centum marcarum] puri auri, [fisco] nostro et pro rebus pallacii [nostri][2] solvendarum, se noverit incursurum.

Huius autem rei testes sunt: venerabiles Oddo archiepiscopus Pisanus et Nicolaus episcopus Butrint[inus[3], Amadeus Sabaudie] comes, princeps, affinis noster carissimus, Hugo comes de Buheke, Coradinus marchio Malaspine, et Gaddus de [Gambacurta][4], Thomas de Septemfontibus et Symon Phylippi de Realibus de Pistorio milites et quam plures alii fide digni.

Signum domini Henrici septimi Romanorum imperatoris invictissimi.

[In cuius rei testimonium presentes scribi] et maiestatis nostre sigillo iussimus comuniri.

Datum Pisis, pridie kalendas iunii, indiction[e decima], anno domini millesimo trecentesimo decimo tertio, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

P. Iustinian Ladurner aus sehr sorgfältig geschriebener abschr. im archive des ehemaligen landgerichts Carneid bei Bozen. — [1] Folgt die urk. nr. 1107. — [2] *pro dimidia fisco nostro et pro reliqua parte damnum passis?* — [3] Nach länge der lücke der mir vorliegenden abschr. könnte noch ein zeuge ausgefallen sein; aber nach der fassung scheint kein bischof mehr gefolgt zu sein, während ein weiterer weltlicher fürst durch das folgende *princeps* ausgeschlossen, auch damals beim kaiser nicht nachweisbar ist. — [4] Ergänzt nach der zeugenschaft apr. 26, Dönniges Acta Henr. 2, 202.

1111. *Friedrich (III) bevollmächtigt seine genannten, zur entgegennahme des treuschwurs in die Lombardei gesandten boten, dortigen ständen die bestätigung ihrer privilegien durch den könig zuzusichern. Schaffhausen 1322 iuni 18.*

Fridericus dei gratia Romanorum rex semper augustus. Ad universorum sacri Romani imperii fidelium notitiam publicam volumus pervenire, quod cum nos nobiles viros Rodulfum de Heiben consanguineum nostrum, et Iohannem de Turi dominum Castilionis in Valixio, et honorabilem virum magistrum Hermannum de Scochka, secretarios et familiares nostros dilectos, nostros procuratores in solidum constituimus et nuncios speciales ad exigendum, petendum et recipiendum nostro et sacri Romani imperii nomine ab universis civitatibus, castris, villis, burgis et a rectoribus, communitatibus et hominibus in Lombardie

partibus constitutis et Romano subiectis imperio, nec non a baronibus, aliis nobilibus, vassallis et feodatariis et fidelibus partium earundem, recognitionem et fidelitatis debitum sacramentum, eisdem nunciis nostris hanc potestatem duximus concedendum, ut prout opportunum fuerit, cum dictis civitatibus, castris, villis et burgis, ac nobilibus et fidelibus prefatis tractare valeant de confirmandis ipsis per nos ipsorum privilegiis et gratiis a dominis imperatoribus et regibus Romanorum predecessoribus nostris rite et rationabiliter concessis, ipsaque promittere per nos etiam confirmare; ratum et gratum habituri, quid quid per eosdem vel duos ex ipsis in hac parte actum fuerit in premissis; permittentes nostras regales litteras eisdem concedere iuxta tractatus super huiusmodi confirmationibus habitos, et nostro regali sigillo communire. In quorum omnium testimonium dictis nostris procuratoribus has nostras litteras scribi et nostri sigilli munimine iussimus communiri.

Data in Scaffusa, xiiii. kalendas iulii, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo secundo, regni vero nostri anno octavo.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Cremone, C. 79. — Eingerückt in die oben nr. 1026 abgedruckte bezügliche zusicherung der boten für Cremona d. d. 1322 sept. 23.

1112. *Ludwig IV verleiht den römischen bürgern Stephan und Iacob Sciarra und Iordan und Peter Colonna die gewalt, richter und notare zu creiren, uneheliche zu legitimiren und münzen zu schlagen. Regensburg 1315 nov. 30.*

Ludovicus dei gracia Romanorum rex semper augustus. Dilectis sibi Stephano et Iacobo dicto Sciarre fratribus ac Iardano et Petro filiis quondam Agripti de Columpna nepotibus eorum, nobilibus civibus suis Romanis, gratiam et omne bonum. Illos tenemur favore prosequi gratie specialis, quos hactenus Romano imperio et dive recordacionis imperatoribus et regibus Romanis nostris predecessoribus obsequiales reperimus et devotos, quosque nobis et imperio sumpta de preteritis probabili coniectura in antea digne speramus placide servitutis obsequia impensuros. Quapropter exigentibus vestris meritis iudicatus ordinarii et publici notariatus officia ac omnia alia ad hec pertinentia cum execucione debita illis, quos ad hoc ydoneos inveneritis, concedendi, necnon quoscunque illegitime natos legittimandi ac abiles ad omnes actus legittimos faciendi omnemque defectum, maculam vel infamiam contractam ex illegittimate huiusmodi abolendi, vobis et vestrum cuilibet ac singulis masculis ex vobis de legittimo matrimonio descendentibus, et insuper cudendi seu cudi faciendi monetam auream, argenteam et eream cuiuscumque cangii vel impressionis in terris et castris ac locis vestris sine contradiccione cuiusquam plenam et liberam de speciali gracia tenore presencium concedimus potestatem. In quorum evidenciam et perpetuam firmitatem presens scriptum seu litteras fieri et nostri imperialis sigilli iussimus appensione muniri.

Datum Ratispone, pridie kal. decembris, anno domini m.ccc. *quinto, regni nostri anno secundo.

Ficker aus der bestätigungsurk. k. Friedrichs III d. d. Rom 1452 apr. 23 im reichsregistraturbuche P. bl. 35 im staatsarchive zu Wien. — Reg. Lud. nr. 165.

1113. *Ludwig IV belehnt den Friedrich della Scala mit dem Val Policella und verleiht ihm den ausschliesslichen gerichtsstand am kaiserlichen hofe und andere angegebene rechte. München 1322 mai 3.*

Ludowicus dei gracia Romanorum rex semper augustus. Universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum. Nichil potest

esse decentius, nec radio clariore imperialis clemencia elucescit, quam quod fideles suos circa se ipsam colligit, aggregat et fovet, ita quod a capite in membris decurrat gracia dignitatum, et digna dignis respondeant premia meritorum. Quia igitur maiore honore cumulare intendimus, quos nostro favore digniores iudicamus, nobilem virum Fridericum natum olym Picardi de Lascala, civem Veronensem, fidelem nostrum dilectum, universis imperii fidelibus exemplum proponimus, cuius fidem sinceram, cuius constanciam invictricem, cuius labores immensos, cuius opera et servicia magnifica in omni necessitate imperii et nostra sempiterna fide oculata perspeximus; cui non immerito huius donum gracie, quod in sequentibus declaratur, ex nostre magnificencie liberalitate concedimus. Attendentes igitur favorabiliter puram fidem, sinceram devotionem, graciosa servicia, que et quas prefatus nobilis vir Fridericus de Lascala et sui antecessores erga nos et imperium semper habuerunt, ac in omni necessitate imperii fideles ac constantes prestiterunt, ac idem ipse et heredes sui habere poterunt in futurum, dignum decernimus preclara servicia sua et suorum palma digne retribucionis decorare et graciam gracie et benignitatem benignitati adiicere in eundem. Quapropter noverit omnium fidelium imperii tam presencium, quam futurorum industria, quod nos iuxta regalem munificenciam Friderico memorato et suis heredibus utriusque sexus, ita tamen quod deficientibus masculis femine succedere possint, vallem Pulicellam, Veronensis dyocesis, cum mero et mixto imperio et omnibus iuribus, honoribus, bonis, iurisdictionibus, utilitatibus et pertinenciis suis, cultis et incultis, montibus, planis, viis, inviis, pratis, silvis, pascuis, vineis, venacionibus, aquis, decursibus, piscationibus, portuis, passagiis, theloneis, ripaticis, vadis molendinorum et ceteris utilitatibus, qualitercumque nominari vel scribi possent, ad nos et imperium spectantibus in eadem; etiam de omnibus hiis, que ab imperio dinoscitur tenuisse infra termina olym posita inter territorium comunis Veronensis et dicte vallis per dictum comune Verone et dominum Fridericum usque ad territorium Tridentinum, prout per comune Verone detentum fuit antiquitus et possessum; in qua valle idem Fridericus a nobis et imperio tenet unum castrum et duas villulas iam in feudum de regali munificencia et gracia speciali: in feodum damus et tenore presencium concedimus et donamus, investientes ipsum presentibus de eisdem, recepto huiusmodi feodi racione sacramento debito ab eodem. Hanc igitur nostram graciam augmentantes et predicte investiture a nobis facte robur et firmitatem inserentes, memoratum Fridericum fidelem nostrum in possessionem dicte vallis intrare decernimus et manere. Et si aliquis prefate nostre gracie et concessioni contraire presumpserit, quominus predictus Fridericus in possessione dicte vallis valeat libere permanere, omnes duces, principes, marchiones, comites, barones, vicarios, rectores civitatum et locorum, comunitates et comprovinciales personas, nobis et imperio subiectos, hortamur attente, nihilominus eisdem astricte sub fidelitatis debito mandantes, quatenus predictum Fridericum predictam vallem intrare et possidere atque viriliter manutenere adiuvent. Ac eidem benigne conferimus, ut huiusmodi merum et mixtum imperium possit et valeat per se vel alium exercere. Conferentes eidem et heredibus suis ex uberiori largicione, quod a sentenciis, tam personalibus quam realibus, per eos latis in dicta valle sive per suum officialem, qualicumque nomine nuncupetur, ne quis ad aliquem vicarium vel officialem nostrum et imperii per cuiusvis tenoris litteras constitutum, non facientes de presentibus mentionem, nisi coram imperialis maiestate ubicumque fuerit, se valeat appellare. Volentes igitur sibi et suis heredibus huius nostre liberalitatis graciam ampliare, indulgemus, quod nullus ipsum aut dictos heredes super iuribus et iurisdictionibus supradictis in causam trahere, citare vel convenire quacumque auctoritate coram quocumque vicario, iudice aut officiali alio, nisi

solum in imperiali aula valeat quoquomodo. Corroborantes ex certa sciencia ac auctoritate regia confirmantes omnes empciones et acquisiciones per eum et antecessores suos factas et acquisitas, ac per ipsum suosque heredes fiendas in futurum et acquirendas in valle prenominata vel alibi. Statuentes regia auctoritate et lege perpetuo valitura decernentes, quod bona et possessiones per eum et antecessores suos empta, emptas, acquisita et acquisitas, seu que de cetero per eum aut heredes suos ementur et acquirentur, prescripcione aliqua temporis non amitantur, legibus vel consuetudinibus non obstantibus quibuscumque. Et quia regalis dignitas tante clemencie esse dignoscitur, quod merita fidelium suorum atque servitia digna retribucione munerare consuevit, ideoque de gracia speciali sibi et suis heredibus indulgemus atque remittimus, quod investituram feodorum suorum a nobis vel successoribus nostris petere teneantur existentibus solummodo in provincia Lombardie; si vero dictam investituram non peterent nobis vel successoribus nostris conmorantibus extra provinciam Lombardie, quod propter hoc non cadant a iure feodorum suorum; quam investituram petere possint per se vel legitimum procuratorem. Confirmantes de plenitudine regie potestatis ac ex certa sciencia terminacionem factam inter territorium comunis Veronensis et ipsius comunis sindicum ex una parte et ipsum Fridericum et territorium dicte vallis ex altera, salvo iure imperii; privilegiis et concessionibus quibuscumque factis per dive memorie imperatores aut reges Romanorum, predecessores nostros, comiti olym sancti Bonifacii et . . . de Turisendis de Ursanigo et quibusvis aliis rebellibus nostris et imperii non obstantibus quoquomodo. Cuncta etenim bona mobilia et immobilia ipsius Friderici suorumque heredum sub nostra et imperii proteccione recipimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre donacionis, concessionis et constitucionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem nostram et penam mille marcarum aurearum, pro medietate fisco nostro et pro reliqua medietate passo iniuriam solvendarum, se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Monaci, in die invencionis sancte crucis, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo, regni vero nostri anno octavo.

P. Iustinian Ladurner aus dem orig. im gräflich Khuen'schen archive auf schloss Gandeck. Siegel abgerissen.

1114. *Ludwig IV bestätigt, dass der ort Soncino unmittelbar zu seiner und des reichs kammer gehöre und keiner andern gewalt unterworfen sei. Soncino 1327 aug. 20.*

Ludovicus dei gratia Romanorum rex semper augustus. Universis sacri Romani imperii fidelibus, presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Quoties nostrorum et sacri Romani imperii fidelium commoditatibus per gratias, emunitates et per singula opportuna consulimus, toties bonum nostrum et predicti Romani imperii procuramus, nec non statum et honorem nostrum, qui in augendo ipsum imperium consistit, augemus et evidentius amplificamus. Accedentes igitur ad serenitatis nostre presentiam fideles nostri et sacri Romani imperii, homines castri Sunzini, nobis plenissima fide et sufficientius demonstrarunt, quod predictum castrum Sunzini, eius districtus, in quo situs est plebatus Calsi, cum universis hominibus ibidem habitantibus immediate ad cameram nostram et sacri Romani imperii pertinent et quod nulli alteri communi vel universitati aut singulari persone, preterquam nobis, ipsi Romano imperio, nostrisque successoribus Romanis principibus, non sunt aliqualiter subditi aut subiecti, humiliter supplicantes, quatinus de solita

nostra clementia ipsis easdem gratias, emunitates confirmare, nec non de novo dignaremur concedere et conferre. Nos vero eorum petitionibus favorabiliter annuere cupientes ac ipsis omnia iura et emunitates, libertates et gratias, que et quas antiquitus possiderunt et habuerunt, presentibus confirmantes, predictum castrum, eius districtum cum plebatu Calsi, nec non universos homines ibidem habitantes in nostram et sacri Romani imperii gratiam, protectionem et benevolentiam recipimus specialem, decernentes ac volentes ipsos immediate ad nostram et sacri Romani imperii cameram ordinatius pertinere, sic quod nulli alteri communi vel universitati aut singulari persone ratione dominii vel quasi vel alicuius subiectionis vel submissionis, preterquam nobis nostrisque successoribus in Romano imperio, subditi esse debent vel subiecti quoquomodo, recepto ab eis fidelitatis, quam semper nobis et imperio servare tenentur, debito sacramento. Nulli ergo hominum, cuiuscumque conditionis seu status persona existat, ecclesiastica seu secularis, alta vel humilis, nec commune aut universitas quecumque, audeat hanc nostre concessionis gratiam infringere vel ei in ausu aliquo temerario contraire. Quod qui facere presumpserint, nostram indignationem regiam et penam centum librarum auri, quarum medietas fisco nostro, alia vero medietas ipsis passis iniuriam irremissibiliter persolvatur, se noverint sanctione presentium procul dubio incurrisse. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis regie iussimus communiri.

Datum in Sunzino, xx. die mensis augusti, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, regni vero nostri anno tertio decimo.

Cereda aus abschr. von 1397 apr. 27 im archive zu Cremona, C. Soncini, B. 16. — Vgl. nr. 1108.

1115. *Ludwig IV zeigt dem vicar und der gemeinde von Cremona an, dass er die stadt dem schutze des cardinallegaten Iohann und des Azo Visconti, reichsvicar von Mailand, empfohlen habe. Pisa 1329 ian. 26.*

Ludovicus dei gratia Romanorum imperatdr semper augustus. Borratio de Gangalandi vicario, sapientibus et communi Cremone, suis et imperii fidelibus dilectis, gratiam suam et omne bonum. Civitatem nostram Cremone paterno tractantes affectu, ipsiusque civitatis degentium incolarum statum proficuum et augmentum sincero zelantes aspectu, seriose et ex corde commisimus dilectis nostris et imperii fidelibus, Iohanni cardinali legato de latere et Azoni de Vicecomitibus, vicario nostro Mediolanensi, ut civitatem prefatam Cremone ipsiusque cives et incolas tanquam peculiarem imperii et filios devotissimos sic recomissos haberent, sic in vestris defensione et custodia et preservatione a noxiis emulorum diligenter et sollicite se haberent omni studio et favore et armatorum auxilio opportuno, quod civitas eadem sub nostro et imperii nomine gubernetur et defensetur et ad vestrum statum et commodum sollicitis studiis continue intendatur; fidelitatem vestram harum serie monendo et ortando, ut quoties casus incumbat et opus fuerit, eosdem legatum et vicarium cum omni eorum potentia et exfortio nostro nomine fiducialiter requiratis, habentes ad certum, quod vobis et statui vestro assistent et favebunt subsidiis opportunis.

Datum Pisis, die vigesimo sexto ianuarii, duodecime indictionis, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Cremone, D. 13. — Vgl. nr. 1116.

1116. *Ludwig IV ersucht den Ponzinus de Ponzonibus, auf den schutz der stadt*

Cremona und die niederhaltung der ungetreuen bedacht zu sein. Pisa ***1329*** *ian.* ***26****.*

Ludovicus dei gratia Romanorum imperator semper augustus. Nobili viro Ponzino de Ponzonibus militi Cremonensi, suo et imperii fideli dilecto, gratiam suam et omne bonum. Tuis operum actionibus in nostro et imperii gremio ab experto notatis, quibus apud nos et Romanum imperium splendere dignosceris, laudabili etiam testimonio Borratii vicarii nostri, tue fidelitati scribere angimur et movemur. Sane sicut actenus tua solers consuetudo retinuit, in defensionem et statum civitatis nostre Cremone et emulorum et infidelium depressionem sinceram devotionem tuam requirimus et ortamur, sic quod civitas ipsa sub nomine et efficaci vocabulo nostro et imperii tua industria tuaque solicitudine et prudentia defendatur et preservetur, et ad ea ferventius animeris; in hoc etiam, ut communitati scribimus, participando et consulendo, prout videris expedire, cum dilectis nostris Iohanne legato et Azone de Vicecomitibus Mediolanensi vicario, quibus seriose commisimus, que expediunt.

Datum Pisis, die vigesimo sexto ianuarii, duodecime indictionis, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Cremone, D. 38. — Vgl. vorher nr. 1115 und unten nr. 1117.

1117. *Ludwig IV verleiht denen von Cremona wegen der beim zuge gegen Mailand geleisteten dienste alle rechte des reichs am flusse Oglio innerhalb ihres gebietes und an Guastalla und Luzzara unter cassirung aller entgegenstehenden verleihungen. Pavia* ***1329*** *iuni* ***21****.*

Ludovicus dei gratia Romanorum imperator semper augustus. Quoniam imperialis maiestas semper extitit liberalis suis fidelibus et devotis, considerantes fidelitatem et devotionem, quam erga nos et nostros antecessores ac sacrum Romanum imperium Cremonenses hactenus habuerunt, et servitia et honores, que ab ipsis nostri antecessores antiquitus ac nos de presenti recepimus, et specialiter venientibus nobis de Tuscia in anno domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, mense aprilis, ad capiendum dominium civitatis Mediolani in nostro adventu nos honorifice receperunt, Padum transeundo, in civitate eorum reverenter et obedienter suscipiendo, et ulterius per Adduam ac alios passus eis passibiles solicite deducendo, nobiscum semper comitantibus nobili viro Ponzino de Ponzonibus milite, consiliario et familiari nostro fideli dilecto, ac aliis pluribus nobilibus dicte civitatis Cremone de consensu et mandato ipsius civitatis, et ut merentibus merita tribuamus, nostro proprio motu et ex certa scientia de gratia speciali dictis Cremonensibus et comuni Cremone omne ius et iurisdictionem, quod et quam habemus ac retro principes habuerunt in flumine Ollii et in rivis ab utraque parte dicti fluminis, damus et concedimus in privilegium pleno iure, quatenus extenditur territorium Cremonense. Ita quod etiam dicto comuni et dictis nostris fidelibus de Cremona liceat dictam aquam Ollii per eorum territorium et districtum, ad quascumque partes voluerint, in eorum territorium derivare et etiam per alienum districtum et territorium, si opportunitas se obtulerit, in dictum territorium Cremone; in quo casu dictum territorium alienum in ea parte comuni et iurisdictioni Cremone subicimus. Non obstante lege aliqua et maxime illa, que lite pendente prohibet supplicare principi; concessiones et data factas et facta de dicto flumine Ollii et ripis eius aliquibus personis specialibus, collegio vel universitati, et specialiter comuni et hominibus de Brixia vel dicto comuni Brixie vel alii persone eorum nomine per Henricum olim

imperatorem predecessorem nostrum et alios predecessores nostros cassantes et auctoritate presentis privilegii penitus irritantes. Concedentes insuper Cremonensibus antedictis et eorum comuni rationibus antedictis omne ius et iurisdictionem, quod et quam habemus ac nostri antecessores pleno iure hactenus habuerunt in castris seu locis Vastalle et Luzarie et eorum et cuiuslibet eorum territoriis, pertinentiis et districtibus, ita et taliter, quod dictis Cremonensibus et eorum comuni liceat dictis locis et castris ac eorum et cuiuslibet eorum territoriis uti, frui, ut ipsi et eorum antecessores hactenus consueverunt; non obstantibus aliquibus concessionibus seu datis factis vel concessis per nos vel per prefatum Henricum imperatorem predecessorem nostrum seu per alios nostros predecessores in aliquas personas, collegia vel universitates, et specialiter in Gubertum olim de Corrigia de Parma, eiusque heredes et successores, et Raynaldum quondam dictum Passerinum de Bonacolsis de Mantua et eius heredes et successores; non obstantibus aliquibus datis et concessionibus etiam factis in predictos Gubertum et Passerinum aliquo tempore per Cremonenses seu commune Cremone; quas omnes concessiones et data auctoritate presentis privilegii cassamus, irritamus et nullius momenti esse decernimus. Statuentes et imperiali edicto sanctientes, ut neque archiepiscopus aliquis, neque episcopus, neque dux, neque marchio, neque comes, neque capitaneus, neque valvassor, neque rector aliquis aut potestas aliqua, neque consules aliqui, neque civitas aliqua aut comune civitatis aliquod, aut aliqua denique persona parva vel magna, secularis vel ecclesiastica, huic nostro privilegio obviare aut aliquo temeritatis ausu presumat eum infringere, aut sepe dictos Cremonenses et eorum comune in omnibus, que dicta sunt, aliquo lesionis modo perturbare aut molestare attemptet. Quod qui fecerit, indignationem nostram et penam sexaginta librarum auri puri se noverit incursurum, medietatem camere nostre et reliquam medietatem passis iniuriam persolvendam. Huius autem nostre serenitatis privilegium gratiosum obtinere volumus et valere nulla lege nulloque privilegio per nostros predecessores concessis obstantibus ullo modo, nec etiam ullis verbis derogatoriis, lege aliqua vel privilegio aliquo, positis vel insertis, etiam si de ipsis lege, privilegio atque verbis mentionem vel appositionem opporteret in hoc fieri specialem; nec etiam ullo huic nostre pagine obstaculo inferrendo, eo quod scriptura purpurea non sit scripta, nec cocti muricis et triti conchilii ardore signata, nec questoris sacri palatii annotatione vallata, aut aliqua alia solempnitas sit ommissa; quia presens privilegium ac singula in eo quomodolibet comprehensa ex certa scientia sic scribi voluimus, ut sunt scripta. In cuius rei testimonium presentes conscribi ac nostre maiestatis sigillo et signo consueto iussimus communiri. (M.)

Datum et actum in civitate Papie, vigesimo primo die mensis iunii, sub anno domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indictione duodecima, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

Presentibus Iacobo de Spanhay Novariensi episcopo, fratre Gualterio Papiensi episcopo, Friderico burgravio de Nuremberg, Ludovico duce de Tech, Friderico comite de Ottingen, Andrea de Brunech', Anfieono Spinola Ianuensi, consiliariis et secretariis nostris dilectis, et Vanni de Suxinana de Ubaldinis, Ramengo de Casate de Mediolano et Castellino de Becharia de Papia, testibus ad hoc rogatis et specialiter convocatis.

Ego frater *Hanricus sacre theologie doctor, fungens officio domini serenissimi imperatoris cancellarii, vice domini archiepiscopi Coloniensis archicancellarii per Italiam recognovi.

Cereda aus dem orig. im archive zu Cremona, C. Ollii et Navigii, A. 80. Die goldene bulle hängt an roth und gelber seide, obwohl dieselbe in der urk. nicht angezeigt ist; dagegen heisst es

in einer sonst gleichlautenden abschrift derselben, ebenda A. 79: *In cuius rei testimonium presens privilegium conscribi iussimus et nostra bulla aurea ac nostro imperiali signo mandavimus communiri.* — Vgl. oben nr. 728. — [1] Abschr. *Birmech*, Brauneck.

1118. *Ludwig IV bestätigt denen von Cremona eine reihe auszugsweise eingerückter privilegien von Heinrich V, Friedrich I, Heinrich VI und Friedrich II ungeachtet der cassirung derselben durch die sentenzen kaiser Heinrichs VII, indem er sie unter vernichtung dieser sentenzen in alle frühern rechte wiedereinsetzt. Pavia 1329 iuni 21.*

Ludovicus dei gratia Romanorum imperator semper augustus. Decet imperatoriam celsitudinem investigare cura vigili circa honores et commoda subditorum; ad eos tamen liberalitatis sue uberiorem munificentiam consuevit et decet ostendere, quos pre aliis purioris fidei ac ferventioris devotionis constantia sibi propensius et intensius reddidit commendatos. Sane inter ceteros nostros fideles imperii manifeste cognovimus civitatem Cremone et cives ipsius civitatis propter eorum virtutes et merita diversis et variis privilegiis a multis nostris retro predecessoribus esse dotatos; in quibus privilegiis expressius vidimus contineri omnia infrascripta: — Primo in privilegio imperatoris Henrici qualiter renovavit et confirmavit etc.[1] — et specialiter confirmavit et renovavit ipsis privilegia Creme, Insule Fulcherii et terrarum ripe Addue. — Et in alio insuper privilegio prefati imperatoris Friderici, qualiter ipse imperator Fridericus predicta omnia privilegia predecessorum suorum, et specialiter imperatoris Friderici avi sui et imperatoris Henrici patris eius predictorum, et sua similiter, et tam universa quam singula, que continentur in eis, de certa scientia et speciali gratia Hominibono venerabili Cremonensi episcopo nomine dicti communis Cremone concessit et stabilitate perpetua confirmavit. — Quapropter considerantes ipsorum Cremonensium, fidelium nostrorum, veram et rectam constantiam ac etiam eorum fidei puritatem, quam semper sacro imperio et etiam nobis ad imperium procedentibus demonstrarunt ac semper continueque demonstrant, ad nos solos suos affectus et effectus totis viribus erigentes, disposuimus nostra clementia eorum honores et iura, exigentibus suis meritis, scriptis presentibus roborare ac etiam ampliare, nec non nova concessione dotare. Noverit igitur universorum fidelium imperii tam presens etas, quam successura posteritas, quod nos nostra liberalitate ac proprio nostro motu eis, quia in fide constantibus, et communi eorum predicta omnia et singula privilegia predecessorum nostrorum et omnia alia iura et privilegia per eosdem nostros antecessores seu alios quoscumque Lombardorum reges eis concessa, nec non iurisdictiones, honores et usantias, sicut hactenus possiderunt vel quasi, seu ius competit possidendi vel quasi, ex certa scientia concedimus, damus et stabilitate perpetua confirmamus ac innovamus et de novo concedimus, ita quod roboris perpetuo obtineat firmitatem, etiam si propter vetustatem vel aliam causam ipsa privilegia, concessiones et iura propriis sigillis seu propria bulla careant; non obstante aliqua cassatione, que facta esse reperiretur de privilegiis suprascriptis sub quavis verborum forma per clare memorie Henricum imperatorem predecessorem nostrum, quam volumus nullius esse valoris, et perinde esse ac si nulla cassatio facta foret. Insuper volumus, commune Cremone et homines ipsius communis debere posse habere libere et pacifice possidere totum eorum episcopatum et districtum, tam in terra quam in aquis, cum omnibus eorum iurisdictionibus, sicuti a triginta annis citra pacifice possiderunt, qualitercumque vel quomodocumque reperiantur ab aliis possideri vel quasi teneri vel occupari; non obstantibus aliquibus privilegiis seu concessionibus per nostros predecessores vel per nos aliquibus personis factis

vel concessis, et maxime privilegiis per prefatum Henricum imperatorem et per nos Raynaldo dicto Passerino de Bonacolsis, olim domino Mantue, suisque heredibus vel successoribus vel communi Mantue, nec non Guberto de Corrigia de Parma eiusque heredibus et successoribus seu aliis personis recipientibus pro predictis; quibus omnibus ex certa scientia per presens privilegium derogamus. Eosdem etiam Cremonenses, collegia, universitates et singulas personas Cremone, nunc imperio et communi Cremone subiectas, in omnibus eorum honoribus, bonis et iurisdictionibus atque iuribus, quos et que habent et ab olim habere consueverunt, in integrum restituimus et reponimus pleno iure, non obstantibus aliquibus sententiis olim factis et latis per prefatum clare memorie dominum imperatorem Henricum predecessorem nostrum; quas quidem sententias ex certa scientia cassamus et totaliter annullamus. Statuentes ut nulla omnino persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, vel quevis alia persona, quovis nomine censeatur, predictos cives et commune Cremone, fideles nostros, contra huius concessionis et confirmationis nostre tenorem super predictis omnibus perturbare, offendere seu molestare presumat, pretextu etiam alicuius concessionis, promissionis vel contractus generis cuiuscumque, facti per commune Cremone vel aliam singularem personam nomine dicti communis aliquibus personis, universitatibus et communibus; que concessiones, promissiones et contractus quantum ad predicta nullam volumus obtinere roboris firmitatem, etiam si privilegio alicuius imperatoris ipse promissiones, contractus et concessiones essent munite; que omnia cassamus et per presens privilegium anullamus. Si quis autem contrafecerit vel contrafacere presumpserit, indignationem nostram et penam mille librarum auri se noverit incursurum, medietatem camere nostre et reliquam medietatem passis iniuriam persolvendam. Huius autem nostre serenitatis privilegium gratiosum et cassationes et renovationes predictas obtinere volumus et valere, nulla lege nulloque privilegio per nostros predecessores concessis obstantibus ullo modo, nec etiam ullis verbis derogatoriis, lege aliqua vel privilegio aliquo, positis vel insertis, etiam si de ipsis lege, privilegio atque verbis mentionem vel appositionem oporteret in hoc fieri specialem; nec etiam ullo huic nostre pagine obstaculo inferendo, eo quod scriptura purpurea non sit scripta, nec cocti muricis et triti conchylii ardore signata, nec questoris sacri palatii annotatione vallata aut aliqua alia sollempnitas sit omissa, quia presens privilegium ac singula in eo quomodolibet comprehensa ex certa scientia sic scribi volumus, ut sunt scripta. In cuius rei testimonium presentes conscribi ac nostre maiestatis sigillo et signo consueto iussimus communiri.

Datum et actum vigesimo primo die iunii, in civitate Papie, sub anno domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indictione duodecima, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

Presentibus Iacobo de Spannhay Novariensi episcopo, fratre Gualterio Papiensi episcopo, Frederico burgravio de Nurenberg, Ludovico duce de Tech, Friderico comite de Ottingen, Andrea de Brunech, Anfieono Spinola Ianuensi, consiliariis et secretariis nostris dilectis, et Vanni de Suxinana de Ubaldinis, Ramengo de Casate de Mediolano et Castellino de Becharia de Papia, testibus ad hoc rogatis et specialiter convocatis.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Creme, B. B. B, — Vgl. oben nr. 1088 und nr. 1106. — [1] Das folgende mutatis mutandis wörtlich übereinstimmend mit der bestätigung Friedrichs II d. d. 1226 iuli, oben nr. 1088.

1119. *Ludwig IV ersucht die gräfin (Ofmei) von Görtz, dass sie die grafen Albrecht, Meinhard und Heinrich von Görtz bestimmen möge, den Ludwig*

von Kamerstein, erwählten von Freising, an den gütern seiner kirche nicht zu hindern. München ***(1340-41)*** *dec.* ***6.***

Von uns dem keiser. ‖ Liebe mûm. Wir biten dich vleizzichlichen, daz du unser lieb ôheim, ‖ Albr., Meinh. und Heinr. grâfen ze Gôrtz, dar an wisest und si bittest, daz si Lud. von ‖ Kamerstein den eletten ze Frisingen niht hindern noch irren an des gotzhuss ze Frisingen guten; und waz si der inne haben, daz si im die ledig lazzen, wan wir sinen und sines gotzhuss nutz und frum gern sehen, und getrawen dir wol, du lazzest in unser geniezzen und du furderst in an sinen sachen, wann er die an dich bring, da tûst du uns sogtan lieb an, der wir dir besunderlichen ze danchen haben.

Geben ze Munchen, an sand Niclaus tag.

Unserr lieben mumen der grefinn von Gôrtz.

Ficker aus dem orig. im statthaltereiarchive zu Innsbruck. Ein siegel in rothem wachs, von dem nur wenige reste erhalten, und ein durch die mitte gezogener pergamentstreifen, der durch das siegel zusammengehalten wurde, schlossen das von rechts und links zusammengelegte schreiben. — Ludwig, bisher irrig von Chamstein genannt, war wohl schon 1340 und sicher 1341 dec. 6 erwählter von Freising (vgl. Meichelbeck Hist. Fris. 2a, 148) und der kaiser in beiden iahren zu München; das iahr ist also zweifelhaft.

1120. *Ludwig IV bestätigt dem Volkmar von Burgstall alle dessen handfesten und nimmt ihn in seinen besondern schutz. München* ***1341*** *nov.* ***22.***

Wir Ludwig von gottes gnaden Römischer kaiser zu allen zeiten merer des reiches. Veriehen und thun kund offentlichen mit disem briefe, daz wir unserm getreuen Volkmarn von Purgstal und allen seinen erben durch seiner getreuen dienst willen, die er uns enunther gethan hat, und auch für bas thun soll, und uns ieczu und unsern kindern und gegenwärtiglichen erziugt hat für uns und für alle unsere söhne und erben alle sein handfeste, urkunden und briefe, die er hat, sie sein über sätze, über eigen oder lehen, oder über zwui er die hat von weilent kunig Heinrichen von Böheim und herzogen in Kärnden und grafen ze Tyrol und ze Görcz, und von kunig Iohannsen von Böheim und von Iohannsen desselben kunig Iohannsen sun mit unsern kaiserlichen gnaden und gwalt bestättiget haben und wellen sie ihn auch an allen ihren orten unüberfahrenlich stet halten mit vollem und ganzen bestättigung diesz briefes. Darüber haben wir ihne, alle seine kinder mit sambt ihr leib und ihr gut in unserer besonderer gnade und in unsern kaiserlichen frieden und schirm empfangen und genommen, daran wir sie gegen männiglich, so in des noth geschehe, also und in der massen besorgen und behalten wellen, daz wir sein ehre haben, und daz auch sie davon nutz, ehre und schirmlichen trost enpfinden. Und besunderlichen wellen wir auch von dem guten und gnädigen willen, den wir zu ihn haben, sie des mit vorderlichen gnaden innen bringen, daz ihre ehre von uns fürbas geauffet und gemehret wird und niht geniedert noch gemindert, und verheisen in das also die kaiserlichen gnaden fest und ewiglichen stets ze halten, noch darwider nimmer ze thun, weder mit uns selbs noch mit anders iemand. Und geben in des für uns und aller unser söhne und erben diesen offenen brief versigelten mit unserm kaiserlichen anhangenden insigeln zu einem ewigen und bewahrten urkunde aller der oben geschriebenen sachen.

Daz ist geschehen ze München des nägsten pfinztags vor sant Catharinen tag, nach Cristus geburth dreyzehenhundert iahre und darnach in dem ein und vierczigisten iahre, in dem sieben und zwainzigisten iahre unsers reiches, in dem vierzehenden unsers kaiserthums.

P. Iustinian Ladurner aus abschr. im statthaltereiarchive zu Innsbruck. — Reg. Lud. nr. 3467. — Vgl. den aufsatz Ladurners über Volkmar im Archive für Gesch. und Alterthumsk. Tirols 2, 134.

1121. *Ludwig IV nimmt Ofmei, herzogin von Kärnthen und gräfin von Tirol, in seinen schutz und bestätigt ihr ihre güter und handfesten und die von ihr gemachten vermächtnisse. Meran 1342 feb. 17.*

Wir Ludewig von gotes genaden Romischer kaiser ze allen zeiten merer des richs. Veriehen offenlichen mit disem brief, daz wir von besondern genaden und durch rehten ffriuntschaft willen, fur uns und unser erben und nachkomen, unser lieb mûmen Offmeyen, herzogin in Kerenden, grefin ze Tyrol und ze Görcz, in unsern schirme und genad genomen haben und nemen ouch mit disem brief. Und durch redlicher und billicher sach willen bestetten wir ir alle die gut, die si hat mit allen den rehten, di dar zu gehorent, swie die genant sint, mit allen punttn und articheln, die vervangen und verschriben sint, als ir hantfest, noderbrief und ander brief sprechent, si sein newe oder alte, die si umb die selben gut hat, die si uncz auf disen tag in nucz und in gewer her bracht hat. Wir wellen ouch, daz ir gescheft, ob si dhains getan hat oder noch tun wurde, bi siner kraft und macht belibe, als ir brief sagent, die si dar über geben hat. Wir verheizzen si ouch an den obgeschriben guten und rehten ze schirmen und ze fristen, und ouch bei irin gescheft ze behalten an aller stat, swo ir des not beschiht, nach ir brief sag, als oben geschriben stet, urchund diss briefs.

Der geben ist ze Meran, an dem suntag nach vasnacht, nach kristus geburt driuczehenhundert iare und in dem zwei und vierczigistem iare, in dem achten und zweinczigisten iare unsers richs, und in dem ffunfczehenden des keysertums.

P. Iustinian Ladurner aus dem orig. im v. Braitenberg'schen archive auf schloss S. Zenoberg bei Meran. Siegel abgefallen. — Reg. Lud. nr. 3472. Vgl. über Ofmei (Euphemia), wittwe herzog Otto's von Kärnthen, den aufsatz von Ladurner im Archive für Gesch. und Alterthumsk. Tirols 1, 107.

1122. *Ludwig IV verpfändet dem Heinrich von Isenburg für dessen hülfe im kriege gegen erzbischof (Baldewin) von Trier und den (gegenkönig Karl) markgrafen von Mähren die reichsiuden zu Gelnhausen. Speier 1347 aug. 14.*

Wir Ludewig von gotts gnaden Römischer keyser zu allen zitten merer des richs. Bekennen offentlichen mit diesem brieffe, das wir mit dem edeln manne Heinrich von Isemburg, unserm lieben getruwen, also geretd haben und über ein kommen sin, das er uns mit allen vesten und slossen und mit aller siner machte warten und dienen sal widder den bischoff von Triere und den marggraven von Merhern, der sich des richs an nympt, und widder alle ire helffer und diener uff sin selbst koste, die wile der kriege weret, und sal sich mit ir dheinem nummer frieden noch sunen one unsern willen und gunste. Und umb dieselben hülffe und dinste haben wir ime geben zweytusent phunt heller, darfür wir ime und sinen erben versetzt haben unser und des richs Iüden gemeinlichen zu Geilnhusen mit allen rechten, uszgenommen des guldin phennings, den sie uns ierlichen von iren liben schuldig sint zu geben, also das sie die gewonliche sture alle iare von inen uffheben und innemen sollen one alle unser und aller menglichs irrunge und hindernisse als lange, bisz das wir oder unser nachkommen an dem riche die vorgenannten Iüden von inen umb die obgeschriben zwey tusent phunt heller gar und gentzlichen erledigen und erlösen. Were auch das der vorgenant Heinrich von Isemburg in der friste, und der kriege weret, abe-

ginge, so söllen uns sin erben mit dem dinste verbunden sin in aller der wise, als er getan solde haben und als vorgeschriben steet. Davon wöllen und gebietten wir den Iüden gemeinlichen zu Geilnhusen, unsern lieben kammerknechten, das sie inen mit irer ierlichen stüre von unsern wegen warten und gehorsam sein und nyemant anders. Und were das wir die selben stüre iemant anders verschüffen von vergesse wegen oder wie das queme, wöllen wir, das das weder crafft noch macht habe und sich nichts daran keren, mit orkunde disz brieffs.

Der geben ist zü Spire, an unser frauwen abent, als sie zü hiemel entphangen wart, nach cristus geburt drützehenhundert iare und in dem sieben und virtzigsten iare, in dem drü und drissigstem iare unseres riches und in dem tzweintzigsten des keiserthums.

Ficker aus beglaubigter abschr. von 1464 im statthaltereiarchive zu Innsbruck.

1123. *Karl IV bestätigt dem Engelhard von Weinsberg dreihundert pfund heller von der Iudensteuer in der Niedervogtei, wie kaiser Heinrich sie den eltern desselben verliehen hatte. Speier 1348 ian. 4.*

Wir Karl von gots gnaden Römischer kunig ze allen ziten merer dez richs und ‖ künig ze Beheim. Veriehen offenlich mit disem brief, daz wir angesehen ‖ haben nutzen und willigen dinst, den uns und dem riche unser liber getrwer ‖ Engelhart von Winsberg bisher getan hat, und noch tun sol und mag in kunftigen ziten, und dar umb so verleihen wir im und seinem erben driw hundert pfunt haller gülde, di wir und daz riche ierlich auf sand Merteinstag haben einzenemen von der stiwer unsr und dez riches kamerknechten, den Iuden in unsr und dez richs Nydervogtei, in aller der weiz, als sein eldern die selben gülde inne gehabt haben und di brief sagent, die gegeben sint von seliger gedethnüsse keyser Heinrich, unsrem liben eltrn vater und vorfarn. Wir gebieten auch den selben Iuden, daz si dem vorgnanten Engelharten und seinen erben mit derselben gulde von unsern und dez richs wegen und niemant anders fürbas wartent seind. Mit urkund ditz briefs versigelt mit unsrem küniglichem insigel.

Der gebn ist ze Speyr, nach Christs geburt driwtzehenhundert und acht und viertzig iar, an dem fritag vor dem zwelften tag, in dem andern iar unsrer riche.

Per dominum cancellarium Iohannes.

Stälin aus dem orig. im fürstl. Hohenlohe'schen archive zu Oehringen. Siegel bis auf ein stück abgefallen. — Vgl. oben nr. 644 die angezogene urk. k. Heinrichs. — Ueber die Niedervogtei in Niederschwaben vgl. Stälin Wirtemb. Gesch. 3, 122.

1124. *Karl IV bestätigt der stadt Cremona auf bitten des reichsvicar Bernabo Visconti privilegien Heinrichs V und Friedrichs I, theils vollständig, theils so weit sie eingerückt sind, und die hergebrachte gerichtsbarkeit. Pisa 1355 feb. 16.*

Karolus dei gratia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex. Ad perpetuam rei memoriam. Regie sublimitatis gratiosa benignitas, et si ad universorum fidelium procurandas utilitates et commoda piis et gratiosis inclinetur favoribus, ad illorum tamen desideria specialius dignatur intendere, qui promptis et indefessis laboribus ac immota mentis et fidei constantia circa sacri promovendum honorem imperii tam devotiores assidui quam promptiores continuo sunt reperti. Sane pro dilectis nobis universitate seu communi et hominibus civitatis Cremone, nostris et imperii sacri fidelibus, quos ferventis eorum fidei devotio, quam dudum pre ceteris ad honorem gesserunt imperii, notos reddit, nobilis Ber-

nabovis de Vicecomitibus de Mediolano, pro nostra maiestate regia Mediolani, Cremone etc. vicarii, nostri et sacri imperii fidelis dilecti, serenitati regie porrecta petitio continebat, quatenus dictis communi et hominibus Cremone privilegia, iura, gratias, libertates, donationes, consuetudines et statuta, que a divis quondam Romanorum imperatoribus et regibus obtinuisse noscuntur, iuxta supplicationis eorum formam confirmare, approbare et etiam renovare seu de novo concedere consueta liberalitate regia dignaremur. — In quorum uno privilegio, videlicet divi quondam imperatoris Henrici quinti, ut verbis eius utamur, expressius continetur, qualiter renovavit et confirmavit Cremonensibus civibus [pro] fidei meritis, quam omni tempore imperio servaverunt, videlicet ea que proprietate locutionis sue Communia vocant, a Buccha Adde usque ad Vulperulam ex utraque parte fluminis Padi; et ut a mari usque Papiam secure ac libere sine molestia alicuius eundi et redeundi et mercandi secundum usum et antiquam consuetudinem eorum cum navibus suis per totum regnum Italie secure vadant. — Item in alio divi quondam imperatoris Friderici privilegio eius utendis verbis dicitur, qualiter Cremonensibus predictis concessit, ut a Cremona deorsum in aqua Padi et in omnibus locis et vallibus, in quibus aqua Padi aliquo tempore derivatur, usque ad mare sive in comitatu Regiensi vel Mutinensi vel Bononiensi vel Ferrariensi vel Ravennatensi ita secure cum omnibus mercationibus, quocumque voluerint, vadant et navigent, ut nullus episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes vel aliqua potestas vel civitas vel castrum vel aliqua persona aliquod theloneum vel supposita vel angariam vel aliquam exactionem ab eis exigant vel invitos eos vel res eorum detineant; habeant quoque ipsi Cremonenses in predictis locis vallibus et aquis vendendi et emendi liberam facultatem. — Item in alio ipsius imperatoris Frederici privilegio taliter explicatur, quomodo idem concessit, dedit et confirmavit consulibus Cremonensibus nomine communis Cremone omnes commoditates et utilitates sive usantias, quas habent vel tenent aut unquam habuerunt vel tenuerunt, tam infra civitatem et suburbia, quam extra civitatem in suo episcopatu et in omnibus terris, locis et castris et aquis, que distringuntur vel unquam districte fuerunt per Cremonam, sive predicte commoditates, utilitates et usantie pertineant ad commune civitatis Cremone, sive ad concives qualescumque sint, sive in terris, sive in aquis, et in consulibus eligendis pro comuni et iustitia facienda, et in omnibus aliis; dedit insuper et confirmavit Cremone tertiam partem Luzarie et Vastalie, et omnes usantias et utilitates, quas prefata civitas et mercatores cives habent vel habere soliti sunt in Pado, sive in suo episcopatu, sive in aliis superius et inferius, sive in pontibus faciendis vel retinendis, sive in collectionibus vel datis ad pontem vel ad commune vel ad mercatores pertinentibus; et insuper aquam Padi et stratas omnes supradicte civitati et civibus bona fide et sine fraude, quotiescumque impedite fuerint, expedirentur et disbrigarentur; quod si aliqua persona vel civitas de disbriganda strata vel aqua mandatis imperialibus obtemperare noluerit, quod imperator iuxta rationem procederet, poneret eos in banno et adversarios imperii iudicaret. — Nos igitur predictorum Bernabovis, nostri vicarii, nec non communis et hominum Cremonensis civitatis, nostrorum fidelium dilectorum, supradictam fidei ac devotionis immotam constantiam, qua sacrum purius prosecuti sunt imperium hactenus et tanto fidelitatis debito futuris temporibus prosequi poterunt et debebunt efficacius, nostre mentis oculo clarius intuentes, dictis communi et hominibus civitatis Cremone supradicta duo prima privilegia in totum et per omnia, tertium vero specialiter quo ad articulum superius explicatum, et maxime dictorum privilegiorum, veris ut apparebat sigillis cereis munitorum, suprascriptos articulos ac tenores in omnibus et singulis eorum punctis et sententiis de verbo ad verbum, ut supraposita sunt, presentibus

litteris de innata nobis clementia ratificamus, approbamus et de novo concedimus seu etiam innovamus. Insuper ut prefati commume et homines tanto se reddant nobis et imperio fidelitati maiori conspicuos, quanto se pluribus conspexerint ab eodem imperio et nobis favoribus et gratiis regalibus communitos, supradictis adiicimus et eis gratiose concedimus, quidquam ad rempublicam ipsius civitatis Cremone pertinet ab antiquo, nec non quod iurisdictio temporalis totius Cremonensis episcopatus et districtus ad ipsam Cremonensem civitatem seu vicarium eius inibi ius reddentem respectum habeat seu pertinere debeat, tam in aquis quam in terris et locis illis ipsius districtus vel episcopatus, scilicet ubi dicta civitas vel eius ibidem vicarius ius reddens in possessione vel quasi iurisdictionis exercende nunc est et a sexaginta annis citra iusta ratione dignoscitur extitisse, vel etiam si principaliter in aliquibus forte locis episcopatus predicti ius idem non possideant, dum tamen ab ipsis ius iurisdictionis in eisdem competere dignoscatur; non obstante si forte ius idem iurisdictionis, ut predicitur, per alios de facto et minus debite occupatur. Supradictam vero confirmationem, approbationem, innovationem seu de novo concessionem ipsis communi et hominibus Cremone facimus, pro ut digne possumus, salvis tamen in singulis premissorum nostris et imperii nec non episcopi et successorum eius et ecclesie Cremonensis et aliarum quarumlibet iuribus personarum. Nulli igitur hominum nobis et Romano imperio subiectorum liceat, hanc nostre confirmationis, approbationis, ratificationis, innovationis, vel nove donationis aut concessionis vel indulti paginam infringere, vel ei ausu temerario quomodolibet contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, preter hoc quod quelibet contrafacta ipso iure censemus irrita, penam centum marcarum auri, solvendam pro media parte camere nostre et alia media passis iniuriam, se cognoverit incurrisse, presentium sub nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum.

Datum Pisis, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, indictione octava, xiiii. kalend. martii, regnorum nostrorum anno nono.

Per dominum Luthomislensem episcopum cancellarium . . Michael.

Cereda aus dem orig. im archive zu Cremona, C. fluminis Padi, K. K. K. — Die eingerückten auszüge sind nicht wörtlich den originalprivilegien entnommen, sondern der bestätigung Friedrichs II oder der damit stimmenden Ludwigs IV, oben nr. 1088 und 1118; um so bezeichnender ist es, dass hier nur drei, und auch diese nicht in der frühern vollständigkeit bestätigt werden.

1125. *Karl IV bestätigt den genannten grafen Cacciaconti die eingerückten privilegien seiner vorgänger und belehnt sie mit angegebenen besitzungen. Siena* ***1355*** *apr.* ***30.***

Karolus quartus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et Boemie rex. Ad perpetuam rei memoriam. Augustalis altitudo et eiusdem excelsa gloria, ab altissimo pro christiani populi salute deifice instituta et feliciter sublimata, quamquam universis fidelibus, quos sacri imperii latitudo complectitur, grata beneficia dignetur impendere et tanto copiosius in subditos sue largitatis donaria propagare, quanto ex huiusmodi distributione largiflua corda fidelium erga sacrum imperium in humili devotione experitur augeri, ad illorum tamen procurandos honores singulari quodam favore inclinatur uberius, quos intemerate fidei firma constantia et inveterata laboris diuturnitas claris testimoniis recommendant. Sane pro parte nobilium Contis olim Binduccii Nuccii, Henrici et Raynerii fratrum et filiorum dicti Binduccii Ranuccii Cacciacontis de Serris, Ranuccii Fatii, Huguccii de Fabrica, Contis Andree et Bini de Petrorio, Manfredi et Blaxii de Palazzolo, Francisci Philippi dicti Galioffo, Gavardi et Ricciardi olim Aldobrandini, Guilielmi Nerii, Petri For-

tisbrachii de Armaiolo, Bartolomei et Contis fratris eius, comitum de Caczacomitibus, nostrorum et sacri imperii fidelium dilectorum oblata nostre celsitudini supplex petitio continebat, quod ipsis et eorum heredibus literas, gratias et privilegia, quas seu que olim progenitores ipsorum a dive recordationis Henrico sexto, Frederico et Ottone quarto olim serenissimis Romanis imperatoribus et ab aliis Romanis regibus et imperatoribus, antecessoribus nostris obtinuisse dignoscuntur, auctoritate imperiali approbare, ratificare, innovare, de novo concedere, confirmare et ipsos comites de contentis in ipsis literis iuxta earumdem formam investire dignaremur. Tenores vero dictarum literarum secuntur in hec verba: Henricus sextus etc.[1] — Item tenores litararum Frederici imperatoris antecessoris nostri sequuntur in hec verba: Fredericus etc.[2] — Item: Fredericus secundus etc.[3] — Item: In nomine etc.[4] — Item tenores literarum Ottonis imperatoris Romani antecessoris nostri sequuntur in hec verba: In nomine etc.[5] — Item: In nomine etc.[6] — Nos igitur Karolus supradictus intemerate fidei firmam constantiam et inveterati laboris diuturnitatem nec non multiplicia probitatis merita et clare devotionis insignia, quibus predicti comites de Caczacomitibus et ipsorum progenitores sacrum Romanum imperium dignis quidem studuerunt honoribus venerari, limpidius intuentes, predictorum comitum petitioni favorabiliter annuentes, eisdem comitibus et ipsorum heredibus omnes et singulas litteras et privilegia predicta et singula in eis contenta, nec non alia castra, fortilitia, territoria, iudicia, alios districtus seu alias villas, iurisdictiones, libertates, immunitates et gratias eorundem; et spetialiter dictis Conti, Nucio, Henrico et Raynerio Binduccii et Conti et Bartolomeo castra Asinalonghe et Scruffiani; Blasio et Manfredo de Palazolo castrum Montis sancte Marie et castrum Palazzoli; Conti, Bino et Andree fratribus castrum Petrorii; et Huguccio de Fabrica castrum Bibbiani, sicut eadem castra omnia et singula iure feudali seu utilis dominii ad predictos comites et eorum heredes spectant et a Romano imperio in feudum dependent, salvis nostris et imperii et quorunlibet aliorum iuribus et rationibus, animo deliberato et ex certa nostra scientia imperiali auctoritate approbamus, ratificamus, innovamus, de novo concedimus, et de innata nobis virtutis clementia generosius confirmamus, eosdem Caczacomites et singulos eorumdem, quos cum bonis et rebus suis in nostram et sacri imperii protectionem recipimus, de premissis omnibus et singulis in quantum a nobis et sacro imperio in feudum dependent, recepto prius ab ipsis et quolibet eorumdem nostro et sacri imperii nomine tactis sacris scripturis homagii et fidelitatis debitis et solitis iuramentis, cum consuetis solemnitatibus investivimus et tenore presentium investimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre maiestatis paginam infringere vel ei ausu temerario quomodolibet contraire, sub pena centum marcarum puri auri, quas ab eo, qui contravenire presumpserit, toties, quoties contrafactum extiterit, inremissibiliter exigi volumus, et earum medietatem nostre imperiali camere, residuam vero partem iniuriam passorum usibus applicari.

Testes huius rei sunt: venerabiles Nicolaus patriarcha Aquilegiensis frater noster, Arnestus archiepiscopus Pragensis, Iohannes Olmucensis, Gherardus Spirensis, Protyuva Seginensis, Egidius Vicentinus et Iohannes Emonensis ecclesiarum antistites; illustres Otto Brunisvicensis, Nicolaus Oppavie, Wladislaus Tesschinensis et Bolko Falkenbergensis duces et Iohannes marchio Montisferrati; spectabiles Iohannes et Albertus Nurembergensis et Burcardus Macdeburgensis, imperialis curie magister, burgravii, Ludovicus de Ottingen, Gherardus Diczensis et Henricus de Swarzburg comites; ac nobiles Czenko de Lipa regni nostri Boemie suppremus marescallus, Godefridus de Eppenstein, Cunradus de Winsberg, Sbinko de Hasemburg et Busko de Wilharticz imperialis camere magistri, Franciscus Ca-

stracanis, Bartolomeus Raynerii de Casalibus de Cortona, Gerlacus dictus Knebel de Kaczenelnbogen, Henricus de Lyndaw, Loddovicus et Robertus de Roccha, Nerius Niccolai dictus Tirannus de Petramala, Franciscus Nerii de Faggiola, dominus Masius quondam domini Roberti de Petramala, Marchus domini Pieri de Petramala, Franciscus Petri de Salimbenensibus de Senis, et alii quam plures nostri et sacri Romani imperii fideles dilecti ibidem presentialiter existentes.

Signum (M.) serenissimi principis et domini domini Karoli quarti Romanorum imperatoris invictissimi et gloriosissimi Boemie regis.

Presentium sub nostre imperialis maiestatis sigillo testimonio literarum. Actum et datum Senis, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, ottava indictione, pridie kalendas maii, regnorum nostrorum anno nono, imperii vero primo.

Banchi aus dem orig. im archive zu Siena. — [1] Folgt urk. Heinrichs VI d. d. 1194 nov. 25. — [2] Friedrichs I d. d. 1185 märz 5; beide wird Stumpf veröffentlichen. — [3] Friedrichs II d. d. 1222 dec. 28; oben nr. 1084. — [4] Friedrichs II d. d. 1220 nov. 25; oben nr. 1082. — [5] Otto's IV d. d. 1210 aug. 28; oben nr. 1072. — [6] Otto's IV d. d. 1211 dec. 28; oben nr. 1073. Die kanzlei, welche überdies beide Friedriche sichtlich zusammenwirft, hat sich nicht einmal die mühe genommen, die privilegien nach der zeit zu ordnen.

REICHSSACHEN.

1126. *Berengar und Adelbert könige (von Italien) schenken ihrem getreuen Raimbald den hof Lovadina in der grafschaft Treviso. Pavia 959 oct. 25.*

In nomine domini dei aeterni. Berengarius et Aldebertus divina favente clementia reges. Si iustis petitionibus nostrorum fidelium aures nostre pietatis inclinamus, ad statum regni nostri pertinere nequaquam ambigimus. Idcirco omnium fidelium sanctae dei ecclesiae nostrorumque, praesentium scilicet et futurorum, universitas noverit, qualiter intuitu ac petitione Lauzonis nostri dilecti fidelis per huius nostri precepti paginam, sicut iuste ac legaliter possumus, concedimus et donamus Raimbaldo nostro fideli cortem unam, quae vocatur Lovadena, iacentem in comitatu Tarvisino, non longe a flumine quod nuncupatur Piave. Praedictam autem cortem Lovadenam iam nominato Raimbaldo, nostro dilecto fideli, ex iure nostri regni pertinentem concedimus et donamus et de nostro iure et dominio in eius ius et dominium modis omnibus transferimus et delegamus, una cum terris, capellis, vineis, pratis, pascuis, silvis, saletis, stationibus, ripis, rupinis, molendinis, piscationibus, montibus, vallibus, planitiebus, aquis, aquarum decursibus, forestis, servis et ancillis utriusque sexus, aldionibus et aldionis*, et cum pensionibus atque cum omnibus, quae dici vel nominari possunt, ad praedictam cortem Lovadenam iuste et legaliter pertinentibus vel aspicientibus in integrum, ut habeat, teneat, firmiterque possideat ipse suique heredes, habeantque potestatem tenendi, donandi, vendendi, alienandi, commutandi, per* animam iudicandi vel quidquid eorum decreverit animis* faciendi, omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur huius nostri praecepti paginam pro aliquo ingenio infringere vel violare tentaverit, sciat se auri optimi libras centum compositurum, medietatem camerae nostrae, et medietatem praelibato Raimbaldo nostro fideli dilecto suisque haeredibus. Quod ut verius credatur diligenterque ab omnibus observetur, manibus propriis roborantes annuli nostri impressione subter insigniri iussimus.

Signum (M. M.) serenissimi Berengarii et Aldeberti regum.

Hubertus cancellarius ad vicem Guidonis episcopi et archicancellarii recognovi et scripsi.

Data octavo kal. novembris, anno incarnationis domini dcccc.lviiii., regni vero dominorum Berengarii atque Aldeberti piissimorum regum viiii., indictione tercia. Actum Papiae. In dei nomine. Feliciter. Amen.

Nach einer neueren von Chlumecky mitgetheilten abschrift.

1127. *Otto bischof von Asti belehnt die genannten consuln von Asti für sich und die gesammtheit der bürger mit der burg Annone. Asti 1095 märz 28.*

Anno ab incarnatione domini nostri Yhesu Christi millesimo nonagesimo quinto, quinto kallendas aprilis, indictione tercia, presencia bonorum hominum, quorum nomina subter leguntur, investituram fecit dominus Oddo episcopus episcopii sancte Astensis ecclesie ad consules Astensis civitatis, scilicet quorum nomina subterleguntur, Lanfranchus, Benzo, Ubertus, Bulgarus, Ubertus iudex, Cresencius, Saracenus, Bonebellus, Bone senior, Bonus homo, tam pro ipsis, quam pro omnibus civibus Astensibus, nominative de castro Noni cum hedificiis et capellis et omnibus hedificiis infra se habentibus, cum villa et omnibus stipendiis[1] ad ipsum castrum pertinentibus, cum terris arabilibus et vineis, pratis, ierbis, silvis tam maioribus quam minoribus, cum areis, pascuis ac stellareis, rippis, rupinis, molendinis, piscationibus cultis, incultis, divisis et indivisis, una cum finibus, terminis, accessionibus et usibus aquarum, aquarum ductibus, cum omni iure ac iacentiis et pertinentiis per loca et vocabula ad ipsum castrum et curtem pertinentibus, omnia in integrum, ita ut omnes cives Astenses habeant in beneficio de parte domini Oddonis episcopi et eius successorum ad communem utilitatem istorum civium et faciant de hinc in antea, quicquid eis fuerit oportunum sine contradiccione eiusdem domini Oddonis episcopi et eius successorum; et adiuvare nobis debet ad habendum istum locum usque in finem.

Factum est hoc infra Aste civitatem, in atrio sancte Marie, in canonica eiusdem ecclesie. Feliciter.

Ego Oddo dei gratia Astensis episcopus *scripsi.

Guillelmus signifer, Rodulfus vicecomes, Rodulfus vicedominus, Obertus de Vigarisio, Azo de Sancto Martino, Obertus de Meglano, Wido comes de Blandrato, Albertus de Tiglole, Rodulfus de Gorzano, Aycaredus de Morocio, Fulcardus de Sancto Albano, Gandulfus, Anselmus de Govono, Oppizo de Rocha sancti Genesii. Feliciter.

Quidem et ego Ubertus iudex ex admonitione istius domini Oddonis episcopi subscripsi.

Ficker aus dem copialbuche der stadt Asti bl. 207 im staatsarchive zu Wien. — [1] Unsicheres wort.

1128. *Friedrich bischof von Halberstadt bestätigt den dortigen marktbürgern angegebene, denselben von seinen vorgängern bereits mündlich verliehene rechte. 1105.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus dei gratia Halberstadensis ecclesie episcopus. Convenit pastoralitatis nostre moderamini omnibus nobis commissis iuste et religiose vivere volentibus paternam sollicitudinem vigilanter exhibere, verbo vite ad iusticiam erudire, necessitati consulere, peticioni eorum honeste et racionabili satisfacere, in omnibus iuxta vires pia semper devotione subvenire. Nostrum est enim, ut quemàdmodum domino disponente constituti sumus preesse, ita subsequenter studeamus, quantum ipso adiuvante possumus, prodesse. Notum igitur esse volumus omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod incole loci nostri, cives videlicet forenses, nos adierunt humili suplicatione postulantes, ut iura et statuta civilia, que antecessores nostri huius sacrosancte sedis episcopi ipsis verbo tantum confirmantes tradiderunt, nos quoque, qui licet

indigni eorum vicem tenemus, dicto, scripto, sigillo roboraremus et stabiliremus. Voluntati itaque eorum et peticioni nos haud deesse debere censentes, concedendo annuimus eis, ut per omnem hanc villam in illorum potestate et arbitrio, sicut antea, consistat omnis censura et mensura stipendiorum carnalium, vendendo et emendo; et quod iuxta rusticitatem vel vulgaritatem lingue burmal vocant, ipsi diligenter observent; pondus et mensuram equam faciant, que non sit abhominabilis apud dominum. Si quid autem natum fuerit questionis et illicite presumptionis de venditione et emptione iniusta, ipsi vel quos huic negotio preesse voluerint, hoc secundum iusticiam exigendo diiudicent et corrigant. Siquis vero plenus iniquitate hec post modum eis infringere et violenter auferre temptaverit, auferat dominus partem illius de libro vite et ab unitate sancte ecclesie maneat extorris. Et ut hec traditio nostra illis firma et inconvulsa permaneat in secula seculorum, hanc kartam inde conscriptam sigilli nostri impressione confirmari iussimus et signari.

Data anno incarnationis dominice millesimo centesimo v., indictione xiii.

Stumpf aus dem orig. im stadtarchive zu Halberstadt.

1129. *Bernhard bischof (von Hildesheim) bestätigt den (flamländischen) ansiedlern zu Eschershausen die ihnen von seinem vorgänger Udo bewilligten rechte. (1133-37) iuni 23.*

In nomine etc.* Notum sit omnibus presentibus ac posteris, quid advene in Escheres-husen in epischopali iure, quid in secularibus negociis observandum sanxerint, a quibus sit iniciatum, sub quo etiam et scripto et inpressione sigilli sit approbatum. Decretum est autem et epischopo et eodem advena populo assensum in idem prestante: — Si quis vir obierit, ut vel ex animalibus eius optimum, quodcumque fuerit, vel si pocius epischopo videbitur unum, quod ex vestimentis eius preciosum magis iudicabitur, in usum transeat epischopi. Porro uxor mortui nubat in domino, nullius potentia seu timore coercita, tantum ut maritus subsequens epischopali debito secundum institutionem non contradicat. — In excolendis quoque agris hanc conventionis legem acceperunt: Quantumcunque aliquis arborum silvestrium deiecerit et eradicatis vepribus seu aliis incommodis in usum redactis, quamdiu solo rastro colitur, nec tributo nec decime subiaceat. Quam cito autem vomere proscissus ager uberiorem fructum attulerit, septem annis tributum nesciat; sed in ipso septimo duos denarios reddat, in octavo quatuor, in nono octo, in decimo solidum et per singulos annos deinceps hanc summam non excedat. — In causis etiam secularibus discutiendis advocatum accipiant, quem discretio episcopi ex gratia utpote exulibus providerit, et ter in anno conçionandi causa conveniant, responsuri sine banno regis et comitis; et si alio conquerente reus aliquis convictus fuerit, advocato tres solidos et conquerenti duos vadiet, gratiam tamen in hiis accepturus. — Si quem de scelere vel aliquo malefacto criminari contigerit, in quo deprehensus non est, septima se manu suorum affinium expurget, aut iuramento tot affines se non habere confirmet sub eadem institutione degentes; et tunc septies iurando vicem illorum suppleat et sit imposite delationis innoxius. — Si quis ad placitum iudicis venire tardaverit vel in placito obstrependo offenderit, si ob hoc inquam pena multandus erit, sex denarios tantum vadiabit. Si autem in primo conventu aliquis defuerit, quando, ut mos est, iudicis confirmatio fit placiti et homines colloquendi et discutiendi causa exire iubentur, si is, qui in confirmatione placiti deerat, superveniens colloquentibus cum eis intraverit, sit excusabilis. — Qui precium possessionis sue comperare voluerit, villico episcopi sex denarios offerat, quod appellant licentiam; eo tamen iure emptor tenendum non ambigat, quo venditor ante possidebat. Quod si malicia villici ad amplius

venditorem coegerit, sub civium suorum testimonio sex iterum denarios ei offerat. Quod si accepturum se pertinaciter negaverit, suspendat eos infra parietes domus sue et recedat. Quem si violentia villici persequens ceperit, assumpto eorumdem civium testimonio probet, se et antea obtulisse et precium, ubi iusticia poscebat, suspendisse; et cum hac excusatione securus abcedat. Porro si aut negligentia incautus aut arrogantia protervus huius instituti decretum non egerit et rebus suis venditis abire voluerit, captus privetur omnibus, que secum detulit, nec plagatus aut alicuius membri imminutione mutilatus. — Si vir virum leserit et si is, qui lesus est, apud iudicem de ea re non egerit, sed insurgens ultusque se illum occiderit et malefacti sui conscius iudicium metu subter fugerit, si infra anni illius spacium nulla satisfactione iudicem sibi reconciliaverit, uxor eius nichilominus bona mariti possideat, et tributum de bonis suis eodem iure, quo vir suus, reddere satagat. — Si quis in alium litigiose deseviens usque ad sanguinis effusionem plagam inflixerit, advocato tribus solidis, plagato duobus satisfaciat. Porro si ad debilitatem usque processerit, advocato item tres solidos, debilitato autem in condigna remuneratione, quanti amiciciam eius faciat, devotus ostendat. — Si querne glandis ubertas advenerit et homo ecclesie in pasturam porcos admiserit, duplicet numerum homo ecclesie, scilicet si sex inponat homo ecclesie, tres adhibeat advena; si ille quatuor, iste duos. Quod si advena egestate cogatur, ut quod imponat non habeat, extranei alicuius pecora assumens, in unius porci acquisitione commodum suum non negligat. Si vero fagina glans prevaluerit, quidquid indigena seu advena domi nutrierit, sine contradictione imponat. — In aquarum discursibus piscari, per ambitus silvarum venari non prohibetur, nisi in foresto episcopi, in quo si quis deprehensus fuerit, quinque solidorum amissione delictum corrigat. — Si quis iter faciens in domo alicuius hospitandi gratia intraverit vel etiam mansionem in eadem diutius fecerit, si ibi obierit, uxori ac filiis eius remaneat eius substancia; si vero heredem in presenti non habet, sint in custodia hospitis reliquie illius annum et diem. Si infra prefinitum tempus quisquam venerit et eo modo, quo iusticia exigit, hereditarium ius ad se pertinere docuerit, reddantur illi; si nullus venerit infra anni circulum, transeant eedem reliquie in usum episcopi. — Si penuria cogente aut subita inimici atrocitate aliquis non habita licentia discesserit, maneat inconvulsa annum et diem eius substantia. Si redierit et pro indisciplina satisfecerit, contradictionem bonorum suorum non patiatur. Si non redierit, alicui suorum eadem bona familiarius et levius per gratiam villici acquirenda non negentur. Quicquid in areis, in agris, sive quibuscumque commodis villicus alicui contulerit, irritum fieri non potest. Et si assumpto civium testimonio aliquis a curia se suscepisse quicquam ostenderit, inconvulsum existat. — In nostre institutionis exordio confirmatum est, epischopum nec advocatum licere aut debere aliquem ex nostris suorum testimonio convincere, sed eorum, qui nostre legis decretum acceperunt. — Exercitui supplementum addere non est iuris nostri, nisi cum episcopus cum rege Alpes est transiturus vel pro patria contra paganos est pugnaturus.

Primam autem pretaxate legis institutionem susceperunt Benzo, Menzo, Immo, Egezo Udone episcopo; confirmationem eiusdem denuo acceperunt Bernardo episcopo cum sigilli annotatione sub anathemate isti: Ouste sacerdos eorundem advenarum; laici: Bertoldus, Franko, Baldwinus, Baldricus, Theodericus; consentiente eorum archipresbitero Willelmo; presente quoque Theoderico presbitero, Bertoldo presbitero, Udone presbitero; laycis liberis: advocato advenarum Bertoldo, Bertoldo, Bernardo vicedomno, Theoderico de Riclinge, Meinfrido; ministerialibus: Egberto camerario et filio eius, Walthero, Folkouldo.

Data mense iunio, vigilia sancti Iohannis baptiste, Lothario imperatore.

Stumpf aus abschr. sec. 13 im cartular von Amelungsborn, bl. 21, im archive zu Wolffenbüttel;

überschrift: *Rescriptum privilegii rusticorum de Eschereshusen, in quo continentur iura hegerorum, quod ecclesie nostre valet.* — Vgl. Lüntzel Gesch. der Diöcese Hildesheim 1, 276. 395. — Nach erwähnung bischofs Udo fällt die erste verleihung zwischen 1079 und 1114; Lothar war kaiser 1133 iuni 4 bis 1137 dec. 3.

1130. *Rainald erzbischof von Cöln erlässt denen von Siena, welche ihm ausser dem fodrum dreizehnhundert mark zahlten, die heerfahrt und bestätigt ihnen erwerbungen zu Poggibonzi und Monteautolo. San Quirico* ***1167*** *apr.* ***27****.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Rainaldus dei gratia sancte Coloniensis ecclesię archiepiscopus, Italię archicancellarius. Universis sacri imperii fidelibus per presentia scripta cupimus innotescere, quod dum in legatione et expeditione domini nostri Frederici invictissimi Romanorum imperatoris per Tusciam versus Urbem procederemus, contigit nos Senensem ingredi civitatem. Senenses vero cum sepenumero magnifica imperio ac nobis servitia impendissent, hoc etiam tempore dominum imperatorem ac nos excellenter honoraverunt; nam preter fodrum episcopatus ac comitatus Senensis, quod persolutum erat, mille trecentas libras nobis persolverunt pro expeditione imperiali. Nos autem pro hac pecunia totam illam expeditionem eis ex parte domini imperatoris ac nostra penitus remittimus. Auctoritate quoque imperiali ac nostra ipsis in perpetuum confirmamus universa, que comes Guido Werra eis legaliter dedit in Podio Bonici; et quod Ranucius de Stagio et filii Soarci eis fecerunt de Monte Agutulo. Statuimus etiam ac firmissime precipimus, ut hec nullus umquam ipsis auferre vel impedire presumat. Et si quis contra id venire presumpserit, c. libras argenti componat, medietatem camere imperiali et reliquam medietatem Senensibus.

Testes huic rei affuerunt: Petrus abbas Ebredunensis de Sancta Cruce, magister Iohannes prepositus, magister Iohannes Sosatiensis, Teodericus comes de Are, Constantinus marescalcus, Arnoldus Cnickeman, Everardus de Ambre, Gerardus advocatus Coloniensis, Consideratus consul Senensis, Guido Marescoti, Fortebracius Malavolti, Rolandus iudex, Aldebrandinus Ioseph, Petrus Fassini et alii quamplures legalis testimonii viri. Utque certiora hec semper ac stabiliora permaneant, presentem paginam manu propria roborantes, auctoritatis nostre sigillo iussimus insigniri.

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis m.c.lxvii., indictione xv., imperante domino Frederico Romanorum imperatore invictissimo, anno regni eius xv., imperii xii. Data apud Sanctum Quiricum, v. kalendas madii. In dei nomine. Feliciter. Amen.

Banchi aus dem orig. im staatsarchive zu Siena, serie del diplomatico ad a. 1167. Das siegel fehlte schon 1332.

1131. *Genannte Cremoneser beschwören dem kaiser Friedrich, der Cremona wieder in seine gnade genommen, und dessen curie angegebene summen in angegebener weise zu zahlen. Vor Castel Manfredo* ***1186*** *iuni 8.*

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo sexto, indictione quarta, die dominico, octavo mensis iunii. Otto de Comite et Otto Curtese consules communis Cremone, Albertus Struxius[1], Homobonus de Trizia, Pontius de Giroldis, Bernardus Pizinus, Surdus de Vallariis, Girardus Faber, Iohann de Conrado, Nicola de Moro, Petrus de Suspiro, Otto de Casalimorano, omnes de civitate Cremona, iuraverunt manibus propriis ad sancta dei evangelia adversus dominum Fredericum Romanorum invictissimum imperatorem augustum eo modo, quod ipsi per se aut per eorum certum missum a parte

communis Cremone propter pacem et concordiam, quam cum eis fecit, quando ipse erat in obsidione castri Manfredi, dabunt in Papia in casa Gaiferii Ysimbardi aut in casa Iacobi fratris sui, si ipse Gaiferius non adfuerit, ipsi Gaiferio et Iacobo vel illi nuntio, quem dominus imperator ordinaverit, libras mille quingentas denariorum bonorum imperialium, medietatem usque ad festum apostolorum Petri et Pauli de iunio proximum, et aliam medietatem in kalendis augusti proximi. Item iuraverunt predicti omnes, quod ipsi dabunt libras trecentas curie imperatoris denariorum bonorum imperialium ad quindecim dies proximos post receptam gratiam domini imperatoris, quam vero gratiam receperunt hodie. Et addiderunt in ipso sacramento, quod ipsi facient consulibus Cremone sociis suis et toti credentie Cremone facere consimile sacramentum de dando ad predictos terminos omnes denarios, et hec ita attendere et adimplere habent bona fide et sine fraude illis scientibus, nisi quantum remanserit per parabolam predicti domini imperatoris vel eius certi missi, et secundum quod eis aut misso parabolam dederint et terminum mutaverint. Ipsi ita attendere et observare habent bona fide sine fraude illis scientibus, si deus illos adiuvet et illa sancta dei evangelia. Et hoc idem sacramentum fecerunt eodem die Ambrosius de Scandolaria, consul communis Cremone, Todescus Sagittaclericus, Girardus de Burgo, Ottolinus de Persico, Guidottus de Baldezonis, Martius de Brodulano, Barozius de Burgo atque Wilielmus de Belloto.

Actum subtus tentorium domini imperatoris, quando erat in obsidione castri Manfredi.

Predicti consules et alii hoc instrumentum fieri preceperunt.

Interfuerunt Gotifredus domini imperatoris cancellarius, Wuilielmus Astensis episcopus, Bernardus Parmensis episcopus, Ubertus Vicecomes de Placentia Mediolani potestas, Bonifacius marchio Montisferrati, Supramons marchio, Opizo Novellus, Bernardus Balbus consules Placentie, Wuilielmus Burrus, Wuilielmus de Osa de Mediolano, et multi alii testes.

Cereda aus abschr. im archive zu Cremona, Cod. sign. † nr. 1. — Vgl. oben nr. 153. 893. — [1] Hs. *Trussus*.

1132. *Die von Asti und markgraf Bonifaz von Montferrat unterwerfen sich bezüglich ihrer streitigkeiten dem schiedsspruche des Thomas, castellan von Annone, und anderer genannter.* ***(1193.)***

Hec sunt tria scripta in una carta. In nomine domini nostri Yhesu Christi. Discordia que vertebatur inter homines [Astenses] et Bonifacium marchionem Montisferrati posita est ab ipsis hominibus Astensibus et marchione Bonifacio ad concordandum in domino Thoma castellano Noni et Rogerio de Curia et Scarampo et Ogerio Catanico Valentie et Raynerio de Grana. Qui Rogerius, Scarampus, Ogerius et Raynerius iuraverunt supra dei evangelia, omnes querimonias que coram eis fient ex parte Astensium et ex parte marchionis bona fide et sine fraude ad concordiam reducere, et si de hoc isti quatuor non possent se concordare ad invicem inter se, dominus Thomas debet esse cum eis ad hanc concordiam faciendam. Et si isti quinque inter se non possent se concordare, debent communiter et communi eorum voluntate eligere unum sapientem, qui secundum rationem discordiam istam difiniat et decidat.

Hec sunt nomina obsidum, quos marchio Bonefacius Montisferrati dedit in manibus domini Thome et Rogerii de Curia et Scarampi, Ogerii Catanici et Raynerii de Grana pro illa concordia, quam fecerint inter se et homines Astenses observanda: Biglus de Taurino, Guillelmus Nascus de Taurino, Rattus, Simplex de Canelio, Iacobus de Cellis, Guillelmus de Caliano, Gualla Pastronus, Obertus Siccus de Vignale. Qui omnes iuraverunt supra

dei evangelia esse et stare in ostadio predictorum Thome, Rogerii, Scarampi, Catanici et Raynerii, quandocunque isti omnes vel dominus Thomas per parabolam illorum omnium diceret eis, ut starent in eorum ostadio, et ubicumque ipsi omnes vel dominus Thomas per parabolam omnium eorum diceret eis, quod starent in eorum ostadio, isti stare debent, nec inde se removere sine licencia omnium illorum vel sine licencia domini Thome data eis per parabolam omnium aliorum.

Hec sunt nomina obsidum, quos Astenses dederunt in manibus domini Thome et predictorum quatuor cum eo pro predicta concordia ex eorum parte observanda: Obertus de Vivario, Iacobus de Vivario, Gualla Boyanus, Anselmus filius Mussi de Curia, Guillelmus filius Ottonis de Sicardo, Rufinus Bayverius, Iacobus de Nantico, Gualla Lanfranchinus. Qui omnes illud idem iuraverunt de ostadio, quod supra dicti obsides marchionis, observare, si deus illos adiuvet et sancta dei evangelia. Et de hoc sunt due carte incise per alfabetum.

Ficker aus dem copialbuche der stadt Asti bl. 263′ im staatsarchive zu Wien. — Dieses compromiss dürfte einem in demselben copialbuche bl. 361 enthaltenen vertrage von 1193 apr. 11 vorausgegangen sein, welchen Thomas apr. 13 bestätigte; vgl. oben nr. 899.

1133. *Thomas castellan von Annone entscheidet auf befehl des kaisers und als gekorner schiedsrichter mit andern genannten streitigkeiten zwischen dem markgrafen von Montferrat und der stadt Asti. Alba* ***1197*** *feb.* ***11****.*

Anno domini millesimo centesimo nonagesimo septimo, indictione quintadecima, quod fuit tercio idus februarii. In nomine patris et filii et spiritus sancti in perpetuum. Super lite et discordia sive controversia, que vertebatur inter dominum Bonefacium marchionem Montisferrati et consules Aste nomine comunitatis, qui sunt Iacobus Pallidus, Bayamondus Careocius, Raymondus Layolius, Ratio de Asinariis, Petrus Cicia, Otto Monachus, Iacobus Thomas et Rodulfus Durnaxius, pro qua de mandato serenissimi domini nostri domini imperatoris erant ante castellanum Noni Thomas* pro iusticia facienda. — Nos videlicet Thomas predictus castellanus et Maynfredus marchio de Saluciis et Almosna dei gratia Astensis ecclesie prepositus et nobiles cives de Alba, scilicet Anselmus Merlus et Thebaldus de Brayda et Lanfranchus Mellus atque Pautrerius ab utraque parte electi ad concordiam faciendam, pro qua predictus marchio Bonefacius et consules Astenses, scilicet Iacobus Palius, Bayamondus Careocius sindici atque procuratores constituti, conservanda iuraverunt stare nostro mandato, sic statuimus, sic ordinamus et sic componimus ab utraque parte, scilicet ab Astensibus et a marchione, contra omnem hominem firmiter salva fidelitate imperatoris observari, sicut infra scriptum habetur et continetur. Discordia namque talis erat, quia petebat predictus marchio Montisferrati a consulibus Astensibus nomine civitatis quartam partem civitatis Ast pro indiviso et feuda Sancte Marie, que emerant a vassallis suis, que iacent iuxta flumen Verse. Item petebat castrum Rochete, castrum Montisalti, castrum Viglani, castrum Curtecumarii, castrum Malemortis; conquerebatur de pace fracta. Consules vero Astenses petebant a prefato marchione Montisferrati ex parte civitatis castrum Feliciani, castrum Vignalis, terram que fuit marchionis Ardizonis et filiorum, que iacet etiam citra Padum et ultra Padum; conquerebantur de marchione de mille libris argenti pro pena; conquerebantur de parte, quam habebant in Montebersario, et de castro Laureti et eius comitatus*; item de pecunia, quam debebat hominibus de Aste, et de redemptionibus eorum, qui capti fuerant, que omnia dictus marchio Bonefacius reddere promiserat. De his omnibus, que marchio Bonefacius Montisferrati petebat et petit, sic statuimus et sic componimus et sic fieri precipimus. Civitatis quartam et feuda et alienata

Astenses cives sicut tenent, teneant, salva marchionis Montisferrati iusticia. Castrum Rochete et castrum Montisalti sicut tenent, teneant, salva similiter dicti marchionis Montisferrati iusticia. De castro Viglani dicimus, qui tenent a marchione Bonefacio, ei serviant, et sicut tenent, teneant; qui tenent pro civitate, civitati serviant et respondeant; cives de civitate, qui habent in castello cum villa, libere sicut tenent, teneatur; et castrum in quo statu nunc est, perseveret. De castro Malemortis et castro Montisbersarii sic statuimus, ut marchio Montisferrati et qui tenent a marchione, et civitas et qui tenent a civitate, velut consortes teneant et possideant, et alter alteri, scilicet cives Astenses marchioni et marchio civibus Astensibus, ad invicem subserviant. De sediminibus castrorum et villarum dicimus, ut si questio orta est vel oritur, per antiquiores homines de locis et veraciores terminetur. De castro Curtiscomarii dicimus et ordinamus, ut neque a marchione, neque a civitate munitio sive castellum fiat; qui tenent a marchione de dominicatu suo et redditibus suis fodrum non solvant civitati; homines vero eorum, qui tenent a marchione, cum aliis hominibus Curtiscomarii sint de posse et districtu civitatis. De his vero, que petebant et petunt consules Astenses ex parte civitatis a marchione Montisferrati, sic statuimus, sic ordinamus. Castrum Feliciani confitetur Bonefacius marchio Montisferrati tenere pro feudo a civitate; et ideo homines de Feliciano sive populus eiusdem loci faciant fidelitatem civitati salva fidelitate marchionis, sicut in pace marchionis Guillelmi et eorum pace olim statutum fuit. Et de castro Vignalis et de terra marchionis, sicut marchio Bonefacius tenet, teneat salva civitatis iusticia. De castro Laureti et eius comitatu, cum venerit ad dominicatum marchionis Montisferrati, Astenses eum possint convenire, si voluerint, et marchio inde eis respondere teneatur. Pecunia nanque creditorum et redemptiones civium, qui capti fuerunt, sic solvantur, sicut in predicta pace marchionis Bonefacii et Iacobi Stricti potestatis Ast ordinatum fuit, videlicet in pedagio Montisbarucii. De pedagio vero dicimus, ut restituat, quod accepit, infra duos annos ad certum terminum, videlicet ad proximum festum futurum sancti Laurencii quartam partem, et ad festum proxime purificationis beate Marie aliam quartam partem, postea vero a festo proximo sancti Laurentii usque in ultimum annum aliam quartam partem, et a festo proximo purificacionis usque in unum annum aliam quartam partem, ita ut totum illud, quod de pedagio accepit, tunc sit restitutum; soluta vero pecunia creditorum et aliorum hominum quarta pedagii Montisbarucii pars Astensium civium sit. Granum et omnia alia, que marchio Montisferrati abstulit civibus civitatis Ast a tempore, quo compromissum fuit in Thomam castellanum Noni, marchio Bonefacius restituat. Si ante compromissum aliqua accepit, restituat similiter, vel cum his, quibus abstulit, amicabiliter conveniat. Item statuimus, ut consules civitatis Aste marchionem Bonefacium Montisferrati in civem recipiant et domum in civitate habeat, pro qua teneatur* ipsum marchionem et eius heredes et eius terram contra omnem hominem defendere. Et a modo de missionibus, quas facient Astenses de statu civitatis, cum fodrum in civitate acceperint et a civibus, marchio Bonefacius solvat et teneatur solvere fodrum eis de mille libris. Item statuimus, ut si marchio predictus ab his qui longe et ab his qui prope pulsatur sive iniuriatus fuerit, ipse per se et suos primum iusticiam et satisfactionem querat, et si per se et suos habere non poterit, cum consilio civitatis iniuriam vindicet, donec rehabeat sua. Et cives teneantur de civitate Aste et de locis et possessionibus, quos tenent, usque in finem suis missionibus eum iuvare. Si vero marchio Montisferrati absque eorum consilio guerram inierit, non teneantur hoc onus subire. Illud idem de prefato marchione versus civitatem dicimus, quod marchio de persona et tota terra sua et de locis et de possessionibus, quas tenet, similiter teneatur civitatem suis missionibus iuvare. Item sta-

tuimus, ut marchio Montisferrati consules civitatis nomine civitatis in habitatores sue terre recipiat, pro qua habitatione teneatur defendere contra omnem hominem eos nomine civitatis et civitatem et totam terram civitatis salva fidelitate imperatoris. Item statuimus de controversiis, que oriuntur et oriri possent a civibus Astensibus versus homines Montisferrati et ab hominibus Montisferrati versus cives Astenses, ut cives Astenses a marchione et eius nunciis iusticiam recipiant, et homines Montisferrati ab Astensibus consulibus et eorum nunciis iusticiam similiter recipiant, vel persone ab utraque parte eligantur, a quibus controversie decidantur infra certum tempus. Predicta omnia superius scripta precipimus ab utraque parte, scilicet a marchione Montisferrati et ab Astensibus, in perpetuum observari. Si vero marchio vel consules nomine civitatis Aste predictam concordiam et pacem non observaverint unus adversus alterum contra omnem hominem salva fidelitate imperatoris, predicta omnia irrita sint et evacuentur. Et donec pacem statutam alter alteri servaverit in predictis, marchio Montisferrati non conveniat civitatem, nec civitas marchionem. Et de quinto in quintum annum pactum istud iuramento renovetur et confirmetur.

Actum in Alba, in ecclesia sancti Laurencii, ubi fuerunt plures testes: Ubertus comes de Blandrato, Maynfredus marchio de Buscho, Guillelmus marchio de Boscho, Martinus de Revello, Iordanus de Aliano, Manfredus de Drua, Anselmus Bonipetri de Alba, Drochus Palius et Rogerius Cayrosius, Lotherius, Iacobus de Vicario de Aste, Ubertus de Platis, Bayamondus de Platis et Petrus Becharius.

Et Guillelmus Cogmine* notarius de Primeto *fuit et iussu domini Thome Noni opidani, Maynfredi marchionis de Saluciis et Almosne gratia dei Astensis ecclesie prepositi et Albensium virorum, videlicet Anselmi Merli et Tebaldi de Brayda et Pautrerii atque Lanfranchi hoc instrumentum scripsit.

Ficker aus dem copialbuche der stadt Asti bl. 361′ im staatsarchive zu Wien.

1134. *Thomas, castellan von Annone und bote des kaisers, spricht die consuln von Asti und andere von den wegen des streites zwischen Asti und dem markgrafen Bonifaz von Montferrat verbürgten tausend mark silber los. Asti* ***1197 feb. 16.***

Anno millesimo centesimo nonagesimo septimo, indictione quintadecima, die dominico, quarto decimo kal. martii, presentia infrascriptorum testium. Dominus Thomas castellanus de Nono et nuncius domini imperatoris absolvit Astenses consules* et iusticie et Astensem episcopum et Albenses consules et omnes cives Astenses, qui pro communi de Aste ei tenebantur, a securitate mille marcharum argenti, de qua ei pro communi de Aste tenebantur de causa, que inter consules de Aste nomine communis de Aste et Bonefacium marchionem Montisferrati vertebatur ante ipsum Thomam. Et si aliqua carta inde in aliquo tempore inveniretur, ipse Thomas dixit, quod vult eam ulterius esse vanam et nullius momenti.

Actum urbe Aste ad portam Archus ante domum Rolli de Fontana et Iacobi Frenarii et Iacobi de Razano. Testes Guillelmus Dompnetus, Robaldus Maruchus, Orandus de Quatorde, Donadeus de Saluce et plures alii.

Et ego Iacobus Boviculus notarius hanc cartam scripsi.

Ficker aus dem copialbuche der stadt Asti bl. 207 im staatsarchive zu Wien. — Vgl. nr. 1133.

1135. *Iohann Struzius, podesta von Siena, beschwört die vom legaten Wolfger von Aglei denen von Siena vorläufig belassenen burgen und die grafschaft*

dem könige Philipp oder dessen boten bei deren ankunft auszuliefern. Poggibonzi ***1208 mai (24).***

In nomine veri dei etc.[1] — Post fidelitatem factam a Senensibus et resignationem predictorum et eorumdem reconnissionem, ego Iohannes Struzius Senensium potestas iuro ad sancta dei ewangelia, quod bona fide et sine aliqua fraude restituam domino regi Philippo vel nuncio eius venienti Senas cum trecentis militibus castra et comitatum, sicut supra ordinatum est et in scriptis redactum in concordia facta inter dominum regem Philippum et Senenses; et quod fatiam successorem meum ita iurare, si per me completa non fuerint; et hoc sacramentum feci in castro Podii Bonici, presentibus domino Alberto Struzio, domino Stradegotto, domino Russo Melluze, Iacob Hildebrandini, Ranutio Philippi, Bartholomeo Reinaldini, Uberto Gilii, H. de Smalneg, Eb. de Lut., Walterbertoldus, Eleazar testibus.

Ego Albertus notarius predicti patriarche his omnibus interfui et hoc privilegium scripsi de mandato domini mei W. Aquilegiensis patriarche.

Banchi aus dem orig. im staatsarchive zu Siena. — [1] Es geht der gesammte vertrag vom mai 23 vorher, wie er oben nr. 915 ohne wesentliche abweichungen mitgetheilt ist.

1136. *Die von Siena melden dem Wolfger patriarchen von Aglei und legaten ganz Italiens, dass sie bereit seien, dem könige Otto den treueid zu leisten, bitten aber die reichsbesitzungen bis zur ankunft des königs in ihrer hut zu belassen und ihnen nachzulassen, was er im verflossenen iahre bewilligte. Siena* ***1209*** *iuli* ***3****.*

Vobis karissimo domino nostro patriarche Aquilegiensi, legato per totam Ytaliam serenissimi domini nostri Ottonis dei gratia Romanorum regis et semper augusti. Bartholomeus Renaldini Senensis potestas una cum consulibus militum et consulibus placiti et cum generali consilio et toto communi civitatis Senensis, devoti fideles im[perii]. Duximus dominationi et excellenti paternitati vestre super petitione, quam nobis facitis pro serenissimo domino rege Ottone, pure et fideliter respondere. Cum sincera devotio et fidei puritas sit in nobis et affectus uberrimus serviendi, et cum circa obsequia serenissimi domini nostri regis Ottonis et nuntiorum eius ferventi affectione simus prompti hunanimiter et parati, affectamus affectu purissimo suis et vestris parere mandatis, volentes et offerentes nos ad prestandas fidelitates pro nominato domino nostro rege ad dictum excellentie vestre. Et ut affectus noster plenius pateat et in publicum deducatur, de tenutis, quas possedit in comitatu Senensi felicis memorie dominus Henricus olim Romanorum imperator, sic providimus dubietati nostre et comodo imperii et serenissimi domini nostri regis Ottonis et vestro, ne forte ante desideratum adventum eius, si in potestate traderentur aliorum, pressuram vel incomodum ab inimicis et circumstantibus et emulis pateremur vel non caute custodirentur, quia non videmus, quod interim per alios possint salvo custodiri, nisi per nos, petimus ab excellentia vestra, ut nos custodiamus eas, sicut nunc custodimus, ad honorem domini regis, prestaturi vobis fidas et idoneas cautiones et sufficientes, quod eas libere et expedite reddemus domino regi in adventu suo, si sibi placuerit. Insuper petimus, quod remittantur nobis ea omnia, que paternitas vestra nobis remisit anno preterito, sicut continetur in privilegio, quod nobis fecistis. Super hiis igitur, que desiderio desiderabili facere exoptamus, supplicamus excellenti paternitati vestre, quod consilium amatorum imperii perquiratis, remotis odiosis et emulis nostris, et ea circa nos devotissimos fideles agatis, ut serviendi et per omnia devote parendi nobis crescat et in immensum augeatur affectus.

Ego Dainese iudex et notarius, quod supra continetur, de mandato dicte potestatis Senensis mihi coram Philippo Malavolte, Ranuccio eius filio, Iacob Ilde., Yosep, Guinisio Donosdei, Aringerio Sinibaldi, Guidone Mariscocti, Guidone de Palatio et pluribus aliis rogatis testibus iniuncto, scripsi et in publicam formam redegi.

In anno domini m.cc.viiii., die v. nonas iulii, indictione xii.

Banchi aus dem staatsarchive zu Siena, sezione del diplomatico, provenienza delle riformagioni. — Vgl. oben nr. 917 die übersetzung; die gütige vermittlung Wüstenfelds ermöglichte es mir, diese und die folgende urk. im originaltexte mittheilen zu können. — Die angezogene urk. oben nr. 915.

1137. *Wolfger patriarch von Aglei und legat ganz Italiens antwortet denen von Siena, dass er die reichsbesitzungen nicht in ihren händen lassen könne, bezüglich seiner früheren zugeständnisse darauf hinweisend, wie mit dem ende des thronstreites sich die verhältnisse geändert hätten. Siena 1209 iuli 4.*

W. dei gratia sancte Aquilegensis ecclesie patriarcha et domini regis Ottonis in imperatorem electi per totam Ytaliam legatus. Vobis Bartholomeo Raynaldo potestati Senensi, consulibus militum, consulibus placitorum, generali consilio et toti comuni civitatis Senensis. Super petitionibus vestris sic duximus respondendum. Cum serenissimo regi Ottoni sinceram devotionem et animi puritatem circa ipsum et circa suorum nuntiorum obsequia et voluntatem serviendi vos habere proponatis, gauderemus plurimum et in animi exultatione prorumperemus, si verba factis concordarent et in exibitione operum declararetur vestre dilectio sinceritatis. Set quia nos labiis honoratis, cor autem vestrum longe a nobis esse videtur, dolemus propter vos, quos sincero corde diligimus propter impensa iamdudum nobis servitia et honores, propter quos vos caros habemus admodum et acceptos, firmo gestantes proposito, vestris obsequiis obsecundare et in hiis, quibus cum honore imperii vos honorare possemus vel in aliquo deferre, nullam penes nos potuissetis invenisse repulsam. Verum cum vos ad faciendas fidelitates domino regi requisissemus, si series vestre responsionis ulterius non protenderetur, que est, quod vos unanimiter et affectu purissimo parati estis suis et nostris velle parere mandatis, asserentes dicto domino regi et facere volentes fidelitates, honorem vestrum illesum servare et, quod maiestatem regiam deceret, vos velle facere videremur. Set quod postmodum a nobis per vos petitur, ut tenutas possessionum ad imperium pertinentium, quas post mortem felicis memorie Henrici imperatoris occupastis, vobis relinquamus custodiendas, cum ad eas recuperandas simus destinati, non possumus patienter salvo nostre legationis officio exaudire, cum sine alicuius impedimenti molestia de hiis omnibus, que ad imperialem pertinere dinoscuntur iurisdictionem, nos intromittere debeamus. Cum igitur fines mandati transgredi non possimus et superstitiosa adinventione vel conventione iura imperii et possessiones in detrimentum* velimus imperii recuperare, de consilio fratrum nostrorum episcoporum, comitum et aliorum baronum nobis assistentium, quos vere fideles imperii esse cognovimus, vestras petitiones non duximus admittendas. Quod autem ulterius petitur, quod vobis remittamus, quod anno preterito concessimus, non expedit causae vulneratae remedium querere, cum iam non simus, quod fuimus, cum iam non duo simul regnent, set Octo, post Octo, quartus nunc imperat Octo.

Et ego Porphidius imperialis aule notarius de mandato domini W. Aquilegensis patriarche et regalis aule per totam Ytaliam legati, qui mihi, sicut superius continetur, coram episcopo Ymolensi, episcopo Cervinensi, comite Ildebrandino, archidiacono Vulterranno, et Andrea canonico Ymolensi scribere iussit, scripsi et in formam publicam redegi.

Sub anno domini millesimo cc.viiii., indictione xii., die quarto intrante mense iulii, Senis, in ecclesia sancti Petri.

Banchi aus dem staatsarchive zu Siena, sezione del diplomatico, provenienza delle riformagioni. — Vgl. oben nr. 918 und 1136.

1138. ***(Wolfger) patriarch von Aglei antwortet in erdichtetem schreiben dem pabste (Innocenz III) auf dessen aufforderung, als legat weniger streng vorzugehen und den kaiser Otto zur zurückgabe des herzogthums Spoleto, der mark Ancona und der grafschaft der Mathilde zu veranlassen. (1210 apr.)***

Artificiosa excusatio patriarche Aquilegensis super hiis, que papa sibi proposuerat. — Dum nexus astringitis mandatorum, quibus nec ligari valeo, nec disolvi, anxior et suspiro, quia hinc preceptum imperiale me cogit, inde apostolicum me coartat; unde non possum distinguere, quid sit deo vel cessari in hac parte reddendum. Intimastis nempe mihi sub quodam velamine figurato, quod in mee legacionis officio rigorem debeo temperare, maxime cum et arcus non semper debeat esse tensus. Scio nempe, quod in obsequiis imperii pharetram pure fidelitatis et arcum servicii deportavi, neminem in occulto sagittans. Sed arcus meus viribus iam prīvatur, quia colle bitumine disoluto capitella mollescunt, que cordam tensam in suo robore detinebant, et propter senectam et senium debilitata sunt brachia sagittantis. Sed arcus legacionis huius non est meus, sed est arcus imperii, quem non tendo, neque relaxo, sed ipsum tensum cum summa sollicitudine conservare laboro, timens, ne decurtentur penne in ligno, quia sagittam continet equitatis. Hunc siquidem arcum me apprehendere suasistis, quoniam precepto vestro coactus illustri O. imperatori fidelitatem iuravi, et in hoc fuistis causa efficiens et materia inductiva. Demum si non possum eum inducere ad restituendum ecclesie Romane ducatum Spoleti, marchiam Anconitanam et comittatum comitisse Matildis, vobis est, non mihi, sine dubio imputandum, quia quondam super ipsum habuistis plenitudinem potestatis, sed ego defero pondus officii, quod pendet ex arbitrio alieno.

Ficker aus Boncompagni Boncompagnus lib. 3 tit. 14, hs. sec. 13 der hofbibliothek zu München, cod. lat. 23499 bl. 23′. — Vgl. oben nr. 1066. Die stellung, welche der verfasser den patriarchen einnehmen lässt, stimmt durchaus mit andern nachrichten; vgl. insbesondere Innocentii epp. l. 12, ep. 78. Der brief wird in den april 1210 zu setzen sein; märz 30 führt Wolfger wieder den titel eines legaten, und wird dann erst wieder mai 2 beim kaiser genannt; in der zwischenzeit dürfte er wieder als legat thätig gewesen sein, dann aber Italien verlassen habe.

1139. ***Pabst Innocenz bevollmächtigt den bischof von Parma, den der kirche von Piacenza zustehenden theil der gerichtsbarkeit zu Crema dem bischofe von Cremona zu übertragen, weil die stadt Piacenza mit dem kaiser Otto die kirche verfolge. Lateran 1212 apr. 16.***

Innocentius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri . . Parmensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Cum civitas Placentina in sua pertinacia perseveret et cum O. dicto imperatore Romanam ecclesiam persequatur, fraternitati tue presentium auctoritate mandamus, quatinus in penam ipsius, si videris expedire, iurisditionem, quam eius ecclesia pro minori parte habet in Crema, committas venerabili fratri nostro . . episcopo Cremonensi, qui maiorem partem iurisditionis habet in illa, ut ea vice nostra fungatur, donec super hoc aliud duxerimus disponendum; contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per censurum ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Datum Laterani, xvi. kalendas maii, pontificatus nostri anno quintodecimo.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Creme, G. 63.

1140. *Pabst Honorius III belobt die von Cremona, weil sie sich den mahnungen und befehlen des Hugo, cardinalbischof von Ostia, fügten. Lateran* ***1219*** *ian.* ***30.***

Honorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis . . potestati et populo Cremonensi salutem et apostolicam benedictionem. Devotionem vestram dignis in domino laudibus commendamus, gratiarum vobis actiones uberes exolventes, quod monitis et mandatis venerabilis fratris nostri . . Hostiensis episcopi, quem ad vos transmisimus, humiliter sicut idem episcopus asserit paruistis. Propter quod favorabilem exhibuistis vobis ipsum episcopum ecclesie dei membrum precipuum, ad honorem et exaltationem civitatis vestre utiliter intendentem, nosque vobis tenemur impendere gratiam largiorem. Sane universitatem vestram monemus, hortamur et rogamus attente, quatinus universis monitis et mandatis ab eodem episcopo faciendis, cum non nisi ad vestram perpetuam pacem et tranquillitatem intendat, benigne sicut fecistis hactenus intendatis, ita ut ad commodum et honorem vestrum eo fortius accendamur, quo vos inclinatis humilius ad nostra et eiusdem episcopi suscipienda mandata.

Datum Laterani, iii. kal. februarii, pontificatus nostri anno tertio.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Cremone, G. 60. — Vgl. oben nr. 939 ff.

1141. *Eberhard von Lautern, bote des königs von Pavia aufwärts, befiehlt denen von Alba keinen kreuzzug gegen die Astenser zu unternehmen, noch mit denselben vor seiner eigenen bevorstehenden ankunft eine sühne zu schliessen.* ***1219*** *mai* ***20.***

Anno domini millesimo ducentesimo nono decimo, indictione vii., die martis, xii. kal. iunii, in civitate Astensi in ecclesia sancti Iohannis de Domate; coram presentia Petri Laurencii, Bayalardi Balbi, Guillelmi Ratoris, Alberti Crivelli, Iacobi de Sybona, Rolli Cebolle militis potestatis Astensis et aliorum quamplurium. Vescovinus nuncius domini Everardi de Lutri ostendit domino Resonatô Zacio potestati Astensi literas apertas, in forma publici instrumenti redactas, sigillo cereo ipsius Evverardi, in quo erat aquila designata, bullatas in hunc modum:

Everardus de Lutri, domini regis nuncius a Papia in sursum, nobili et sapienti viro . . potestati consulibus et toti communi Albensi salutem et omne bonum. Cum ex officio nobis iniuncto a regia maiestate specialiter teneamur fideles imperii ad pacem et concordiam revocare atque ad eorum bonum statum intendere cum effectu, universitati vestre districte precipiendo mandamus, qua fungimur in hac parte auctoritate, sub pena mille marcharum argenti regali camare deputanda, quatenus contra Astenses nullam cursam faciatis neque ipsos hostiliter faciatis offendi, nec per vos aliquatenus offendatis, nec per aliquem Lombardie aliquam concordiam faciatis inter vos et Astenses predictos usque ad adventum nostrum, qui presto erit, ad partes vestras domino concedente, quia super predictis negociis sic disposuimus faciente domino providere, quod ad honorem domini nostri regis et commodum vestrum multimode pertinebit. Et si contra predicta venire presumpseritis, indignationem domini nostri regis et nostram necnon et penam predictam vos noveritis incursuros. Ad hec autem vobis precipienda et denuncianda ex parte nostra latorem presentium Vescovinum nomine nostrum nuncium constituimus specialem. Et ad huius rei evidentiam certiorem presentem

paginam inde conscribi iussimus in forma publici instrumenti et nostro sigillo communiri. Interfuerunt domini Otto Botacius, Iohannes de Casolo eiusdem domini Everardi iudices testes. Actum anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo decimo nono, indictione vii., die lune, xiii. kal. iunii.

Ego Lantelmus Ferarius imperialis notarius hanc cartam iussu istius domini Everardi scripsi.

Et ego Mussus Boviculus notarius pallatinus et Astensis curie scriba precepto dicti domini Resonati potestatis Astensis hanc inde cartulam scripsi.

Ficker aus dem copialbuche der stadt Asti, bl. 393, im staatsarchive zu Wien. — Vgl. oben nr. 273.

1142. *Gesandte von Cremona und Verona erklären im namen könig Friedrichs, ihrer städte und des markgrafen von Este die wahl des Alberich de Andito zum podesta von Ferrara für rechtswidrig, weil derselbe feind Cremona's und im banne des königs sei und mit seinem vater Wilhelm dem könige nachgestellt habe. Ferrara 1219 dec. 14.*

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonodecimo, indictione octava, die quartodecimo intrante decembre, in civitate Ferrarie in domo, ubi dominus Albertus Allamannus potestas Ferrarie manebat; presentia domini Henrigetti de Crexentiis de Verona, et Delagiti notarii comitis Sancti Bonifacii, et domini Sagynguerre de Ferraria, et Pivani de Bergamo et Albrighetti de Goggo ambo consules populi Ferrarie, nec non presentia curie ipsius domini Alberti potestatis. Dominus Iohannes Struxius et dominus Aymericus Dothonus, ambaxatores pro communi Cremone, et dominus Gandulfinus de Castronovo et dominus Henrighettus de Crexentiis, ambaxatores pro communi Verone, iverunt ante dictum dominum Albertum Allamannum potestatem Ferrarie et dixerunt et petierunt ex parte serenissimi domini Frederici Romanorum regis et ex parte communis Cremone et Verone et domini marchionis Estensis, ut daret eis consilium Ferrarie. Ad que dictus dominus Albertus Allamannus potestas Ferrarie dixit, quod volebat audire, quod volebant dicere, antequam daret eis consilium. Et ipsi responderunt et dixerunt, quod volebant dicere in ipso consilio de honore et statu serenissimi domini Frederici Romanorum regis, et communis Cremone et Verone et Ferrarie, et domini marchionis Estensis. Ad que dictus dominus Albertus Allamannus cum consilio curie sue, ut dicebat, talem responsionem eis fecit, quod libenter volebat dare consilium, si volebant dicere illud, quod esset de honore dicti domini regis et dictarum civitatum et domini marchionis; et si aliter voluissent dicere in ipso consilio, dixit, quod non daret eis consilium, nec habet eos audire; dicendo ita, quod audiverat, quod ipsi volebant dicere in ipso consilio de eo, quod erat contra suum sacramentum, specialiter de regimine ipsius civitatis; et si voluissent dicere de regimine ipsius civitatis in ipso consilio, antequam daret eis consilium, volebat ab eis audire; sin autem, non daret eis consilium. Et tunc ipsi responderunt et dixerunt ei, quod nolebant dicere contra suum sacramentum, quod credebant suum sacramentum erat ad honorem et ad utilitatem Ferrarie, et hoc totum, quod volebant dicere, erat ad honorem et ad utilitatem Ferrarie. Et tunc ipse dominus Albertus Allamannus dixit, quod non daret eis consilium, nisi audierit totum, quod volebant dicere in ipso consilio. Et tunc dominus Iohannes Struxius surrexit et concionando dixit, quod statutum erat inter Cremonenses et Ferrarienses, quod non debent accipere potestatem de illis civitatibus, que sunt inimici Cremone et Ferrarie; et homines Placentie erant inimici mortales Cremone, et erant in bannum domini Frederici regis; quare non credebant de honore domini regis nec Ferrarie neque suorum amicorum,

quod commune Ferrarie deberet habere potestatem Placentinum; et pro eo specialiter petebat ei et curie sue consilium Ferrarie; et si dare voluerit eis consilium Ferrarie, dicebat ei et curie sue ex parte domini regis et ex parte communis Cremone et ex parte communis Verone, ne deberent procedere in antea de ipsa potestate, nec faciant eum venire in Ferraria. Et ibi incontinenti dominus Gandulfinus de Castronovo, presente dicto domino Alberto Allamanno et curia sua, dixit eidem domino Alberto Allamanno ex parte communis Verone et ex parte domini marchionis Estensis, ne de ipsa potestate deberet procedere in antea, pro eo quod ipse, qui erat electus pro potestate Ferrarie, erat in bannum dicti domini regis et erat inimicus Cremone. Dominus Aymericus Dothonus surrexit et concionando dixit idem, quod dominus Iohannes Struxius dixit, et narrando ibi, qualiter Wilielmus de Landetho de Placentia et Albricus eius filius intrabant inter naves et *circabant inter vezolos et subter cathastas, quando veniebant per Padum, dicendo quod dominus rex erat absconditus intus, et quod non habet evadere, quod non fuisset captus; et dixit et denunciavit dicto domino Alberto Allamanno et curie sue ex parte domini Frederici Romanorum regis et ex parte communis Cremone, ne de potestatia Albrici de Landetho, qui erat electus potestas Ferrarie, deberent procedere in antea, et ne faciant eum venire in Ferraria, et ei debeant mittere denunciando, quod ipse non veniat in Ferraria pro ipsa potestatia.

Ego Boldizonus de Zanono notarius domini Henrici imperatoris interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Ferrarie, E. 13.

1143. *Girard Manaria podesta von Asti verspricht dem päbstlichen subdiacon und notar Opizo für die regalien der stadt iährlich dreihundert pfund zu zahlen, welche kaiser Friedrich demselben auf lebenszeit überlassen hatte. Asti* ***1223*** *aug.* ***31****.*

Anno domini millesimo ducentesimo vigesimo tercio, indictione undecima, die iovis, secundo kal. septembris. Girardus Manaria Astensis potestas consensu et voluntate credendariorum omnium suorum per campanam colectorum et ore ad os interogatorum et scriptorum spontanea voluntate promisit nomine communis Astensis magistro Opizoni subdiacono et notario domini pappe, quod dictum comune de cetero omni anno in festo sancti Martini solvet trecentas libras Astensis monete prefato magistro vel suo certo misso nomine regalie seu pro regalia suprascripte civitatis, quam dominus Fredericus imperator Romanorum et rex Scicilie donavit eidem magistro in utilitates suas, quamdiu ipse magister vixerit, libere convertendas, sicut continetur in imperiali privilegio aurea bulla munito, a me Philipo publico notario viso et lecto. Promisit etiam dictus dominus Girardus nomine suprascripti comunis, quod neque in vita, neque post mortem antedicti magistri Oppizonis repetet dictam pecuniam in toto vel in parte vel aliquid pro ea a sepedicto magistro Opizone vel a fratribus suis aut nepotibus suis vel eorum heredibus, nec aliquo modo vel ingenio occasione predicta faciet aliquid, quod aliquo modo gravet magistrum Opizonem seu fratres ac nepotes suos vel heredes eorum. — Eodem autem die et loco ipse magister Opizo promisit prefato domino Girardo nomine communis Astensis, quod si dominus imperator repeteret vel repeti faceret, ipse vel alius pro eo, a prefato communi pecuniam, [que] nomine ipsius regalie esset a dicto communi persoluta sepedicto magistro vel alii pro eo, idem magister daret operam, quod ipse dominus imperator a tali repetitione desisteret, et si hoc non posset facere obtinere ab eo, restituere supradicto communi pecuniam, quam

propter hoc recepisset ipse vel alius pro eo ab eodem communi. Et hoc promisit se facturum, si dominus imperator vel alius pro eo repeteret seu extorqueret supradictam pecuniam vivente ipso magistro Opizone. Si vero post mortem eius illam repeteret, in eo casu sepedictus magister Opizo de hoc non teneatur et supradictum commune non possit aliquo modo habere recursum ad fratres vel nepotes eiusdem magistri vel heredes seu bona eorum. Et id totum placuit prefato domino Girardo et domino magistro Opizoni. Et promiserunt ad invicem omnia suprascripta prefati dominus Girardus nomine communis Astensis et dominus magister Opizo suo nomine. Et quod ipsum comune bona fide et sine fraude servabit omnia supradicta nec aliquo tempore contraveniret aliquo modo vel aliquo tempore, renunciando omni iuri, quo dictus potestas nomine communis Astensis se posset tueri, et specialiter ne possit dicere, se iniuste nomine communis fore obligatum. Et inde omnia bona dicti communis, que salvo suo sacramento possunt obligari, eidem magistro Opizoni pignori obligavit. Et inde duo instrumenta huius tenoris et hoc specialiter pro magistro Opizone fieri preceperunt.

Actum Aste, in canonica communis, in publico consilio de campana. Interfuerunt testes: dominus Ubertus de Catena canonicus Astensis ecclesie, dominus Marchisius Trussius, Bernardus et magister Raynaldus, Petrus Durnasius, Tomas de Curia clavarius communis et Iacobus Giniorius.

Ficker aus dem copialbuche der stadt Asti bl. 194′ im staatsarchive zu Wien. — Es folgt dann eine quittung, wonach 1227 iuli 2 einem bevollmächtigten des magister Opizo die dreihundert pfund des vergangenen iahrs gezahlt wurden.

1144. *Thomas graf von Savoien und legat ganz Italiens und der mark Treviso befiehlt denen von Cremona, dem Boninus von Asti zahlung zu leisten oder demselben binnen vierzehn tagen vor ihm zu rechte zu stehen, widrigenfalls er sie als ungehorsame verurtheilen werde.* ***(1227 feb.)***

Die quadam iovis, undecimo intrante februario, supra palatium communis Cremone, presentibus ibi testibus dominis Guedrisio de Gualdemannis et Iohanne Medalia et Uldefredo de Casamala et Rogerio de Prezanis et Oldefredo de Catenis et Manuello de Falconeriis et aliis quam pluribus. Ibique Buninus de Montemolerio civis Astensis porrexit et dedit in manu domini Bernardini de Pilio, tunc potestatis communis Cremone, litteras transmissas a domino Thomasio comite Sabaudie et marchione in Ytalia et legato domini Friderici imperatoris, et sigillatas cum bulla ipsius comitis, et in quibus litteris ita continebatur, ut infra legitur:

Thomas comes Sabaudie et marchio in Ytalia atque legatus domini Friderici Romanorum imperatoris et semper augusti per totam Ytaliam et marchiam Trivixii. Fidelibus imperii potestati et universis sapientibus et mercatoribus civitatis Cremone, amicis quam plurimum diligendis, salutem et cuilibet ius suum conservare illesum. Cum alias sepe et sepius oretenus et per litteras nostras, si bene meminimus, nuntiaverimus vobis, ut Bonino de Montemolerio nobili et dilecto nostro Astensi civi [ad] satisfactionem sui debiti et iuris sui, quod a communi Cremone requirit, deberetis suam solutionem vel saltim facere iustitie complementum, quod quidem neutrum huc usque facere neglexistis; quamvis vobis sit arduum et molestum, iterato vobis tamquam imperii et amicis nostris auctoritate, qua fungimur, precipiendo mandamus, quatenus ipsi Bunino solutionem vel iustitiam facere debeatis, ne pro ipsius querela nusquam a rationis tramite videamini deviare; alioquin coram nobis, parati de iustitia respondere post harum susceptionem infra xv. dies eidem Bunino per

vos vel nuntium vestrum suficientem, non pretermittatis venire. Quod si non feceritis, eidem plenam dabimus licentiam et absoltum, ut per se et per coadiutores suos per totam legationem nobis ab imperio constitutam tantum capiat de personis et rebus hominum civitatis Cremone et districtus civitatis eiusdem, ut suam in integrum valeat habere solutionem, condempnando commune civitatis Cremone in petitionibus supra nominati Bonini iuxta suorum instrumentorum tenorem per contumaciam et tamquam negligentes imperii contumaces. Si vero civitas, locus vel villa parva vel magna ipsi Bunino defenderet, quin suum cambium et solutionem ab hominibus Cremone et districtus ipsius civitatis [capiat], statim eamdem licentiam et absoltum daremus eidem Bunino capiundi tantum de rebus civitatis, loci vel ville, qui prohibuisset eidem predicta capere, ut suam haberet plenissime iustitiam vel solutionem. Scientes, quod si prefato Bunino Astensi civi solutionem vel iustitiam feceritis, ut dictum supra, nobis erit gratissimum et acceptum, et loco suo et tempore vos in maioribus ad vestri beneplacitum libentius audiremus. Ad ultimum vero vobis facimus manifestum, nos cum Astensibus iurata conventione tenemur, quod in tota et per totam terram vestram alicui civi Astensi non possumus nec debemus suum iustum cambium capere prohibere, neque solutionem suam proinde in aliquo denegare. Hec autem vobis termino peremptorio auctoritate, qua fungimur, iussimus observari.

Factum est hoc anno domini millesimo ducentesimo vigesimo sexto, indictione quintadecima.

Ego Albertus de Kaffis de Scanzo sacri palatii notarius interfui et rogatus scripsi.

Cereda aus dem archive zu Cremona, C. Bonini Montemolerii, wo noch eine reihe urkunden über diesen rechtshandel. — Das iahr 1227 ergibt sich aus wochentag und indiction der transsumirung.

1145. *Ludwig Rheinpfalzgraf und herzog von Baiern und sein sohn Otto verpfänden dem erzbischofe Sifrid von Mainz ihre stadt Wallhausen (im Odenwalde) und die vogtei zu Bensheim. Heppenheim* **1229**.

Lůdewicus dei gratia comes palatinus Rheni et dux Bawarie, O. eiusdem filius eadem gratia dux, ‖ palatinus Rheni. Universis hoc scriptum intuentibus fieri volumus manifestum, quod nos venerabili domino S. archi ‖ episcopo Maguntino et eius ecclesie civitatem nostram in Walehusen cum omni iure attinenti per manum uxoris filii ‖ nostri obligavimus pro cccc. marchis Coloniensibus. Et si Wahsemudo de Spekevelt ccc. marchas, et Alberto de Alenenvelt vel pincerne de Clingenburch, quibus dictus dominus Maguntinus debitor est, c. persolverimus, civitas nostra libera nobis vel predicte nurui nostre, si superstites non fuerimus, restituetur. Quod si vocante domino dominum Maguntinum prius decedere contigerit, ipsius successor vel ecclesia Maguntina, pretaxata pecunia persoluta, civitatem nostram nobis restituet, super quo litteras ipsius capituli nobis assignabit. Item advocatiam nostram in Besensheim pro aliis c. et l. marchis eidem domino Maguntino et sue ecclesie obligavimus, que pecunia cum persoluta eisdem domino Maguntino et eius ecclesie, nostram advocatiam liberam recipiemus.

Testes autem, qui huic obligationi intererant, hii sunt: marchio de Baden, H. comes de Nassowe, silvester comes, comes Ditherus de Kazenelnbogen, Růbertus et Gerhardus hirsuti comites, Fridericus de Truhendingen, Sifridus de Rungel, F. de Kelberowe, Godefridus de Ebbenstein, Cůnradus Reizo, Godefridus de Bigenbach et alii nobiles quam plures.

Acta sunt hec apud Hepphenheim, anno domini m.cc.xxviii. Ad huius autem facti maiorem firmitatem et evidentiam presentem chartam sigillis nostris fecimus robari.

Roth v. Schreckenstein aus dem orig. im germanischen museum zu Nürnberg. Es hängen die

drei siegel Ludwigs, Otto und der Agnes, Rheinpfalzgräfin und herzogin von Baiern. — Vgl. den vertrag von 1231 in den Quellen u. Erörterungen zur bayer. u. deutschen Gesch. 5, 48.

1146. *Sodeger de Tito, podesta des bisthums Trient, befreit nach vorlage bezüglicher privilegien genannter bischöfe von Trient und deren bestätigung durch kaiser Friedrich und nach gefragtem urtheil die nachkommen des Morfinus de Lamole von Mori von angegebenen lasten. Bozen 1239 märz 14.*

Anno a nativitate domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo trigesimo nono, indictione xii., die lune, quarto decimo intrante marcio, in burgo Bouzani ante domum domine Masse habitationis Dietrici de Lengenstain; in presencia domini Alberti plebani de Bouzano, domini Iordani iudicis, domini Ottonis de Furmiano, domini Albertini senioris de Bouzano et sui filii Bertolotti, domini Haincii de Grifenstain iusticiarii in Bouzano, domini Cristani filii condam domini Ulrici iusticiarii, domini Alberti iudicis, Pelegrini Cosse notarii, Musonis notarii, Iacobi Hasii notarii, domini Ottonis de Fossato, domini Cuanci filii domini Ebrahardi Sroatarii, domini Conradi de Haselbergo, domini Nicolai filii domini Alberti Contisse, domini Murendini filii condam Macelini, domini Marcadenti de Tridento, domini Poldi de Tridento, domini Odolrici de domina Gisla de Tridento, domini Tridentini filii condam domini Rodulfi Rubei, domini Egenonis Parvi de Bouzano et Ulrici Loaselini, domini Albani Spilhovarii, Engelmarii, qui manebat in domo Suevi, Dietrici suprascripti de Lengenstain, Gerhardi pelliparii, Willahalmi ypotekarii et Benedicti notarii, Conradi sellatoris et aliorum plurium. Ibique coram domino Sadeguerio potestate tocius episcopatus Tridentini per dominum Fridericum dei gratia invictissimum Romanorum imperatorem et semper augustum et Ierosolime et Sicilie regem, cum dominus Murfinus de Bouzano, frater condam domini Egenonis Divitis, et eius nepotes Iacobus, filius condam domini Petri, et Bertoldus notarius pro se et suis consortibus, heredibus et proheredibus condam domini Murfini de Murrio hostendissent tria instrumenta publica: — Unum quorum erat factum et scriptum sub signo Erceti notarii et manu Mathey notarii exemplatum, in quo continebatur, quomodo et qualiter dominus Fridericus dei gratia sancte Tridentine ecclesie episcopus, imperialis aule vicarius et tocius Ytalie legatus, vice et nomine sui episcopatus iure et nomine recti et legalis feudi et pro veteri et antiquo feudo et non causa alicuius remuneracionis investiverat Murfinum de Lamole de Murrio et Bertolottum atque Hegenum et Petrum et Iacobinum filios eius, recipientes pro se et aliis fratribus suis Iacobinum*, Murfinum et Rambaldinum absentibus, tamquam liberos et gentiles homines de placito et districtu suarum personarum et generaliter de omni et toto eo, quod adversus eos et eorum heredes addicendum haberet per se suosque successores; ita quod de cetero bannum preter quam de maleficiis ipsi dominus Murfinus et eius filii et eorum heredes ac proheredes solvere non teneantur, collectam, albergariam seu aliquod aliud scuphium dare, nec facere, nec solvere teneantur neque debeant, rationem per gastaldionem, neque per scarionem, neque per aliquem alium facere teneantur, nec ad faciendum cogantur, nisi tantum pro domino episcopo vel eius vicedomino vel eorum iudice; et in quo similiter instrumento continebatur, quomodo et qualiter ipse dominus episcopus privilegiavit ipsos dominum Murfinum et suos et filios eorum heredes de predictis et aliis quam pluribus honoribus; et in quo instrumento etiam continebatur, quomodo et qualiter dominus Albertus dei gratia sancte Tridentine ecclesie venerabilis electus auctoritate episcopali ducatus, comitatus et marchionatus investivit Bertolottum et Egenum fratres, filios prefati Murfini de Lamole de Murrio, recipientes per se ipsos et per eorum patrem Murfinum suprascriptum et per eorum fratres

omnes de eorum suprascripto recto feudo et insuper de toto iure ledaminis, quod ei dare tenebantur de eorum stallis et domibus vel stabulis in quinto anno. — Aliud erat factum sub signo Musonis notarii et sub signo Mathei notarii exemplatum, in quo continebatur, quomodo et qualiter dominus Gerardus dei gratia sancte Tridentine ecclesie venerabilis episcopus laudavit et ratificavit et confirmavit per se suosque successores in perpetuum datas et investituras suprascriptas factas per quondam dominum Fridericum dei gratia Tridentinum episcopum et per quondam dominum Albertum eiusdem ecclesie episcopum in Murfinum de Lamole de Murrio et Bertolottum atque Petrum et Egenum et Iacobinum filios eius, recipientes pro se et aliis suis fratribus Iacobino, Murfino et Rambaldino de placito et districtu suarum personarum et de banno et colta et albergariis et scufiis et de eo, quod non teneantur facere rationem, nisi per dominum episcopum et eius vicedominum, et omnibus aliis honoribus sive conditionibus, prout continetur in suprascriptis duobus instrumentis factis manu Erceti condam notarii, et alia quam plura. — Tertium instrumentum erat scriptum sub signo Mathei notarii, sumptum a privilegio sigillato sigillo domini imperatoris Friderici, in quo continebatur, quomodo et qualiter dominus Fridericus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, Ierosolime et Sicilie rex, per illud scriptum notum fieri voluit universis imperii fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod Murfinus de Lamole de Murrio et Bertolottus, Petrus, Egeno et Iacobinus filii eius, fideles sui, pro se et aliis fratribus eorum Iacobino, Morfino et Rambaldino, imperiali celsitudini suplicarunt, quatinus investituras factas eis per quondam Albertum et Fridericum episcopos Tridentinos et confirmatas eisdem per Gerhardum superstitem successorem eorum, videlicet de placito et districtu personarum suarum et de banno, collecta, albergariis, scufiis, et quod non cogantur ad racionem prestandam, nisi per episcopum et vicedominum terre sue, nec non de aliis honoribus et condicionibus, prout in scriptis eorumdem episcoporum eis indultis plenius continetur, confirmare sibi de sua gratia dignaretur; ipse vero dominus imperator ipsorum suplicationibus benigniter inclinatus suorum serviciorum merito, que sibi et imperio dudum prestiterunt et prestare poterunt in futurum predictas investituras, sicut per episcopos antedictos eis facte fuerunt de omnibus supradictis et in instrumentis eorundem episcoporum eis indultis dignoscitur contineri, eisdem suis fidelibus confirmavit de sue gratia magestatis, salva in omnibus iusticia imperiali. — Quibus instrumentis ibidem perlectis et expositis prefatus dominus Murfinus et nepotes eius Iacobus et Bertoldus pro se ipsis et suis participibus omnibus suprascriptis pecierunt, fieri laudum secundum consuetudinem burgi Bouzani, si ipsi ita suum ius hostendiderant, quod de hoc gaudere deberent, et si ipsi cum predicto iure permanere debebant vel non. Qui dominus Sadeguerus potestas iniunxit domino Haincio de Griffenstain iusticiario in Bouzano per gratiam dei et domini imperatoris et sua, ut rectum super his faciat laudum, quid iuris sibi de his videtur. Qui dominus Haincius iusticiarius taliter laudavit, et hunc laudum omnes suprascripti milites et burgenses Bouzani et tota curia confirmavit, quod ipsi Murfinus et Iacobus et Bertoldus pro se et aliis suis participibus tam bona et tam forcia instrumenta hostendiderant, quod bene cum suprascripto iure permanere debebant et quod bene eis credi debebat. Et hunc laudum suprascriptus dominus Sadeguerus potestas auctoritate, qua fungebatur ex parte domini imperatoris, laudavit, confirmavit et ratificavit et verum et iustum esse dixit, et eadem auctoritate absolvit per sentenciam ipsum dominum Murfinum et omnes suos fratres et suorum heredes et Iacobum et Bertoldum et suos fratres et sorores et suorum heredes et omnes heredes condam Murfini de Lamole de Murrio et pro heredibus eorum a solucione collecte et banni, preter quam de maleficio, et albergarie et scufiorum aliorum, et

quod de cetero aliquis eorum, sive maneat in burgo Bouzani vel Ripe, et sive mercatum habeant vel non, non cogantur ad aliquam collectam vel bannum, preter quam de maleficio, ut dictum est, vel aliquod aliud scufium faciendum vel albergariam dandam vel ad racionem faciendam sive prestandam, nisi per episcopum et vicedominum terre Tridentine. Et precepit auctoritate, qua fungebatur ex parte domini imperatoris, ipsi domino Haincio iusticiario pro se et aliis iusticiariis Bouzani, tam presentibus quam futuris, ne amodo ab aliquibus predictorum aliquam coltam extorqueat, nec albergariam, nec aliquod scufium et aliquod bannum ab eis preter quam de maleficio accipiat, et ne eorum aliquem cogat coram eo racionem alicui prestandam, et ne aliquo modo impediat eorum aliquem occasione aliquorum predictorum sibi concessorum, ut dictum est.

Ego Montanarius domini Friderici Romanorum imperatoris notarius interfui et rogatus scripsi.

Durig aus notariatstranssumpt sec. 13 im statthaltereiarchive zu Innsbruck. — Vgl. oben nr. 1093.

1147. *Ezelin von Romano schreibt dem Sodeger de Tito, kaiserlichem podesta des bisthums Trient, über die erhebung eines zolles zwischen Trient und Verona für die kosten der hut der burgen des Iacobin von Lizzana.* ***(1240 feb.)***

Viro nobili prudenti domino Sod. de Tyto pro domino imperatore Tridentini episcopatus potestati, E. de Romano cum dilectione sincera. Providentie ac sapientie vestre notum facimus, quod [si] de custodibus castrorum Iacobini de Lizzana satisfieri posset absque muda ponenda et telloneo super stratas euntes Tridento Veronam et a Verona Tridentum, utilissimum nobis videretur; verumptamen antequam dicta castra amittantur, eo quod pecuniam aliter habere non potestis pro illis custodiendis, videtur nobis, ut mutam et telloneum apud Prataliam vel alibi accipere faciatis ad minorem quantitatem, quam potestis, solutionem dictarum custodiarum integraliter facientes; custodes namque, secundum quod vobis videbitur sufficere posse in dictis castris, mensurare debeatis, taliter providentes, quod dicta castra bene custodiant et sollicite.

Durig aus abschr. in Hippoliti Monumenta eccl. et princ. Trident. bd. 10, hs. der stadtbibliothek zu Trient. — Ebenda in der hs. Ioh. Chrysostomi de Avolano Collectio diplomatum s. 506 eine urkunde, wonach ienes schreiben 1240 feb. 15 in versammeltem rathe zu Trient vorgelesen und dem podesta gerathen wurde, *quod ipse imponat mudam seu teloneum apud Prataliam pro custodiis solvendis castrorum Iacobini de Lizzana, videlicet castrorum de Seravalle et Lizane et Tranbelini et Warde Lizane.*

1148. *Carl könig von Sicilien meldet denen von Asti, dass er Manfred und andere von Caretto wegen der dem Conrad von Schwaben gewährten unterstützung als seine feinde betrachte, und fordert sie auf, denselben nicht zu unterstützen, dagegen von ieder belästigung des Bonifaz und Wilhelm von Caretto abzustehen. Foggia* ***1268*** *dec.* ***29****.*

Karolus dei gratia rex Sicilie; ducatus Apulie et principatus Capue, alme urbis senator, Andagavie, Provincie et Folcalcherii comes. Potestati, consilio et communi Astensi, dilectis suis, salutem et amorem sinceram. Cum vos Mainfredum de Careto sciatis sanctam Romanam ecclesiam et nos voluntate propria sine omni offensa graviter offendisse, ducendo Conradum de Suavia ab antiquo genere ortum de inimicis ecclesie et totius fidei christiane per terram suam in servicio Saracenorum de Luceria et aliorum proditorum nostrorum ad damnum sancte Romane ecclesie atque nostrum cum suo exercitu venientem et receptando

eundem, cui etiam filii et uxor Iacobi de Careto et plures alii prestiterunt auxilium et mercatum, quos omnes ex iusta causa nostros reputamus inimicos et de ipsis deum et sanctam Romanam ecclesiam et nos ipsos proponimus vindicare: unde rogamus vos, quod super hoc nostro seneschallo Lombardie prebeatis consilium, auxilium et favorem, vel saltem eis contra nos et nostros non detis consilium vel iuvamen; et si contrarium faceretis, intenderemus, quod cum vestro consilio peccavissent, et quando possemus, ostenderemus, quod nobis non placeret, quod fecissetis. Rogamus etiam vos, ut nobiles viros Bonefacium de Careto et fratrem eius Guillelmum vel gentem eorum nullatenus molestetis, quia semper de parte nostra fuerunt et sunt optimi adiutores; et per inde haberemus, ac si in terra nostra propria faceretis insultum. Et quod de predictis facere intenditis, responsionem vestram nobis vestris literis rescribatis.

Datum Fogie, xxviiii. decembris, xii. indictione, regni nostri anno quarto*.

Ficker aus dem copialbuche der stadt Asti, bl. 386′, im staatsarchive zu Wien.

ALPHABETISCHES NAMENVERZEICHNISS.

C und *K*, *J* und *Y* sind durchaus als gleichwerthig behandelt und zu *C* und *J* eingereiht; das dem *W* gleichwerthige *Gu* ist nur als anfang der schlagworte unter *W* eingereiht. Das irgendwelchem namen vorgesetzte *Sanctus* ist für die einreihung unbeachtet geblieben. Die vom hauptschlagworte abweichenden namensformen sind nur dann als schlagworte nicht wiederholt, wenn die abweichung erst nach den ersten drei buchstaben eintritt oder bei schon früherer abweichung die nebenform durch höchstens drei andere namen vom hauptschlagworde getrennt sein würde.

A.

A. scultetus Aquensis 1152: 93.
— camerarius Argentinensis 1226: 319.
— nob. de Emecekerk, burgravius de Torenburg et ballivus Kenemarie 1254: 370.
Aachen s. Aquae.
de Abdemar, Hugo.
Abdua *s.* Addua.
de Abenberg, *sw. Nürnberg*, com. Conradus. Rabodo.
Abenza soror Cunigundis ux. Henrici imp. 1040: 53.
Abiascum, *Abläschg, Biasca n. Bellinzona* 155.
s. Abundi eccl. in com. Pisturiensi 60.
de Akers (*Wolfstein*), Godelmannus. Johannes. Wilhelmus.
Achaye princeps, Philipus de Sabaudia.
Acianum (*Tortona*) 282.
Acinctum mrium Cisterc. ord., *Acey w. Bisanz* 98.
— abb. Lucas.
Acon civitas 897. — Aconensis ep. J.
Acq-, *Acq- s.* Aq-.
Aczo, Aczolinus *s.* Azo, Azolinus.
Adacker *s.* Ottacarus.
Adalbero, Adalbertus *s.* Albero, Albertus.
Adalfrideshusun, *Elfershausen nö. Hamelburg in Franken* 46.
Adalheida, -heda, -eida, -eidis, Adelhedis, Alheydis imperatoris Roman. Ottonis coniux 962–96: 8. 11. 12. 24. 25. 29. † 84.
Adam de Antiochia 1196: 902.
Adam de Civitella marchionum 1223: 112 anm.
— s. Lamberti Leodiensis canonic. 1215: 929.
— iudex, Patavensis epi advoc. 1084. 1116: 67. 79.
— s. Sepulchri Placentini electus 1218: 942.
Addua, Adua, Abdua fl., *Adda* 45. 109. 914. 1082. 1089. 1117. — Caput Addue 45. — Ripa Adue 1074. 1078. 1089. 1118. — s. Bucca Adde.
de Adegherio, Aldigherii de Ferraria, Albertus.
Adelardus Mantuanus 1164: 119.
Adelasia ux. Heinrici de Carraria 1114: 77.
Adelbero, Adelbertus *s.* Albero, Albertus.
Adelheidis *s.* Adalheida.
Adelhogus Goslarie prep. 1164: 121.
Adelinus abb. mrii s. Petri q. v. Palatiolum 1014: 40.
v. Adelsheim s. Adoltzheim.
Admontensis, Agemundensis, *Admont an d. Enns*, abb. Heinricus. Rudolfus.
(Ademarus) Metensis ep. 1337. 55: 855. 1043.
Adolfus, -phus, Adulphus, Adolph — com. de Altona 1211: 253.
— Coloniensis aep. 1194–1204: 190. 191. 209. 230.
— *s.* Daimbertus. 1066. 1067.
— com de Dassil 1211: 1073.
(—) Marchie com. 1336: 1042.
— com. de Monte 1207: 224. † 294.
— com. de Nassowe 1282–88: 434. 455. 466; *s.* Roman. rex — 1341–49: 799. 806. 842. 843. 844.
— (Rheinpfalzgr. u. herz. zu Baiern) † 1339: 1050.
— Romanorum rex 1292–98: 486–525. † 526. 556. 564; *s.* com. de Nassowe.
— com. de Scowenburg 1189–1215: 161. 182. 249. 1072. 1076. — 1232: 299.
(—) com. de Waldeke 1255: 372.
— Werdinensis abb. 1399: 880.
v. Adoltzheim, *Adelsheim nö. Heilbronn*, Berenger.
s. Adriani diac. card., Ottobonus. Poppo.
Adrianus Rom. pontifex † 1277: 999.

Adua *s.* Addua.
Adulphus *s.* Adolfus.
de Advocatis, Avocatis de Cremona, Surdus. Ugolinus.
Advogarius de Aleardis de Verona 1254: 971.
Aentse *s.* Entse.
Aeschibach, *Obereschbach sö. Homburg v. d. Höhe*
Aesinus *s.* Esinus. [745.
Affaltrach *ö. Heilbronn* 470.
Afrenrot villa (*Heilbronn*) 524.
s. Agatha, Agata, *s.* Cremona. Thurum.
— *w. Benevent*, ep. Joannes.
de s. Agatha de Mantua, Sigefredus.
Agellum, Agiola, *Agello sw. Perugia* 38. 168.
Agemund *s.* Admont.
Agenowe, Aghino, *s.* Hagenowe.
Aginolfus, Aghinolfus — de Lucenardo (1212): 924.
— Tuscie com. palat. 1220; 1083.
Agiola *s.* Agellum.
Aglei s. Aquilegia.
Agnanum (*Gubbio*) 117.
— *w. Volterra b. Orciatico*, eccl. s. Marie 60.
Agnathellum, Agnetellum, *Agnedello nw. Cremona* 914. 1082.
Agnellus s. pal. iudex (*Mantua*) 1164: 119 anm.
s. Agnes, Agnetentag 859. 865. 1013.
— mrium (*grafsch. Burgund*) 95.
Agnes, Angnes — concubina comitis de Grayspach et Marstetten Bertholdi 1329: 730.
— v. Helfenstein, graf Ulrichs wittib 1331: 747.
— v. Maetsch, tochter graf Wilhelms zu Kirchberk 1366: 867.
— Romanorum regis et imp. Henrici coniux 1045–64: 56. 57 (*st.* M.). 60. 64. 65.
— de Westerburg nobilis 1292: 487.
Agonia fl., *Agogna w. Pavia* 179.
Agracinum, -ocinum (*Mailand*) 44. 55.
Agriptus de Columpna † 1315: 1112.
Ahrgau s. Aregowe.
Ahrweiler s. Willere.
Aicardus, Aycaredus, -chardus — iudex (*Padua*) 1084. 1116: 67. 79.
— de Morocio 1095: 1127.
— s. Trinitatis de Mutina prior 1218: 940.
— de Vegiano 1178: 1061.
Aychach, *nö. Augsburg*, deutsches haus 826.
Aichelberg s. Echelberge.
Ailelmus de Berl. 1196: 902.
Aimarus Pictaviensis 1188: 175.
Aymericus, Americus (*vgl.* Embrico) — Dothonus ambaxator Cremone 1219: 1142.
— de Monteeollaro 1202: 910.
— Placentie archidiac. 1221: 948.
— de Rivet 1196: 902.
Aymo, Aymonus Gebennensis ep. 1310.11: 1103.
de Aymo (*Piacenza*), Bartholomeus. [1104.
Airardus Paganelli 1223: 112 anm.
Airoldus comes (*Lombardei*) 1159: 108.
de Aisne pares Cameracenses, Arnulphus.
Aistet *s.* Eistet.
Alamannia, Ale-, Ali-, Alle-, Almannia, -mania, *Deutschland* 121. 222. 303. 306. 350. 633. 644. 780. 793. 795. 857. 924. 939. 943. 962. 1046. 1058. — civitates 860. — clerus 1039 anm. — principes 104. 286. 851. 921. 965. 1033. 1034. — reges 633. — Alamani 1061. — Lemannorum tirannus 882. — Alamanicum regnum 851. — *s.* s. Iohannis Iherosol. hosp. ordo. — *vgl.* Francia. Germania. Theotonia.
—, *Schwaben*, ducatus 21. — duces Burchardus. Conradus. Ernestus. Fridericus. Heremannus. Otto. — *vgl.* Suevia.
Alamannus (*Cremona*), Albertus. Oddolinus.
Alamirus (Cypri regis not.) 1196: 902.
Alardus, Alhart — Cameracensis ep. 1184: 148.
— v. Frawenhofen 1336: 767.
— de Robaia 1311: 635.
Alatrinus subdiac. et capellanus pape 1220: 276.
Alba *am Tanaro*, Albenses 248. 264. 267. 272. 273. 898. 911. 1079. 1098. 1133. 1134. 1141. — ep. Bonifacius. — pot. Guillelmus Pellatus.
— fluviolus, *Alp fl. b. Einsiedeln* 41.
de s. Albano (*Asti*), Fulcardus.
Albanum *sö. Rom* 34. — Albanenses ep. Leonardus.
s. Albanus *s.* Maguntia. [Pelagius.
Albanus Spilhovarius 1239: 1146.
Albarellum castrum (*Sinigaglia*) 135.
Albecca mons (*Einsiedeln*) 41.
Albegna roccha, *Roccalbegna sw. Monte Amiate* 194.
Albericus, Albricus — de Andetho electus pot. Ferrarie 1219: 1142.
— Balmensis abb. 1153: 95.
— de Bruke Brunonis fil. 1194: 189.
— de Landetho *s.* Andetho.
— (in Laudensi comitatu missus regis) 1056: 66.
(—) Laudensis ep. 1201: 909.
— de Nizello 1220: 945.
— de Pescarolo ambaxator Cremone 1219: 1082.
— de Romano 1255: 371.
— de Rovoreto Papiensis imp. curie not. 1211: 253.
— Zazius csl Papie 1215: 930.
Albero, Adalbero, Adelbero — Basiliensis ep. et Prumiensis abb. 1134. 35: 80. 82.
— Curiensis eccl. decan. 1310. 13: 657.
— de Grimminstein pincerna (Stirie) 1202: 305.
— Metensium ep. 943: 2. — 1111: 76.
— Prumiensis abb. *s.* Basiliensis ep.
— (Remensis) aep. † 1023: 42.
— de Wangen (*st.* Warigen) 1184: 144.
Alberstat *s.* Halverstad.
Albertinus de mgro Bonaconsa de Bocamedia not. s. pal. 1252: 969.
— de Bouzano senior 1239: 1146.
— Catusius de Papia 1311: 1108.
— de Lavania iurisperitus syndicus civit. Marsiliensis 1256: 973.
— de Serra csl Eugubinus 1163: 117.
de Albertono de Pergamo, Albertus.
Albertus, Adal-, Adel-, Aldebertus, Albert, Albrecht, Aulbrecht (755) — camerarius imp. 1210: 250.
— cancellarius 1045: 55. — 1106–9: 72–75; *s.* s. [Servatii prep.
— episcopus 996: 28.
— mgr not. (*Città di Castello*) 1223: 112 n.
— not. s. pal. (*Verona*) 1193: 185. 186. 900.
— protonot. imp. aule 1194–6: 191–4. 196. 199–201. 204–9. 212. 1065.
— de Albertono de Pergamo 1201: 909.
— de Adegherio, Aldigherii Ferrariensis iudex curie 1186: 154. 893.
— de Aldenburc 1181: 139. — burggravius 1215: [1076.
— de Alenenvelt 1229: 1145.
— Allamannus pot. Ferrarie 1219: 1142.
— Aquilegiensis patriarche not. 1208: 1135.
— com. (de Aschersleven) fil. Alberti march. Brandenburg. 1167: 128.
— de Augustinis villicus Luzzarie 1187; 895.
— Austrie et Styrie dux, de Kyburg et Habsburg com., dns Carniole, Marchie et Portus Naonis 1284–94: 440. 448. 516. 1011; *s.* com. de Habs-

purch; Roman. rex. — Austrie, Styrie et Karinthie dux 1335–53: 763.851.1044. — herzog zu Oesterreich 1368. 71: 870. 871.
Albertus Azonis Henrici Mantuanus 1164: 119.
— de Bayse 1187: 895.
— com. de Ballinstat 1134: 80.
— in Bawaria marschalcus superior 1314: 1022.
— de Bechi 1214: 927.
— abb. s. Benedicti sup. Pad. 1187–96: 174. 183. 208.
— com. de Bogen 1191–93: 178. 180. 183.
— iudex in Bouzano 1239: 1146.
— plebanus de Bouzano 1239: 1146.
— marchio (de Brandenburg) 1135–69: 82. 93. 100. 101. 128. 129.
— Brixiensis ep. 1218. 26: 290. 939. 940. 942.
— com. de Bulbat (Anhalt?) 1355: 854.
— de Burbasio Mantuanus 1164: 119.
— de Caffis de Scanzo s. pal. not. 1227: 1144.
— Carisius (not. Papiensis) 1254: 971.
— Casalolti comes 1206–13: 253. 914 anm. 926.
— de Cazinimicis *s.* Cazinimicus.
— des herzogs von Chernden schreiber 1336: 1037.
— de Conceso 1202: 910.
— Contissa 1239: 1146.
— Crivelli 1219: 1141.
— de Curcz 1181: 140.
— com. de Dagesburc, maior advoc. Metensis 1182–1200: 141. 183. 214. 319.
— Delavicia csl castellanorum de Astese 1204: 911.
— com. de Dilingen 1166: 124. 304. — 1207. 9: 225. 234. 236.
— com. de Eberstein 1184: 146. — 1214. 15: 260.
— de Entse 1206–9: 222. 224. 235. [263. 1076.
— de Fontana de Placencia 1204: 911. 912.
— de Foucheriis clericus regis 1310: 608.
(—) de Furlivo ep. 1220: 279.
— Furus not. 1221: 949.
— de Grosa Mantuanus 1164: 119.
— Goricie com. et fil. Albert. 1304: 567. — 1340: 1119.
— com. de Habspurch et Kyburg, lantgravius Alsatie, regis per Austriam et Styriam vicar. generalis 1282: 516; *s.* Austrie dux; Roman. rex.
— Hammaburgensis aep. 1063. 4: 61. 63.
— graf v. dem Heyligenberg 1330: 734; *s.* Werdem-
— de Hiltinburc 1184. 7: 150. 157. [berg.
— com. de Hohenberg 1273. 6: 392. 408.
— de Hohenstein 1226: 319.
— com. de Hortenburg *s.* Ortenburg.
— Humblo de Lichtenberg 1314: 1022.
— fr. hosp. s. Iohannis 1228: 324.
— s. Iohannis Fuldensis prep. 1294: 509.
— (Italie) rex 959: 1126.
— de Lampugnano Mediolanensis 1186: 893.
— de Lavellolongo † 1310: 657.
— Leodiensis ep. † 1208: 229.
— de Leonrod miles curie imperatoris 1337: 777.
— com. de Lewenstein fil. Rudolfi reg. 1289: 470. 615.
— Macognus de Vicent. vicar. Verone 1254: 971 ergz.
— Magdeburgensis aep. 1209–32: 235. 236. 268. 285. 286. 299. 955. 1078. 1089–91. 1093. — 1399: 880.
— Maguntinus aep. et acanc. 1111: 75. — 1134. 35: 80. 81. 83–5.
— de Mairola csl Mediolanensis 1186: 893.
— de Malaboto csl Cremone 1213: 926.
— de Mandolla pot. Cumanus 1221: 947.
— com. de Martoringo 1116: 79.
— de Melegnano 1159: 108.
— Misnensis ep. † 1296: 518.
Albertus Misnensis marchio 1192: 180.
— de Moecia Mediolanensis 1204: 912.
— com. de Molbach 1165: 122.
— com. de Montecuco csl com. Placentie 1218: 933.
— de Musso Bononiensis pot. Brixie 1206: 914.
— Namucensis com. 1135: 82.
— de Niffen 1216. 33: 268. 330.
— dictus Nothaft de Valkenove miles 1290. 1310: 475.
— Nurembergensis burcgravius 1355: 1125. [614.
— de Oliva Mantuanus 1164: 119.
— de Opizone Mantuanus 1164: 119.
— com. de Ortenburg 1318: 676.
— s. Petri in Colonia canonicus 1190: 177.
— Pragensis ep. † 125.
— de Rechberg 1312. 33: 646. 755.
— de Rivola credenderius Bergami 1191: 898.
— Romanorum rex 1298–1308: 526–83. 1012. 1039 anm. † 584. 585. 591. 592. 599. 606. 614. 621. 644. 646. 670. 685. 1016; *s.* Austrie dux; com. de Habspurch.
— de Rossewac 1233: 330.
— Rover civis de Egra 1290: 475.
— Rubeus Mantuanus 1164: 119.
— v. Ruden 1336: 773.
— Salzburgensis aep. 1193. 5: 188. 202.
— Saxonie dux 1219. 32: 299. 1078. 1093. — 1273–90: 392. 418. 1011.
— (Saxonie) palatinus 1158: 104.
— de Scala capitaneus populi Veronensium 1278: 1000. — de Scalis 1339: 790.
— dictus Schedel nobilis 1274: 402.
— s. Servatii in Traiecto prep. et cancell. 1109: 75; *s.* cancellarius.
— s. Severini prior 1177. 1210: 136. 252
— Sextensis mrii abb. 960: 6.
— Siccamilice procurator populi Placent. 1221: 950.
— com. de Spanheim 1194–7: 191. 209. 212.
— Stancarius csl pelizariorum Placentie 1218: 933.
— Struxius (Trussus) de Cremona, imp. curie iudex 1186–1213: 153. 193. 194. 238. 240. 251. 893. 915. 926. 1070. 1072. 1074. 1131. 1135.
— de Summo pot. Papie 1191: 179. 898.
— de Suthvinden prep. 1151: 92.
— de Swarczburch mgr per Alemanniam ord. s. Iohannis hosp. Ierosol. 1323: 717.
